Ad Perill.re D. Iacobum Vercellonium de Patria Arte Benemerentem ac Phil.ae praestantissimum

Vercellone tuus liber hic, quem conspicit orbis,
Est dignus calamo, ingenioq: tuo;
Plurima namq: aperit, non primus publica facta,
Nec non permagno, parva labore docet.
Quid tibi pro meritis referet nunc ordo medentum?
Quae statuet laudi digna trophaea tuae?
Regia, te excipiet gaudens, Heliconia ~~[illegible]~~ tota
Laurigero et serto, cinget Apollo comas;
Sic aeterna tui vivent monumenta laboris
Et tua laus, pariter fama, perennis erit.

Debitae observantiae, ac affectionis
monumentum posui
Jos. Martinus Cauda Phil. et Med.
Doctor

VERCELLONI
OPERA
MEDICA

IACOBI VERCELLONI PEDEMONTANI

Phil. & Med. Doctor.

SECIMINA MEDICA DVO

ALTERVM Anatomico-Physicum Continens Jnuenta Noua circà *Deglutitionem*, *Vera Digestionis Instrumenta*, & circà *Vermes*;
ALTERVM Medico-Practicum De *Pudendorũ Morbis*, & *Lue Venerea*

Sacro Excellentissimoque

SENATVJ MEDIOLANENSJ

ET NOMINATIM

D. LUCÆ PERTVSATO

Præsidi Amplissimo

DICATA.

ASTÆ Typis Ioannis Baptistæ de Zangrandis *Superiorum permissu* 1715.

Ab ipso Auctore domo missus

HERODOTVS

Jn Polymnia.

NISI Diuersæ intér se Sententiæ dicãtur, non potest quis eligere meliorem; Sed necesse habet eà, quæ dicta est, uti. At cúm plures dicta sunt, licet tanquàm aurum purum deligere: quod per se discerni cum nequeat comparatum cum altero discerni potest.

Amplissimis, Prudentissimis, Sapientissimis,

TOTO ORBE

CÉLEBERIMIS VIRIS,

PRÆSIDJ,

SENATORIBVS

COETERISQVE ORDINIBVS

Inclyti, Augusti, Sacri

SENATVS MEDJOLANENSIS

PATRIÆ PATRIBVS,

DOMINIS CLEMENTISSIMIS

SAL. ET FELIC: PRECATVR

JACOBVS VERCELLONVS PEDEMONTANVS.

JGnotus Jgnotos quærit Mœcenates, PATRES CONSCRIPTJ; quærendi tamen vnica hæc ratio est, quòd cupit ha-

habere notissimos. Vsque adeò nã-
que insita est animantibus quibus-
uis illa *Storgi*, seù Parentium er-
gà Liberos propensio, vt nemi-
nem inuenire sit tàm vœcordem,
qui credere velit Fœtus suos nisi
perspecto. Quarè & cùm mihi
obtigerit aliquandò Libellum hũc
abortiuisse, cùmque adeò inani-
mem penitùs atque informem
Numini cuipiam deuouendum
duxissem, cuius, tanquàm alte-
rius *Lucinæ*, amplexu Vitam for-
mamque adipisceretur, nil pro-
indè aliud suspiciendum fuit,
quàm Sublime *Nomen Vestrum*
ceù cuius iubar vbique fulgidum
mihi

mihi iccircò non poterat non esse conspicvum. Etenim planè eò Dignitatis Virtute euecti estis, VIRI ORNATISSIMI, vndè totus illustratur Orbis; nec quisquam est tàm novus istius Incola, qui radios Sapientiæ *Ueſtrę* non sentiat, aut non demiretur. Testis huius rei fidissimus est Historia, testis Iurisprudentia, testis denique ipsa imprimis *Medicina* nostra, quæ aliàs facta propria in aliena inquirere inassueta, quùm tamen eorum satagit, quę siuè *Medici* decorum, siuè publicas calamitates concernunt, nihil aliud in medium iàm offerre nouit,

uit, quàm Sanctiones ac Edicta SENATVS MEDIOLANENSIS. Quo factum, vt in ijs obseruandis toti sint Professores Nostri, vtque vel nuperimis hisce diebus ipsorum Elogia è Borealibus vsque Cathedris fuerint evulgata *. Quamuis, haùd ex auditu tantùm; Fama Excelsi *Vestri Nominis* ad me peruenerat insupèr ex obtutù: qvùm nimirùm in meà peregrinatione Italica in *Urbem Vestram* delatus ea tùm nosse potui, quæ aliàs nec somniassem quidèm. Uidi scilicèt [loquar cum Epirota illo Romà quondàm

* *Lipsiæ* á Ioan. Bohn. *l. de Off. Med.*

dàm reduce] Vrbem Orbi parem, Areopagum Vrbi, & quam tot Reges, quot *Senatores* implebant. Et ne illa memorem, quæ ſiuè Maieſtatem, ſiuè Regimen *Ueſtrū* concernunt [vtpotè quę incomprehenſibilia, à Sutore etiàm, qui vltrà crepidam, vt aiunt, iudicium ferre non debet, dignè ſatis extolli nequeunt] dicam ſolummodò vidiſſe Me Splendentiſſimum illum *Medicorum* Conſeſſum abs *Vobis* in ſubſidiū Pauperum Ægrotantium quotidiè conuocatum, & qui adeò verè, *Corona* Pietatis V*eſtrę* appellari meretur: *Medicorum* itèm

ſimùl conſultantium Modeſtiam per *Uos* (teſte *Septalio* Veſtro) ijſdem inculcatam ; Xenodochiorum denique Amplitudinem , Diuitias , Adminiſtrationem , quæ certè nil aliud ſapere videntur, quàm Magnificentiam, Liberalitatem, Pietatem *Mediolanenſium*. His itàque notitijs, tanquàm ducibus inſtructus , quidni in hàc inopia mea rectà in *Uos* reſpexiſsem , quoſque Animo perpetuò geſtabam non habuiſſem pręſentiſſimos ? Cùr , inquam , ſecùs *Uos* , Fœtum hunc alijs tradidiſſem informandum , ac luce,

qua

quà ipsi carent, imbuendum liquissem? Restat duntaxàt, vt ignoto mihi, Supercilio *Vestro* benignè annuatis; sique tantum Patrocinium affectaui, memineritis, PATRES CONSCRIPTI, Tenuvia ingenia, nisi audeant, nihil esse, & cùm auiculæ ipsæ quò humiliores eò altiùs nidulari contendant. Deus *Vos* Uestrasque familias diù seruet incolumes, caducisque his bonis omnibus satiatos ęternùm tandèm fortunet ac beet.

Vouebam SanDamiani apud Astenses pridie *K*al. Decemb. MDCCXI.

SERIES

Paruorum Initiorum,

Quâ &

HVIVS DISSERTATIONIS

Contextus explanatur.

PROOEMIVM

I. MEdicinæ *dignitas* pag. 1.

II. *Extenuatur á Pseudo-Medicis*. p. 2.

III. *Veri* Medici *sunt & Philosophi*. p. 4.

IV. *Quotuplex sit Philosophia?* p. 5.

V. Experimentalis *omnium partium Philosophiæ Princeps*. p. 7.

VI. *Intér* Experimentalia *verô eminet* Anatomia. p. 9.

VII. *Vt & inter* Anatomica *excellit ea cognitio, quæ concernit* Chylificationem. p. 10.

VIII. *Authoris iccircó de hâc re deliberatio*. p. 12.

SEC-

SECTIO PRIMA
De Glandulis OEsophagi Conglomeratis.

I. Masticationis *explicatio integra* p. 20.
II. Deglutitionis *veró defectuosa* Ibid.
III. *Et quaré?* p. 21.
IV. *Vndé* & Chiloseos *expositio falsissima* p. 30.
V. *Quid propterea* Author *tandém decreuerit.* p. 31.
VI. OEsophagi *magnitudo*, *figura*, *situs*; p. 35.
VII. *Partes continentes*, & 1. *Tunica* Membranosa. p. 37.
VIII. *Tunica* 2. Musculosa. p. 40.
IX. *OEsophagi diuisio in* duos Tubos. p. 42.
X. *Vlterior Authoris inquisitio in istos* Tubos. p. 43.
XI. *Noui* excretorij ductûs *ad eosdem* Tubos. p. 44.
XII. *Primum illorum par à glandulis* Gastricis *Conglomeratis*. p. 48.
XIII. *Structura huiusmodi glandularum*. p. 50.
XIV. 2. *par á glandulis* Dorsalibus *Conglom.* p 55.
XV. *Glandulę* Dorsales *Conglomeratæ*. p. 58.
XVI. 3. *par. á glandulis* Bronchialibus *Conglom.* p. 61
XVII. *Glandulæ* Bronchiales *Conglomeratæ.* p.
XVIII. 4. *par á glandulis* primæ Diuisionis *Asperæ arteriæ Conglom.* p. 65.
XIX. *Glandulæ* primę diuisionis *Asperæ* Arteriæ *Conglomeratę.* p. 66.
XX. 5., 6., *nonnunquám etiám* 7. *par à glandulis* Trache-

Trachealibus tergeminis *Conglom.* p. 68.
XXI. *Glandulæ* Tracheales triformes. p. 69:
XXII. *Postremum par à glandula* Thyroidœa *Congl.* p. 75.
XXIII. *Glandula* Thyrojdœa *Conglomerata.* p. 76.
XXIV. *Admonitio circà apparentiam* Ductvum *envunciatorum.* p. 79.
XXV. 3. *Tunica* Neruea. p. 80.
XXVI. *Noui* Lymphæ ductus *ad hanc Tunicam.* p. 84
XXVII *A glandulis* Iugularibus *Conglom.* p. 87.
XXVIII. Crusta Vvilosa. p. 89.

SECTIO SECVNDA
De Humore verè Digestiuo.

I. *Vsus Tunicæ* Membranosæ, p. 91.
II. *Ut &* Musculosæ. p. 92.
III. *Officium* nouorum ductvum, p. 93.
IV. *Nec non* Troclearum. p. 94.
V. *Cúr OEsophagus divisibilis in* duos Tubos Ibid.
VI. *Munus itém glandularum Conglomerat.* p. 99.
VII. Gastricarum. p. 101.
VIII. Dorsalium. p. 102.
IX. Bronchialium p. 103.
X. Primæ diuisionis *Asperę* arteriæ. p. 106.
XI. Trachealium. p. 107.
XII. Thyroidœæ p. 111.
XIII. *Vsus* Thymi. p: 112.

xIV.

XIV. *Ratio* ſituationis *glandularum eiuſmodi Conglom.* p, 116.
XV. *Officium denique Tunicæ* Neruoſæ. p. 117.
XVI. Cruſtæ Uviloſæ. Ibid.
XVI. *Et* Succorum *ſtagnantium in OEſophagum.* p, 118.
XVIII. *Humor glandularum OEſophagi* Uaſculo-veſſieuloſarum *verum eſt* fermentum Digeſtiuvm. p, 119.
XIX. *Probatur* 1. *ex multitudine, atque ex diuerſitate Opinionum de hoc* fermento. p. 119.
Opinio Petri Caſtelli. p. 120.
Helmontij. Jbid.
Riolani. p. 121.
Gabrielis Fontani, Jbid.
Petri Borelli. p: 122.
Sennerti. Jbid.
Craanenij. Jbid.
Hogelandi, p. 123
Iacobi de Bak. p. 124.
Joannis Maiovu. p. 126.
XX. *Probatur* 2. *à falſitate earundem Opinionum* Ibid.
Oſtenditur falſitas 1. 2. 3. p. 127.
Quartæ. Jbid.
Quintę. p. 128.
Sextæ. p. 129.
Septimæ. p. J30.
Octauæ. p. 131.
Nonæ

Nonæ. p. 134.
Decimæ. p. 136.
XXJ. *Probatur* 3. *positiuè*, & 1. *ratione* salsedinis *liquoris supradicti.* p. 158.
XXIJ. 2. *Ratione* fvsionis. p. 160.
XXIIJ 3. *Ratione* commixtionis *cum re fermentanda.* p. 160.
XXIV. 4. *quià est* homogeneus *cum alimentis.* p. 126
XXV. 5. *nec non* etherogeneus. p. 167.
XXVJ. *Quommodò soluat alimenta.* p. 170.
XXXJJ. *Quæstio, An* solutio *alimentorum sufficiat ad* Chylificationem? p. 172.
XXVIJJ. *Respondetur, quòd* non. p, 174.

SECTIO TERTIA
De Vermibus.

J. *Quidnam pręterea requiratur?* p. 179.
IJ. R. Uermes, *aut istorum* Oua: p. 181.
IJJ. *Probatur hoc ex ipsorum* existentia *in vnoquôque Viuente:* p. 183.
JV. *Jn succo nutritiuo Planarum,* p. 184.
V. *Jn OEsophago Auicularum.* p. 189.
VJ *Jn OEsophago Canino.* p. J91.
VIJ. *Jn OEsophago Humano.* p. 193.
VIIJ. *Glandula* Thyroidœa *merum* Uermium est Ouarium. p. 194.
IX. *Probatvr Experientiâ.* p. 195.

**

X. Et

X. *Et Ratione Autopticâ.* p. 204.
XJ. Oua Uerminosa *homini sunt connaturali* : p. 206.
XIJ. *Eluitur Sententia Veterum de Vermium Generatione* p. 207.
XIIJ. *Reijcitur altera Recentiorum à* Vallisniero *Jbid.*
XIV. *Opinio* Uallisnieri *manca.* p. 214.
XV. *Confirmat Nostram.* p. 217.
XVI. *Sola* Uerminosi Seminis *fœcundatio est homini præternaturalis* p. 220.
XVIJ. *Probatur denique* Oua Verminosa *esse principium illud* Chylificativvm *supra quæsitum ex ipsa* vermium structura p. 221.
XVIIJ. *Ex* accidentibus Verminosis, *&* *remediorum* antelminticorum actione.
XIX. *Satisfit obiectis, & respondetur aliquibus quæsitis.* p. 237.
XX. *Concluditur proindè, nil Deeße humori glandularum* Conglomeratarum *OEsophagi ad* veri fermenti digestiui *rationem.* p. 246.
XXI. *Probatur 5. hæc Conclusio* à simili. *Jbid.*
XXIII. *Jn Cane,* p. 247.
XXIII. *Sue,* p. 252.
XXIV. *Vitulo,* p. 254.
XXV. *Explicantur phænomena* Digestionem *concernentia, &* 1. Fames, *Ibid.*
XXVI. Sitis. p. 259.
XXVII. Morbi. *Ibid.*
XXVIIJ. Remediorum Stomachiorum *actio.* p. 262.

EPJ-

EPILOGUS, SEV CONCLVSJO

I. *Ergò liquor glandularum OEſophagi* verum eſt fermentum Digeſtivum, *p.* 268.
II. *Et eſt duplex.* *Ibid.*
III. Solutivus, *p.* 269.
Iv. *Et* Tranſmutativus. *Ibid,*
v. *Hic é glandula* Thyroidœa *p.* 270.
vI. *Jlle emanat é reliquis.* *p.* 271.
vII. *Vera OEſophagi deſcriptio.* *p.* 272.
vIII: *Perfecta denique* Deglutitionis *explicatio.* *p.* 272.

Errata,

QVæ proptér Authoris abſentiam innumera occurrere debuerunt, Benignus Lector condonabit, idem atque emendabit.

EX Commissione Ad. R. P. Lectoris Jacobi Bonatti Ord. Præd. Uicarij Generalis S. Officij Astæ, perlegi opus, cuius titulus est de *Glandulis OEsophagi Conglomeratis, Humore vero Digestiuo &c.* elaboratum à D. IACOBO VERCELLONO PEDEMONTANO & nil in eo, quod lædat Fidem Ortodoxam, aut bonis aduersetur moribus, aut pias offendat aures, animaduertere valui, ideóque pręlo dignum, nec non publicæ vtilitati profuturum censeo: Astę 30. Septemb.

F. Dionysius de Belmont Seruita, Regiæ Celsitudinis Sabaudiæ Consiliarius, & Theologus: In *Vrbe Astę Examinator Synodalis, & S. Officij Consult.*

CVm iussú R. P. Iacobi Bonati Uicarij S. Officij Asten. legerim librum cui titulus IACOBI VERCELLONI PEDEMONTANI *Phil. & Med. Doctoris de Glandulis OEsophagi Conglomeratis humore vero digestiuo, & Vermibus dissertatio Anatomico-Medica*, in eoque nihil contra Fidem, bonos mores, & Principes sed tantùm quę Iatrices in augmentum collimant deprehenderim, ideò publicum in bonum imprimi posse candidè testor

Jo. Baptista Vulpinus Asten. Vrbis, eiusque Ditionis Pro Archiater, &c

---

Attentis Præfatis attestationibus

IMPRIMATVR

F. Iacobus Bonatti Ord. Præd. Vicarius Generalis, Sancti Officij Astæ.

IACOBI VERCELLONJ

PEDEMONTANI

PHIL., ET MED. DOC.

DE

GLANDVLIS OESOPHAGJ CONGLOMERATJS,

HVMORE VERO DIGESTIVO

ET

UERMIBVS

DISSERTATIO

ANATOMICO-MEDICA I.

Proœmium.

ARTEM præ cœteris à *Summo Opifice* commendatam, cuius Elogia Mortalium *Sapientissimus* conscripsit, quamque Magnates Orbis gratia, honore, laude nullo non tempore prosecuti sunt, *Artem*, inquam, *Medicam* alias vniuersas

I. Medicinæ dignitas.

Eccles. 38.

A multis

Ab ipso met Auctore, mihi pergratum dono missum

multis parasangis anteire quid mirum? Ars est verè *Ars artium*, summa disciplinarum; meta, obiectum, cumulus, imò & amplissima facultatum omnium encyclopedia. Nàm de facto; si quæuis ars, aut scientia ad *vitæ* vtilitatem dirrecta est: vtilitas autèm maxima in *sanitate* sistitur, iuxtá eiusdem *Sapientissimi* illud, *Non est census suprá censum salutis corporis*; aut *Platonis* hoc aliud, *Primum ac potissimum* rectè valere: si, inquam, *sanitas* totalis est *Medicinæ* scopus, quemadmodúm & *Medicus Magister vitæ* audit *Scaligero*, quid superest? nisi, vt dicamus cum hoc ipso, *Liberalium artium illustrissimam esse* Medicinam, *cuius pedissequæ sunt omnes, quæ ad* Vitam, Victumque *paratæ sunt etiám fabricæ genera omnia &c.*

Jtid. 6,30

Jn Leg.

3. Pat:

IJ: Extenuatur à Pseudo-Medicis.

Verùm in hac prærogatiua gloriæ non tàm præstantia *Artis*, quám insufficientia *Artificis* sæpè deprehenditur. Quippè, cùm illa omnia complectatur, hic aliquandò nihil, ad extremum neutrum in vtrôque inuenitur. Conquestus est de hac iactura mecum iamdudùm etiám *Hippocrates*: *Medicina* (sic enim habet eiusdem Textus) omnium artium *præclarissima est*;

Jn Leg.

verúm

verùm propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quód tales pro Medicis iudicat, & habet, iám eò res deuenit, vt omnium artium longè vilissima censeatur. Quicquid nihilominús adhùc mitiús huius criminis inculpandus est vulgus. Simiam enim agit plerùmque; & sapientes, quos interdùm imitari affectat, vel inuident *veris Medicis* (nempè, *vt vescentium dentibus edentuli*, ex *D.Hieronymo)* vel minús sapiunt, quám vt de ijs iudicium ferre valeant, vel incuriosi sunt, aut alijs quibuscunque manibus agitati: quæ causa est, cùr de illis, non nisi quoád exteriorem corticem, hoc est nomine tenús tantùm, iudicium ferre valeat; vtque vulpes elusa à ciconia, lambat vitreum vas, pultem haùt attingat. Ast mininè tamen omnium excusari merentur illi (bestiæ, potiús, quám homines) quotquot illotis, vt aiunt, manibus pedibusque; sine pera, soco, viatico, vno atque altero aphorismo duntaxát in memoriam congesto, paucisque receptis à Magistro patre filijs nonnumquám magis sciolo habitis, tanta demùm supellectile, quanta neque ad Agyrtam sufficeret, raptím' ad *Æsculapij*

 fanum

fanum ſe ſe conferunt ibidèm vel abſtruſiora *Medicinæ* myſteria tractaturi : ac neque interim porrò aliud præſtant, quám quôd, teſte *Plinio*, *alienis periculis diſcant, experimenta per mortes agant, atque animas hominum negocientur*. *Horum equidem occaſione factum eſt* (inquit *Bohnius*) *cùr in Medicos in vniuerſum, ſeù horum artem, tot iniurioſa ac inepta dicteria atque ſcommata à diuerſis fuerint prolata, vt audito vix Medici nomine, auari, maleuoli, nequitioſi, mendacis, fraudolenti, ac glorabundi hominis nomen plerique mortalium audire ſibi perſuadeant: & vſqueadeò quorundam Medicorum malitia in omnes, qui Artem hanc profitentur, ex communi opinione tranſlata ſit, ac à paucis nonnullis artificibus in vniuerſam Artem vitium transfuſum, vt probus quiſque ac peritus* Medicus *ex Medicorum ordine deleri cupiat*.

Hiſt. Nat. 29.

in præf. ad lib. de Offic. Med.

Attenim verò [ſùbintrat hîc denuó *Hippocrates*] *ſimilimi eiuſmodi Medici ſunt perſonis, quæ in tragoedijs introducuntur; quemadmodùm enim illi figuram quidem, & habitum, ac perſonam eorum, quos referunt, habent, illi ipſi autèm verè non ſunt: ſic, & Medici fama quidem, & nomine multi, re autem, & opere*

IIJ. Veri Medici ſunt, & Philoſophi.

& opere valdè pauci. Quod nimirùm indicat decere æquum cordatum ac genuinum *Medicum* omni ſcientiarum genere abbundare, planè vt Ars, quam excolit, vniuerſum, vt dictum eſt, ambitum claudit humanarum intellectionum: compepetere, inquam, *Medico* veracem eſſe Sapientiæ amatorem, non friuolum ac perſonatum. Ettenim, vt per hanc homo cœteris animantibus præeſſe ſolet, ſic & *Medicus* alijs artificibus quibuſcunque. Quid? quód hic illud inſupér peculiare habet ex Sapientia, vt non tám parem exhibere ſe poſſit Arti; verùm & ſapiat pluſquám hominem. Siquidem eiuſdem *Diuini Senis* Oraculo *Medicus Philoſophus Deo æqualis*.

l. de decen. Orna.

Tametsì non fugit, & ſæpè meipſum moneo, videam, animaduertam, meminerim quám difficilis comparatu hæc ſit Sapientia, idèſt Philoſophia, præcipuè quòad illam partem (*Timorem Domini*) in qua & Sapientiæ initium, iuxtá *Regium* Vatem, & Sapientia ipſa (eiuſdem ſuprà citati *Sapientiſsimi* dicto) tota conſiſtit. Terrena quippè hæc quandiù magís obuia ſunt, æterna minús conſideramus

JV. Quotuplex ſit Philoſophia?

Pſal. 119.

mus; & prætereá, intellectus nostri miræ angustę, vtpoté qui ægrè illa percipit, quę antè pedes sunt: quanto itáque minús immortalia, immarcescibilia, sempiterna? *Hæc arcana* (repetam hîc, quod olim & à me alibi dictatum est) *cùm solus* D.O.M. *nobis reuelare possit, illi non solùm eadem docenda linquamus; verùm etiám pro nobis horum secretorum affectus deprecemur, animosque dedamus nostros cœlesti modestia temperatos, aliòqui seruos inutiles, malos, rebelles, ingratos, alienos, vti nos ille suos faciat filios suo immenso atque ineffabili spiritu mentes nostras complens ignotus mortalibus, admirabilique opulentia sceleratas linguas has suo regens nutu, vt nobis salutaria, grata ipsi docere liceat. &c.* Missis igitúr, quæ suprá nos, & quæ nihil ad nos, ceù Physicos, spectare dixit *Zeno*: quôd coeteras Philosophiæ partes, Metaphysicam scilicét, Mathematicam, Physicam, Ethicam, Politicam, & Æconomicam, *quęque nec veræ Scientiæ sunt* [inquit *Piccolomineus*]; *sed formidolosæ potiús quædam veluti opinationes: harum singulas,* *Brunonis* decreto, *scitu necessarias esse Medicis extrá dubium est.*

in Institution. manuscrip.

in Prom. l. 2. de Plac. Phil.

in Lexic. Castell.

Quic-

At nihilominús tamen haùt itá accipieñda venit huiusmodi necessitas, quasi eæ sciẽtiæ à Medico indifferentér aprehendi debeant, atque eodem modo. Inest quippè ordo cùm in rebus omnibus, tùm præcipuè in scientificis, quem peruertere scientiarum amatorem iniqvum est. Videndum igitúr potiús quænam earum prioritatem postulet, quæque posterioritatem. Cognoscet autèm hoc quiuis facilè, qui nouerit intellectum esse duplicem, ad cognoscendum, atque ad faciendum: vndè Scientia, & Ars, quas non principijs, sed fine distingui docent Philosophi. Ex quo adeò infertur discenda esse à Medico imprimis, quę finem iqsius spectant, idest, quæ Artem: deindè, tanquám ab obtento puncto, lineas quoquouersùm debere duci ad circuli peripheriam, siuè animum errigi ad vniuersalitatem. Quo stante; requiruntur ad Artem comparandam singularium notiones ab *Experientia*, & *Animaduersione*; ad Scientiam verò sufficiunt comprehensiones per intellectum: *veluti si quis* (exemplum est iterúm permagni *Hippocratis*) *de sublimibus in aere rebus, aut de subterraneis dicat & quomodò se habeant sciat, tamen neque di-*

V. Experimentalis omnium partium Philosophiæ princeps

l. de Vet. Med.

centi

centi, neque audientibus manifestum satis fuerit vera-nè sint, an secús; neque enim est, ad quod quis se conferat, cuique innitatur, vt veritatem cognoscat. Medicina verò iám ab antiquo existit, & principium, & via inuenta, per quam inuenta & multa, & probè habentia comperta sunt: per multum adeò tempus [nota *Diuini Vatis* augurium] *& reliqua deinceps inuenientur, si quis idoneus sit, & iám inuentorum gnarus ex his ad perquirendum procedat*. Iuxtá quod itidèm *Aristotelis* præceptum est, *ab exemplis naturæ petendas esse rationes nostras, non ab argumentis nostris rerum naturas subuertendas*, vt liquet ex eius libris. Et sanè ex laudabili instituto hoc (experiundi scilicét, atque obseruandi) quantum vel vnius sæculi curriculo profecerit, *Medicina* nostra, neminem, credo, latet. Prædixerat hoc ipsum etiám non itá pridém *Scaliger* suprá laudatus: *Experimentalis Philosophus*, inquit [idest Naturalista, aut Physicus] *ex se parit omnes scientias, quæ versantur in materia; & Medico, Musico, Astrologo, & Nautæ, & fabris omnibus, & ipsi coquo dat, quæ ipsi adhibitis certis præscriptionibus exerceant*: perindè, quasi sola *experientia* sufficiat ad maximi artifi-

de Plant. &c.

In 3. Theophrast. *de caus. Plant.* c. 1

cum

cum, *Medici*, entelecheiam, siuè perfectionē

His non obstantibus; quandoquidèm vel in ipsa naturali, seu experimentali scientia complura inuenire est satis infirma, multa quòque minùs necessaria, venit indagandum quid in illa tutissimum, ac potissimū habeatur, vt eidem, velut ad clavum, alligato filo inextricabilem naturæ labyrinthum rimari subindèque euadere queamus. Certissimum autèm est hoc, *Nihil nobis notius, quàm ipsi nobis*: vndè & Delphicum illud NOSCE TE JPSVM; quod tametsì ad animum transferri soleat, à *Carthesio* eiusdemque assectis, propriè tamen Corpus audit, & cùm præsertim *Notitia corporis prior sit notitia mentis*, quemadmodùm contrà illum neruosè disputat amplissimus Præceptor meus *P. Hieronymus Sacherius* in Alma *Ticinense* Mathematum Proffessor celeberrimus, Vir nonnisi cum elogio mihi nominandus. Vndè adeò constat præfici debere à *Medico* exactam *Anatomes* notitiam alijs quibuscunque ceù minùs manifestis eò ampliús, quòd hæc scientia ad omnes alias viam sternere dicitur *Galeno*; siuè, vt ipsius verbis vtar, *quòd summoperè conferat ad supremi Numinis cognitionem*.

VJ. Jnter experimental. verò eminet Anatomia.

Jn Meditat.

In lib. de Anim. manuscr.

1. de vs. Part.

VIJ. Vt, & inter Anatomica excellit ea cognitio quæ concernit Chylificationẽ

Jàmque in hac deductione præeminentiarum ſequitur inueſtigandum quænam Anatomicarum animaduerſionum alijs anteponenda ſit, vtque quadratus lapis in ſubſtructione præmittendus Circà quòd profectò ivuat meminiſſe quemadmodum adæquatum *Medicinæ* obiectum eſt *vitæ conſeruatio*; ac proptereà, quòd vti *vita à victu*, [vndè & nomen eſt] pendet; ſic Medico incumbere videtur, vt ea primitùs addiſcat, quæ Corporis *Nutritionem* ſpectant: ac minimè quaquám quòad alimenta duntaxàt, ſiuè quòad iſtorum ſeriem atque hiſtoriam; verùm quòad Mechanicen, ſiuè inſtrumenta eadem in genuinum corporis nutrimentum conuertendi. Namque aliàs *alimentum* (ſi *Ariſtoteli* credimus) *eſt totum id, quod futurum eſt hoc, cuius ratione dicitur alimentum*, atque in ſenſu Phyſico nihil eſt aliud, quám materia, ex quà cœtera omnia fiunt: ſiuè, ſunt quinque illæ minutiæ corpuſculorum terreſtrium, aqueorum, ſalinorum, ſulphureorum, &, ſi libet, etiàm mercurialium, quæ mutua ſua textura & alimentum ipſum, & temperamentum ipſius elementare compingunt *Nutrimentum* autèm *Chylus* eſt, Sanguis eſt, imò

Hiſt. Ani.

imò, & nutritiua istius pars ipsis Corporis particulis approprianda, & assimilanda. Interest itàque Medico ante omnia nosse quo pacto *Chylus* iste ex alimentis resultet, & quo itidem artificio paretur. Jacta siquidē sunt in hoc fundamenta *Artis*, suprà quibus adeò nobis, qui omnia metimur ex ipsis, tutò liceat exędificare. Et de facto quid de Microcosmo suo garriat Philologus, Institutionista, aut Anatomicus cuius componentes partes haut nouerit? *Partes enim corporis*[ait *Ettmullerus*]*sub triplici differentia sunt: nempè sunt vel contentæ, vel continentes, vel impetum facientes. Inter contentas verò partes eminet imprimis*: Chylus, *siuè* Lac, *&* Sanguis, *liquores Corporis primarij & primogenij, ex quibus vegetabilium nutritiuo succo omnes partes solidę, siuè continentes conflantur, quæ huius materiæ proximæ rationi itidèm in sanguineas & spermaticas immediatè ex* Chylo *oriundas subdiuiduntur.* Quid itidèm agat Practicus cùm methodicus, tùm præcipuè rationalis? cum probé nescius fuerit quam-nam in Ventriculo remedia sua sint passura alterationem. Celebre profectò est *Willisij* hac de re iudicium. *Quandoquidèm medicamenta* (sunt eius verba) *sicut, & alimenta ijsdem*

Instit. Medic. §.

Pharmac. Rat. sect. 1 c. 2

ingeruntur vijs, & per eosdem vbique feruntur ductus, idcircò velut ad Chyloseos, ità ad Pharmacię rationes, & fiendi modos ritè intelligendos partium ac viscerum, in quibus drammata vtraque ista peraguntur notio summè necessaria existit. Nouere hanc certè considerationis huiusmodi necessitatem Medici pręsertim hodierni, quibus adeò iàm nihil antiquius, quàm vt Artem suam ex tali Chyloseos contemplatione, tanquàm à capite, nuncupent rati non decere ipsos commentationum suarum initium aliundè desumere, quàm vndè & humanum corpus suum arcessit.

VIIJ. Authoris propterea super hac re deliberatio,

Quæ iccircò cum altè iamdiù pectori insedissent (ex quo scilicet nobilissimæ istius *Artis* rudimenta posui) nihil arbitratus sum vnquám magis conducturum ad meam ipsius iàm abditioribus eiusdem Sacris initiati felicitatem, quám & ne functionis prædictæ secretum quoquo modo effugisset. Quapropter statui priùs, quàm pedem vlteriús in prouinciam conferrem, omnem, quod aiunt, lapidem mouere, omnia experiri, nihilque intactum relinquere, quod ad instrumenta Chylificationem supradictam, cęlebrantia cognoscenda pertineret, idque

tametsi ru-

rudis, tametsì puer, atque ad labores ferendos omninò inhabilis: Quid enim præterea non coegisset propositum in eo opere emolumenti ac gloriȩ pundus? Ad hunc igitur finem aggressus sum statim extrinsecùs à me, nempé ex alys, sciscitari, quid de eiuscemodi organis vsque adeò prolatum esset: pellegi nimirum Authorum grauissimorum monumenta, Proffessores celeberrimos saniores que *Artis* Mistagogas vbique ac diutissimé conueni; Nec tamen (nescio quo fato id factum sit: an ex naturæ improbitate? fateor potiùs ingenij tenuitatem) ex tot commentationibus, responsionibus, thesibus, quibus me perpetuò adieci, nihil vspiam extorquere potui, quod auidum veritatis animum satiarit. Comperi sanè nonnulla à quibusdam prolata, quæ ingenuorum ex parte fidem promerebantur; ast nec pauciora interim emergebant æqualis punderis, imò nonnunquàm grauiora, quæ meum à prioribus assensum abstrahebant: veluti cùm legebam dari in nobis humorem, *fermenti* nomine, cuius vi præmansi in ore cibi dissoluantur in Ventriculo ac digerantur, hoc luce meridiana clarius mihi constabat; at non sic

 porrò,

porrò, quod ſubyciebatur, liquorem ſcilicet illum eſſe aut *ſaliuam*, aut *ſuccum quendam ex lateribus ventriculi tranſudantem*, aut *vtrumque ſimul*, aut *Chyli à proximè prægreſſà Chylificatione reliquias in fundo eiuſdem ventriculi reſtitantes &c.*. Quandoquidèm, liquebat iſta hæc energia eiuſmodi carere, quæ ſiuè ad ſolutionem, ſiué ad alimentorum in chylum trãſformationem prefatam deſideratur. Ob quam rem porrò quantas paſſus ſim animi iactationes is videat, qui dubia quandòque nouerit, neque tamen copiam habuerit elligendi meliora: ſiquidem cum *Homero*

Odiſſ.

——*Nec apparuit vltrà.*
Tellus, ſed nobis cœlum vndique, & vndique Pontus.

Quin imò, quò plus vigiliarum in elucubrationibus eiuſmodi impendebam, eò indoctior euadebam: ſicque in luce rerum tenui caligabam, in mediocri cœcutiebam, in maximà cœcus eram. Deus bone (erumpebam propterea tacitus ſic deindè mecum contrà id genus explicationũ?) hæcciné igitur Ars, quam ſellegi! infida, fallax, dubia, principijs obſcuriſſimis innixà! His, inquam, regulis ipſa infirmi-

tate

tate infirmioribus *Medicus* se comparabit ad citas, tutas, iucundasque sanationes! Verùm non tàm diffidentia in Artem; quòd viderem hanc ab ipsa, vt aiunt, ianuà aberrare: ast maxima imprimis Medicorum Principum væcordia apparebat, qui nolunt rem alitèr se habere, quàm ut ipsi aliquandò dictarunt. Quo adeò factum, vt, cùm eosdem comperissem de re dubia, tàm tenacitèr sentire, sic ipsorum authoritas mihi imposterùm suspecta fuerit. Atque hinc planè in hac opinione mea confirmatus negocium, quod præ manibus erat, cum solo naturæ libro conferendum duxi missis alijs quibuscumque vel cœlesti calamo exaratis: nimirum sibi, non alys fidendum est bono Philosopho. Quid enim turpius, quàm ex omnium rerum domino ac dictatore intellectu nostro mancipium efficere alienæ libidinis? Quamobrém, & profanæ superbiæ putem vbique negligere auitam prudentiam, & absurdum reuerentiæ genus, quod nos perpetuò aliorum institutis velit addicere. Authorum enim ingenia multis difficultatibus ob rerum nouitatem circunueniri debuisse quis est, qui nesciat? Vndè prisci illi Sapientes *Chilifi-*

cationis,

rationis, siuè *fermentationis in ventriculo* vel inuentores, vel cultores videntur quædam minús exactè tradere coacti. Sic enim comparatum est in natura omnium principiorum, vt quoniam semina cohibeant in se omnia futuræ molis, confusa multa contineãt quocircà, vt quidquid venerat in mentem, sæpè importunà inuasione aliarum commentationum sedes occupauit: quo factum, vt non pauca videamus imperfecta, alia coaceruata, nec pauciora præpostera. Verùm enim verò in re tám arduà Marte proprio duntaxát vti periculosæ plenum opus aleæ. Memineram nàmque quám parúm constat acies ingenij mei ad naturæ arcana meditanda, ceù qui iuxtà *Persium*.

Mecum habito, & noui quàm sit mihi curta supellex;

ex alia verò parte præclara quæque facinora stabili firmoque talo sistenda esse vtcùnque perspicuum est. Quaproptér, & temeritatis notam mihi potiùs inflictam iri suspicabar, qui nempè vellem rebus iàm vnius sęculi assensu comprobatis veluti dicam scribere, animumque assuescere ijs, quæ doctissimus quisque nequàquam audeat.

Quid

Quid igitur egiſſem, aut quommodo me ab eiuſmodi anguſtijs liberare potuiſſem? Ad extremum tamen ſpem errigere cæpit illud *Euripidis*:

Attenim tropboeum nobile baud vnquám viri
Statuere pauidi; ——

in Bachid

cui occinebat hoc aliud *Theocriti*,

——*Tentando ad Troiam venere Pelaſgi*,
Cuncta puellarum pulcherrima perficit Vſus.

in Syrac.

Quidní igitur ipſe paritér expertus eſsem ſaltim.

Quid valeant humeri, quid ferre recuſent?

tanto magis quòd calcar addebat teſtimoniũ *Senecæ* pollicentis exæquatum iri aliquando ab vno, quod cœteri intactum reliquiſſent. *Multa námque*, ait, *egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt: multum adhuc reſtat operis, multumque reſtabit: neque vlli nato poſt mille ſęcula præcidetur occaſio aliquid adhuc adyciendi*. Jtèm. *Veniet tempus, quo iſta, quę nunc latent, in lucem dies protrhaet & longioris æui diligentia: veniet tempus, quo poſteri noſtri tám aperta nos neſciuiſſe mirabuntur*. His ergò velut ſtimulis incitatus tandèm operi me accinxi, inque eo tandiù meditatus, tandiù moratus, tãdiù tergiuerſatus ſum, vt iam videar mihi aliquid te-

Epiſ. 7.

nere, quo anteà carebam: videlicet lippire videor illud fermentum, quod ad *Chylificationem* supradictam euincendam expetitur: rectè-ne autem viderim, an secús, de hoc penés alios iudicium sit. Vsque adeò nàmque insita est mortalibus illa philautia, idest amor sui, vt neminem tam modestum, tam attentum, tamque oculatum inuenias, quin in proprys æstimandis quâdam animi propensione cœcutiat atque hallucinetur. Qui si adeò erroris monitus fuero, palinodiam canere, meque iterúm in meam pelliculam conuertere vtique non grauabor. Tempus enim, si Deus me & ivuentute hac mea, & reliquis subindè ætatibus aliquòusque frui concedet, vltrò aderit meliores his nanciscendi aues: sin ità, acerbos hos fructus seuerioribus consilys maturare non desinam. Cœterúm ista (siuè epiphillida appelles, siuè præiudicia, parúm moror) veluti ramum, tametsì carthaceum, atque illi Æneidum longè absimilem Dijs *Medicinæ* Arbitris offerre, ac Tholis Virtutum ipsorum suspendère vsque volui intendens hoc ampliús, exhibere nimirùm me insimul quasi specimen Magistratibus *Artis*, quo cognoscant, an ego Nouitius,

Ty-

Tyro-Medicus Diuinum, Sacrum, periculoſumque Artificium meritò aliquandò tandem ſim proffeſſurus. Sed ad rem.

SECTIO PRIMA

DE GLANDVLIS OESOPHAGI CONGLOMERATIS.

I. Masticationis explicatio integra.

PRimùm itàque innegabile videbatur, quod vulgô de *Masticatione* circunfertur; cibum videlicèt duriorem primò dentibus Caninis & Inciſorys, poſtmodum Molaribus perfringi, motûque Linguę Buccis ac Labys ſępiús in ore volui, ſaliuâ imbui ad meliorem vtcunque ſaporem, commiſtionem, digeſtionem, fermentationem &c. Quatinús liquet negocium illud inſtrumentis huiuſcemodi in vniuerſum vtique expeditum iri.

II. Deglutitionis verò defectuoſa.

Pariformitér & quod ſubindé de *Deglutitione* recitatur: cibum iam maſticatum atque ad radicem Linguę perductum iſtius motu ac eleuatione ad OEſophagum moueri vltrà Laryngem & Epiglottidem: & quod poſterior deindè in hoc motu Linguę incuruetur & ſupra Laryngem ſe, inſtar Pontis inflectat; quód iſto interim ſex priores

œſo-

OEſophagi muſculi diſtenti partem eiuſdem poſteriorem ſursùm atque extrorsùm expandant parte anteriori depreſſa atque omninò patula : & quòd denique cibo potûue in Gulę orificium proiecto præfati muſculi ſtatim ab operatione ceſſent, ac loco ipſorum ſe contrahant aly OEſophagi ipſumque OEſophagi initium conſtringentes, vt materiam in illo contentam vlterius protrudant. Ettenim iſta, quatenús conformari plurimúm cum ſuo obiecto conſpiciebam, eatenùs verá apparebant, & ne ſaltem notabilem aliquē linquerent dubitationi locum.

At non ſic porrò, quæ ad extremum de eadem *Deglutitione* venditantur : conſtrictionem OEſophagi, adeòque & cibi potûſue protruſionem vlteriús continuari vſque ad Stomachum per conſtrictionem fibrarum annularium tunicæ eiuſdem OEſophagi muſculoſæ:& quód in hoc penitús vniuerſa iſtius viſceris operatio conſiſtat: ſiuè, quòd idem eſt, protruſione illâ totum abſolui in tali organo catapoſeos, hoc eſt *Deglutitionis*, negocium.

III. Et quarè

Rationes quippè hincindè ac paſſim confluebant, quibus ſuggerebatur ab eâ fiſtulâ aliquid aliud pręſtari, & quod ſtructu-

ræ eiuſdem organicæ magis reſpondeat: id verò imprimis me monebat, quòd viderem illius, nempè OEſophagi, longitudinem tantam exiſtere, quanta plurimis alys functionibus vnà peragendis vlteriús ſufficeret. Quid enim? Tubus ſeſquipalmaris, imò aliquandò longior, nauci illi miniſterio totus dicabitur! Nonné ad id, amabò, vel bidigitalis ſuperfuiſſet? *Naturam* autèm *nihil fruſtrà facere* totiès ab *Ariſtotele* alyſque inculcatum eſt, vt citare loca ſit vel oſtentatio, vel ſuperſtitio; ſed dices, ſitum Ventriculi paulo remotiorem eiuſcemodi prolixitatem in OEſophago expoſtulare. Nec renuo; quicquid neque aliquis inficias ibit, quominùs ſub ea cauſa aliæ non minùs neceſſariæ venire poſſint. *Natura* namque *ſemper negocioſa eſt*, neque vllius legibus obſtricta multo magis patitur à ſuis ipſius operibus cogi: ideſt (cum *Lipſio*) *Hunc ad modum partita eſt Natura vices atque operas in ys, quæ condidit, vt idem non ſolùm diuerſis ſit diuerſum ſpeciebus; ſed etiam eodem in corpore alias atque alias comparet affectiones.* Intuere Inteſtina ex. gr., eadem & chylum perficiunt, ſiuè præcipitant, ſeparant, exprimunt, colant inque ſpeciales

Cent. 7. Epiſ. 26. ad Belg.

al-

alueolos quoſdã gradatim, pro ratione purificationis eiuſdem ablegãt: fœces egerunt &c. Qui igitúr neget tubum illum propterea aliquo alyo munere ſimilitér eſse functurum? Replicabis productionẽ OEſophagi reſpicere prætereà longiorem ſenſus guſtandi durationem. Eſto! quin imò hoc volo; aſt ipſum tamen minimè inſertum legitur in illa deſcriptione, quę de tali viſcere habetur. Dicitur enim OEſophagus, quòd ſit *Canalis membranoſus à faucibus ad Ventriculum protenſus vt eſculenta & potulenta in eundem Ventriculum diducat*, pręterea verò nihil. Quapropter crediderim potiùs id officij in OEſophago hactenús ne ſomniatum quidem fuiſſe, & cúm præſertim Moderni omnes ſenſationem quamlibet naturales functiones concernentem Ventriculo adſcribant, ne quidpiam fortaſsè derogent *Acido* ſuò *Gaſtrico*, quod in cauſa nutritionis tanquam omniũ artium hominem ſuſpiciunt ac venerantur, nedùm verò ceù phantaſticum quoddam Idolum, Hircocervum, aut Chimoeram diruere atque abycere ſatagunt. Demus verò nihilominus OEſophagum ob hanc alteram cauſam, nempè ad ſenſum Guſtûs diutiús protrahendum, longiorem fieri

debuiſſe

debuiſſe à natura, quam quòd ſola ciborum protruſio popoſcerit, annè tamen dicẽdum erit propterea, his geminis vſibus vniuerſam comprehendi eiuſdem naturæ tale organon conformantis idæam atque intentionem?

Rursùs non intelligebam, quamobrém ad vnam Luram, *Infundibulum* (qualem ſcilicet eſſe perhibent OEſophagum *Bartholinus* & cœteri Anatomici) compingendam tunicæ pluſquàm ſeptiformes (ſi *Verehyenio* credimus) accerſiri debuerint? Nempè, prȩter vnam *Membranoſam*, quȩ cum externo Tracheȩ, Pulmonis, Cordis, cœterorumque vitalium opificiorum habitu inito fœdere totum fermè Thoracem [vt & infernè etiam Abdomen] in conſenſum rapit, inſunt eidem OEſophago primò alia *Muſculoſa* dicta, quæ duplici *carnearum* ac tertio *tendinearum* [vt ego adnotaui] fibrillarum ordine contexta eſt; deindé alia *Vaſculoſa*, ac rusùm alia *Glanduloſa*, quibus denique *Nerueam* addit præfatus Scriptor. Tot igitur membranas ſi eum in finem duntaxat comparatas credis, vt ſacculum, ſiuè *infundibulum* ſarciant, occidi, pery nullus ſum. Neque enim percipere poſſum

l. 2. Anat. Ref. c. 12.

Anat. Tr. 3. c. 10.

quamo-

quamobrém in tali hypotheſi OEſophagus ſimplicior eſſe non debuiſſet?

Inſupér, miſſo *communi* inuolucro, *Muſculoſa* certè membrana, quæ eiuſdem *Gulæ* ſubſtantiam maiori ex parte confingit, tanta energia pollet, quantâ alia vnquàm. Qui verò cogitet tot viribus opus eſſe ad bolos ſponte ſua deorſum vergentes, & cum præſertim in cliuo lubrici liberi ac penè recti tubuli, ideſt ad Pharyngem, conſtituti fuerint infrá cogendos? Equidem Inteſtina, quæ idem pondus habent extrudendum, quod & OEſophagus (cùm videlicèt quicquid per hunc ingeritur in Ventriculum, idem poſt per illa egeratur) vt vt, iterúm, decuplô longiora ſint iſto, magiſque inuia, ſeù magé anfractuoſa, nihiloſeciús tali tantâque vuillorum muſculoſorum frequentia nequáquam ſtipantur.

Vlteriùs(inquit adhuc idem *Verebyen*)*circà OEſophagi ſtructuram eiuſque tunicas venit obſeruandum, quòd ille tranſuerſim diſſectus etiám prima fronte appareat conſtare duplici tubulo altero alteri ſuperpoſito, qui ſine alia ſeparatione præuia facillimè abinuicem diuiduntur &c.* Quorsúm autèm hæc diſtinctio? Si OEſophagus aut cibos in Ventriculum vrgeret

D dun-

duntaxát, aut, ad ſummum, etiam guſtaret!

Uerùm enim verò dies ante me deffice-ret, quám vt enarrare poſſem ſingula, quot-quot negatiuè ex ſtructura partium petita argumenta me ſuaſum ibant, vt crederem totale illius, nempè OEſophagi munus haut meritò in totiés decantatâ alimentorum protruſione ſiſtendum eſse. Seorsùm ergò hæc, & quæ fortaſsè meliús cognoſcentur infrá, quod affirmatiua reſpicit: quotiès vel exteriorem tantummodò Gulæhabitum contemplabar, toties ipſius prẹſtantia ocu-lis offerebatur quotidiè maior. Noueram námque aliàs aſſiſtere eidem circumquàque totius Microcoſmi machinas primipilares, Pulmonem intellige, Cor & cætera Vitalia; ex quorum proindè conſortio & correſpon-dentia mutua aliqualem prærogatiuam in ipſam eandem Gulam redundare debere, quiſquis nullo negocio fuiſſet interpretatus. Deindè, quòque adſpexeram ſatellitium præbere eidem innumera alia corpora im-primis glandulosa, quorum aliqua *Veſſicu-loſa* ad Jugulum ſita quatuordecim vel in alterutro eiuſdem latere à *Warrthono* de-prehenſa ſunt: cœtera *Vaſculo-veſſiculoſa* in-

in Adeno-graph.

itèm in alias OEsophago proximas regiones ablegata. Ettenim bina eademque insignis magnitudinis compereram propè Pharingem sisti ad carthilaginem Thyroideam: lateribus autèm eiusdem-met OEsophagi plura interdùm, quám viginti, & quæ vel parenchimatosa erant, vel carnea, vel sanguineo-adiposa; coloris itèm differentis, subrufi nimirùm, rubri, partim rubri, partim flaui, alterôue medio atri, altero gilui &c. magnitudinis denique omniuariæ. Rursus circá eiusdem fistulæ medietatem quædam collocabantur ad anticam ipsius faciem quatuor aut quinque numero: alia quòque ad posticam, sed pauciora, plerumque bina, & quæ substantiâ à prioribus valdè discrepabant; vltimo verò tria aut quatuor iuxtá totiès memorati OEsophagi in Ventriculum insertionem. Quibus perlustratis, nemo, ni fallor, reputasset tot organa tantamque glandularum congeriem, numerum, aut prouentum Thoraci fortuitò inclusum: *Naturam certè* (*Scaligeri* hoc est decretum) *si quis cogitat inconsultò quicquam agere, videbitur ab* Aristotele, *explodetur à* Platone, Galeni *etiám iussú vapulabit*. Excipiet fortassè aliquis, non

Exerc. 68. S. 1.

esse temerè factum à Natura, quod lymphæ Thoracem irrigantis inseruit collectioni : neque OEsophago alligatas esse illas glandulas;verùm potiùs Trachèæ,Pulmoni, Cordi, alysque partibus, quas nempé ipsę sepere atq: alluere vidētur. Propter quod, & quatinus *nullum dissentaneum potest prædicari de dissentaneo affirmatè*, vt loqvuntur *Dialectici*; siuè, quòd, quæ Natura disiunxit in rebus, ea etiam nos disiungere debemus per propositiones in Arte, stolidè quis censuerit, glandulas illas vnius Gulę gratia in Thorace fuisse reconditas. Ad quod respondeo 1. quòd quæ nobis vulgô tradunt Anatomici de Glandularum conglomeratarum officio suspecta esse debent. Quippè quòd, si demas Cerebrum, Hepar, Lienem, Pancreas, Renes, & siquæ sunt alia, reliquæ eiusmodi glandulæ non alio munere fungi dicuntur, quám colligendi illam, seu resumendi lympham suprá allegatam: & nihilominùs tamen quantum vel substantiâ, vel structura eæ differant inter se nemo non nouit. Qui ergò nesciat diuersam partium dispositionem diuersas in corporibus importare facultates. Verùm de Vsu, vt & de fabrica, seu differentia glan-

Ramus l. 1 *dial. c. 4.*

glaudularum conglomeratarum vniuersìm, & ſpeciatìm ad OEſophagum *alibi* erit diſſerendi locus. Pro arabone híc tantúm ſit *Veſſiculoſas* omnes, vtpote complura vaſcula dimittere cõpertas, quę in venas refundun- tur, aut in alias cauitates, nedùm lymphę collectioni, iſtius potiùs generationi; aut, ad minimum, inſtaurationi vacare: *Vaſculo-veſſiculoſas* autèm, cùm proprio excretorio vaſe ditatæ ſint, peculiaris cuiuſdam liquidi ſecretioni. Quo poſito, quî fiat, quæſo? ſi, vtì cuilibet liquere poteſt, Trachea, Pulmo, Cor &c. tali recremento minimè egeant.

Sect. 2.

2. nempè ad inſtantiam de connexione podictarum glandularum cum ys partibus potiús quám cum OEſophago, reſp. non valere illationem, ideò non inflvunt, quià non cohærent; cum videamus quotidiè vel in ipſo-met corpore plures partes ab inuicem longè ſemotas, & quæ nihilominús intima inter ſe commercia exercent: *Natura* [inquit Author ſuprà citatus) *valet in eodem corpore, in eodem ſubiecto multas partes, non ſolúm diuerſas; ſed et contrarias tum congregare, tùm perficere atque etiàm conſeruare*. Hinc Hepar, Pancreas &c. vt vt ab Jn-

Exerc. 175. ſ. 3.

 teſti-

testinis separata ys tamen vnicè allaborant. Quid? quod distinctionem recensitarũ glandularum ab OEsophago fieri debuisse reputabam, ne istius motus impediretur.

3. *Interoga iumenta* [vt est in *Sacris Paginis*] *& docebunt te*: Videbis namque in Cane glandulas illas adeò insitas ipsi OEsophago, vt horum neutrum absque alterius intetrimento diuidere valeas. Et demúm annè citrá spem foret inuenire emunctoria illarũ glandularum, quæ ad OEsophagum desinant?

Mitto, quæ aduersús Theoriam Medicam passim ab explicatione illa emergebant absurda, quęque aduersùs Praxin adeò, vt omnibùs pensitatis conycere mihi licuerit ad extremum, quòd, quemadmodum vsus OEsophagi genuinus, nempè integer ac perfectus. Physicos adhuc latuit itá & *Deglutitionis* expositio, quę ceù conclusio ex eiusmodi *præmissa* erui debebat, mutila, manca, imò & ne inchoata quidèm hactenus exstiterit.

IV. Vnde & Chyloseos expositio falsissima.

Deglutitio autèm siquidem via est ad *Chylificationem* [quasi scilicèt, quòd, vtì *Prima Digestio fit in Ore*, ex trito illo Medicorum veriuerbio; sic iàm ex nunc dicere non ambigam secundam in OEsophago celebrari)

ri) ſi proindè factum foret, vt qualitér ſuſpicio ad me deuenit, illius proceſsus integer Phiſyſicorum mentem nundùm ſubierit, Chylificationis ſyſtema hùcuſque proclamatum corruat neceſsum eſt; hoc eliſo, quid in Anatomicis ſanum aſſeruatum iri putas? Rectè certè *Poeta.*

Orſus mali finis malus, *Aeol.*

cui alludit hoc aliud Logicorum: *Ex falſo nunquàm poteſt ſequi verum*, abyſsu ſcilicet, vt in adagijs eſt, abyſſum ſemper inuocante. Quo factum, vt quicquid de cibi, potûſue in chylum conuerſione inflatis buccis hactenús publicatum eſt, id mihi non tam ſuſpectum, quám & omninò falſum, prætereá habendum fuerit, ac præcipuè illud: *cibum iam in Ventriculo concluſum vndique, & totum imprægnari ſaliua, &* humore acido *vndique tranſudante ex lateribus Ventriculi*; vtì cuilibet haſce noſtras in OEſophagi fabricam atque vſum animaduerſiones haut lippis oculis inſpecturo fiet palám.

Ettenim non tám errata cognouiſse, quàm ijsdem poſteá ſupplere *Medico*, vt & alij cuiuis Artifici palmarium eſt; at cui tamen facinori aſsueſcere nundùm poteram. Si-

V.l Vothoris propter. ſuper haere delibaratio.

Siquidèm metueram, ne, dùm aliorum castigator esse vellem, ipse castigari merito meo deberem: & cùm præsertim solas rerum vmbras intueri valeam; ad clarissimum autem Naturæ lumen, vt noctua ad solem, cœcutiam. Deerant pariter consilia ad id agendum, duces, viæ, cœteris quibuscunque in alienos omninò sensus conspirantibus. Quid igitur facerem, aut quò me verterem nesciebam. Decreueram aliquandò iccircò sphalmata illa Posteris relinquere emendanda; sed vetuit id statim pietas necessum esse persuadens defectus cuiuslibet, etiam leuissimi, castigationem maturare: quamobrèm & vel imbecilles potiús animi mei sensus promulgandos esse itá, vt saltem glacies frangatur, quo meliora ingenia etiamnùm concretum illud, velutí flumen, nauigare, Spartamque hactenús incultam ornare atque expolire queant: quo, iterúm, in dubium reuocato, quod antehàc pro irrefragabili habebatur, discant iam *Medici* abs *Carthesio de omnibus dubitare*; & quo tandem dissimilium inter se opinionum comparatione Veritas è Cœlo (quò se subtractam fabulantur ludiones Poetæ) nobis præsentior fiat: quatenùs

Medit. 1.

nùs

nùs regula eſt Dialecticorum receptiſſima *Oppoſita iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt*. His igitur ſuaſionibus victus prouinciam hanc ſucſcipere deſtinauì; at vix tamen veſtigiũ in eandem poſueram, cum en! interpellantem audio *Galenum* diuque clamitantem, non eſse errorem quicquid vſque ad præſentem diem reticuerunt Anatomici; parteſque omnes, imprimis veró *Deglutitionem*, concernentes tanquàm, ab yſdem fusè expoſitas, vlteriori diſquiſitione non egere: Et cum denique *non ſit optimi Artificis* [ſunt eius verba] *ſingula proſsequi*. Quibus proindè, ceú boatibus, territus greſſum reducere iám parabam; ſed detinuit me nihilominús rursùm ea cogitatio, qua conuictus fueram illam partium OEſophagi deſcriptionem hùcuſque exactè traditam nullo modo fuiſse: id profectò quod error-ne, an ommiſſio, appellandum fuerit, haud multum refert; illud autèm maximè, ſi quidquam non ommittatur. *Boni quippè Artificis pars eſt* (reclamabat viciſſatim *Scaliger*) *quàmpauciſsima poſsit ommittere*. Verúm (vt Anonymi cuiuſdam ſenſa ſuper hâc ipſa re in medium proferam) *Galenum* arbitror illud penè ex ſuper-

2. de VS. Part. 4.

de Cauſ. ling. L. c. 3.

bia dixiſſe, & quo Philoſophos cum omnes tùm imprimis *Medicos* pronunciatis ſuis, tanquam oraculis, omnimodè obſtringeret: *vtque ſuſtinerèmus* (erant illius verba) *ab ea veritatis vendicatione, propter quam in periculo eramus, ne in offenſionem incideremus infimæ facis eruditorum*. Namque aliàs magna illorum eſt væcordia, qui nolunt quicquam nobis eſſe novum; horum nihil Antiquos latuiſſe. *Quid enim* [inſurgit hîc denuò *Scaliger*] *cum* Galeno *interijt vniuerſum humanum ingenium? Nonnè artes per ſæcula cæperunt incrementa? Vobis ipſis imponitis ſilentij ſeruitutem? Nonnè hæ ſunt ſcientiæ liberales? Quæ ſeruitus iſta ſit* (excipit *Lipſius*) *tu* (auditorem alloquitur) *mecum* (ſiuè cum *Seneca*) *aude profaci: Non me cuipiam mancipaui, nullius nomen fero: multum magnorum virorum iudicio tribuo, aliquid & meo vindico*. Liberum quippè eſt in Philoſophicis cuicunque & aliena arbitria carpere & ſua defendere, & quibuſuis demum armis Veritatem tueri. Quo ſtante, veſtigium ponere exercitationi iſti ampliús non dubitaui, viamque aperire ſingulis, quoquot ſcire auerent quemadmodum naturales functiones illæ (*Deglutitio* ac *Digeſtio*) ritè pangantur

de Inſom.

Manud. ad Stoic. Phil. diſ. 5.

gantur. Detegam itáque imprimis qualis & quanta sit OEsophagi structura; tùm quis partium eundem componentium vsus. His enim probe erutis vix dubito, quin eiusmodi operationum ordo ac ratio, ceu consequentiæ ex suis præmissis legitimè deducantur. Attenim vrò initium facturo *Anatome*, illa Medicarum certitudinum (vt in Prooemio patuit) scaturigo, ante omnia inuocanda venit. Lydius siquidèm hic est lapis, quo assertionum nostrarũ soliditas probari debet; Elice itidem & Cinosura, ad quam, ceu magnes, mens nostra declinet. Cuius tamen ad aras immeritó licét accedam, hoc est, nulla Anatomici indutus prærogatiua; nihilominus qui nescit, primis mortalium ausibus *Deum* fauere, & quibus insuper audere oppor tet sic nempè, vt interdùm *Catum è rudi reddit magistra necessitas*, cum *Suida*.

VJ. OEsoph. magnitudo, figura situs.

Sectis ergò Iuuenum hominum repentinò pręsertim extinctorum [ettenim hæc initio monenda fuerunt, ne exciderent; Senum nempè atque Jnfantum corpora in hoc casu minùs vsuenire, aut quotiès saltim ductus illi erunt explorandi, de quibus infrà; item neque tabida aut alio,

 quo-

quopiam morbo consumpta, neque diù funerata &c.) sectis, inquam, statim ab obitu [id, quod alterum emolumentum erit] illorum cadaueribus, quotquot ad manus venire potuerunt, OEsophagum, totale illud *Deglutitionis* organum, à fronte atque à tergo, vt aiunt, hoc est diligentér & vel secundúm minimas partes, examinare cæpi. Ecce autèm qualis prima eiusdem facies offerebatur! Canalis quidam oblongus à Pharynge eiusdemque constrictorio musculo (quem ad se transmissas alimentitias glebas vlteriùs in OEsophagum impellere suprà iam indicatum est) ad Ventriculum desinebat, latitudinis instar tenuis intestini, figurę alibi rectæ, alibi obliquæ. Nam circa quintam Thoracis vertebram paulo dextrorsùm inclinabat, cogente ipsum scilicèt ibidem arteria *Magna*; deindè iterúm sedem suam in Thoracis medio repetebat: ac paulo post denique relicto eo, cui hactenùs alligabatur, Dorso, antrorsùm reflectebat ad Ventriculum. vnde adeò situs cernebatur OEsophagus à parte posteriori *Asperæ* arterię initio sumpto à binis inferioribus Colli vertebris, à quibus mox vsque ad quintam illam eiusdem Thoracis Dorso,

vt

vt dictum est, annectebatur: indèque rursũ post liber solutusque exporrigebat se se ponè Pericardium ad Diaphragma, quod subitò ingrediebatur per peculiare foramen sibi à Natura comparatum; ac postremò in sinistrum Ventriculi orificium implantabatur.

VII. Part. cõponentes & l. Tunica membranosa.

Et quod structuram: tectus erat is vbìque primùm *membrana* exili à vertebrarum ligamentis orta penes multos; secùs autèm alios vel à Peritonæo duntaxàt vel à Pleura. Quicquid in hac controuersia si quis & me de suffragio meo rogaret, non possem non proferre candidè, eorum neminem rectè sentire. Quippè, quod priorum est, obseruaui ego fibras tendinum, aut ligamentorum [de verbis namque non disputo] quę connexioni vertebrarum vacant nullatenus extendere se se suprà OEsophagum, præcipuè suprá illam partem, quam à Dorso (vt iamiam adnotatum est) seiungi perhibuimus. Quî igitur eæ talem tunicam texent, aut implicabunt? Quod verò attinet posteriores; comperi sępènumerò membranam Ventriculi extimam, quæ *Bartholino toti OEsophago continua* dicitur, vbi ad Diaphragma deuenit, reflectere suprà lamellam ipsius inferiorem, inque hanc late se exten-

l. 2. Anat. Refer. c. 12

dere ità, vt nescias an, quæ eiusmodi lamellam operit exterior tunica cum exteriori Ventriculi inuolucro continuetur, an hoc cum illa. Par ratio quòque est de Pleura. Hæc ettenim, quicquid OEsophagum extrinsecùs amiciat in Thorace, cùm tamen mox in Septum offendit, proycit se, vt ità dicam, suprà lamellam istius superiorem, atque ità circulum svum repetit. Quæ causa est profectò, cúr integumentum Gulæ *Membranosum* à neutra huiusmodi tunicarum [Peritonæo ac Pleura) productum arbitrer; & præterea, quia neutra earum ad alterum penetrat Diaphragmatis latus præcipuè per illud foramen, per quod OEsophagus pertransit. Vitat enim hoc insupér tunica ipsius *Musculosa*, de qua moxmox erit sermo: quandoquidem nimirum ex ea compaginatur interior prædicti Septi substantia quod Meditullium appellatur, affirmante hoc mecum ipso etiam *VVillisio* cuius hic est Textus. *Hoc cuiuis Septi fabricam intuenti eiusque in Zootomijs motum obseruanti primo aspectu apparebit; nempè quòd, cum musculo huic composito plures insint fibrarum carnearum series, harum duæ interiores ex vtroque OEsophagi transeun-*

Dis. de Affect. Hyp.

ſeuntis latere conſitæ &c. Quarè immeritò quiſpiam iudicarit fibras Peritonæi & Pleuræ viciſſim ſuſdèque excurrere per illud foramen, per quod OEſophagus labitur in Ventriculum. Vt itaque huic mentem aperiam meam, dicam tenue illud velum, quod OEſophagum externè ambit, nec à Pleura, ſimplicitèr, neque à Peritonæo vnicè deriuari; verùm quod ſecundùm illam partem, quæ Thoraci incluſa eſt, à priori: ſecundùm alteram verò, à poſteriori ortum trahat, vt liquet. Videantur inſuper in hac lite eiuſdem *VVilliſij*, *Diemerbroeky*, aliorumque iudicia. Atamen verò vtvt parui apud Anatomicos momenti quæſtio hæc nonnullis videri poſſit; apud Medicos tamen maiorem, quàm quis duxerit, conſiderationem meretur. Quippè, cùm tunica illa OEſophagi extima *communis* ſit, hoc eſt cum omnibus omninò partibus regionem, in quà ipſa eſt, incolentibus conſentiat; ſi propterèa accidat illam ab his nonnunquam male habentibus in conſenſum trahi, neque porrò ratio huiuſmodi conſenſus *Medico* innoteſcat, planum eſt huic non mediocre negocium faceſſitum iri poſſe. Verùm hæc ad Pathologos.

1. Pharm. Rat. §. 1 c. 2,

Anat. l. 2. c. 18.

Quod

VIII. Tunic. 2. Musculo-

Quod nostrum est: detracto illo *communi* inuolucro, in conspectum prodyt illicò tunica *Musculosa* in ordine quidèm *secunda* dicta, quamuis inter proprias antesignana vocari mereatur, & cum præsertim ipsum OEsophagum maiori ex parte constituat. Huius autem fibrę spissiores reuerá cernebãtur, quám quòd simplicem decet membranam. Propter quam causam nonnulis *perforatus Musculus* audiri maluit, præcipué *Hoffmanno*, vt qui eam insuper & paralysi obnoxiam nouit & convulsioni. Et, quod procesum attinet huiusmodi fibrarũ: duplex is apparebat, alter alteri contrarius. Superiores quippè fibræ rectæ, siuè longitudinales conspiciebantùr, inferiores verò transuersales, siuè annulares. Rursùs longitudinalium nonnullæ (quiá OEsophagus circà initium latior est) in descensu ad se mutuò inclinatæ hinc indè partibus subiectis implantabantur; *aut certè* [inquit *Verebyen*) *si alibi angulos efficiunt, hi valdè exigui sunt, ac vix obseruabiles: licet quis* [pergit oculatissimus Anatomicus] *præiudicio occupatus facilè tales angulos sibi proponeret. Si enim tunicam istam* (musculosam) *sursùm traxeris, in parte magis tensa angu-*

los

los superiora spectantes efficies; è conuerso, si easdem fibras deorsúm extenderis. Sed quas nos series, aut ductus, idem *Vereyhen* dixit tunicas, distinxitque in vnicâ binas membranas; quicquid reuerà hæ non sint aliud, quám totidem fibrarum diuersi ordines, videanturque velùt duo viminum strata vnam eandemque cratem cancellantia. Quod si tamen ex varijs ductibus varias libet fingere pelliculas, adyciam nunc ego geminæ illi tunicæ *Musculosæ* laminę etiàm tertiam, quam nescio, qúomodò ab Authoribus prętermissa, aut sequentibus membranis fuerit attributa. Aduerti namque in interiori longitudinalium fibrarum superficie quosdam pediculos membranosos eo ordine digestos, quo erucarum cruscula, amplexari continuò in se, atque admittere in spacys, quæ inter binos quoslibet intercedebant, totidem subiectas annulares fibras, subindèque abire in aliud planum à superstantibus omninò diuersum: similitèr & alias papillas lanuginosas, quibus inferiores, seù annulares fibræ, vndique obductæ erant, præsertim in concauâ sua parte; ex quarum idcircò nexu & colligatione mutuâ tela, illa denique resultabat, quam addidimus.

Hoc autem ſtratum ſi proprio quopiam nomine inſignire cupis, in promptu eſt dicere, quòd, ſicuti petiola ac lanugo præfata ſe habent inſtar tendinum, ſiuè ligamentorum, quibus muſculoſæ fibræ donari ſolent, & ad quos proindè conſtituuntur illi anguli, quos OEſophagus in motu ſuo vermiculari deſcribit, ideſt in *Deglutitionis* actione; ſic tertia hæc *Muſculoſę* membranę lamina Tendinoſa iure vocari mereatur, & quo ſaltim nihil deeſſe iudices illi tunicæ ad veri muſculi rationem.

IX. OEſophagi diuiſio in duos tubos.

Coeterúm arbitrari, quòd eiuſmodi ſubtegmen portio quædam ſit aliarum tunicarum vltrá exiſtentium, abſurdum eſt. Norunt namque omnes (idque & á nobis ſuprà inſinuatum fuit) conſtare OEſophagum duplici tubulo altero in alterum inuaginato atque abinuicem facillimè ſeparabili, quorum prior ex tunicis *Exteriore & Muſculoſa* componitur, poſterior ex reliquis. Jn hac itáque diſiunctione, ſi ea lamella poſteriori tubulo obſequeretur, haud inficiarer, quominùs ad iſtum pertinere poſſet; verùm cúm é conuerſo potiùs priori adhæreſcat, non video quamobrèm *Muſculoſæ* membranæ iure meritóque adiudicanda ſit, & cum in-

insupèr ab hâc nullo pacto diuelli queat. Sed, misso hôc, conspicatus posteà ægrè factum iri posse, quòd vtì superiores tunicæ, sic reliquæ deinceps in conspectum venturę essent, absque quòd alter eiusmodi tubulorum ab altero seiungeretur, huic operi me accinxi, inque eo statim reperi talem OEsophagi diuisionem perbellè occurrere in inferiori parte, quamuis superiora versus difficiliùs contingeret.

X. Vlterior Authoris inquisit. in istos tubos.

At verò inter separandum tales tubos acciderat sæpenumero iám plura aduertisse, quæ mediè inter vtrumque offerebantur, & quorum tamen cognitio ad me nundum peruenerat, fortè quiá OEsophagi, qui túm prę manibus aderant à vicinis partibus erant abscissi. Talem ergò remoram pro mea virili supplantaturus negocium, quod mente agitabam, protinùs expediendum censui hoc pacto.

Neque enim solū alios redarguere debemus, sed & nostra inuenta ponere & inuentionis modum indicàre: sic enim commodius auditorum animos com-

Selectis itá, vtì iam memini, cadaueribus præcipuè quorum exta adhuc fumare cernebantúr, abscidi primò Ventriculum transuersalitèr ac paulo inferius orificium eiusdem sinistrum: deindè circà Stomachum [sic enim infimam OEsophagi regionem appello, quam nempe alij etiám Cardiam

F 2 vocare

paramus. Scalig. in 3hist. animal. c. 4. s. 4

vocare consueuerunt] aliquale Septi portione relicta collaris instar, in Thoracem ascendi; vbi protinùs vtràque Aorta (vt cum vulgo Anatomicorum loquar] vel potiùs Carotidibus ac Subclauys; infernè verò toto ipsius Aortę trunco, venis insuper neruisque, quám fieri potuit, distantissimè à Corde amputatis, *Asperam* arteriam percussi indito gladiolo inter Epiglottidem & carthilaginem Thyroideam: quem quidèm ictum secuta post OEsophagi scissione, totam molem, quà nempè ipse OEsophagus, Trachea cum annexis Pulmonibus & Corde, quaque reliqua mox enumerata continebantur auellere inchoaui cum hac tamen cautione: nè videlicèt inter extrahendum illam aliquid in Dorso relinqueretur, quod ad OEsophagum pertineret; verum & nè hoc accideret, palpando ac retinacula paulatim discerpendo, manu intrà eiusdem Dorsi spinam partemque OEsophagi posteriorem admota blandèque diducta, vtcùnque effectum est.

XI. Noui excretorij ductus ad illos tubos.

Hisce peractis, ac mole illa in asserem coniecta atque inuersa, frustulum Uentriculi supradictum partemque OEsophagi inferiorem succidere aggressus sum vsque ad

eum locum, vbi Aorta *Descendens* falsò nuncupata (cùm nimirum *Ascendens* nusquiám reperiatur, sed loco istius Carotidum ac Subclauiarum rami ab Aorta immediatè surgentes, vt modò declaraui) OEsophagum sibi ante in comitem adscitum deserit dimittitque.

Hîc enim obitèr notandum est (& saltèm donec peritissimi in Aortę Viri, atque in Anatomia me magìs versati hac de re clariora proferant) Aortę truncum ferè adusque insertionem suam in Diaphragma non esse ità rectum, atque ac ab illis delineatur. Ettenim ipse visus sum mihi conspexisse istum, postquàm paulo ab eggressu à sinistro Cordis thalamo deorsum reflexus angulũ exteriora spectantem depixerat, reclinare se se introrsúm suprà Dorsi spinam, atque in dextro istius latere alterum angulum describere, donec sensim recuruatus læuorsum iterúm accederet, atque hinc tandem recta haberetur in Abdomen per binos processus, qui musculum Diaphragmatis posteriorem constitvunt. Huius autem sinuositatis causam si quæris non aliam ego tradiderim, quám quæ à *Lovuero*, *Ruyschio* alijsque affertur in Facto de distributione

Obseruat.

Tract. de Mot. Cord c. 1.

in Respon ad Epist. Probl. 5.

Aortæ ſtatim ab exitu ſuo á Corde: ſcilicèt ne ſanguis, qui cum impetu proycitur ab illo, omninò accurreret ad remotiores partes, vtque adeò flexuris eiuſmodi remoratus magis æquè deflueret in arterias Intercoſtales, Mediaſtinas &c; aliôqui anguſti oſculi vaſa ac numeri non infrequentis. Iam verò talis obliquitas in cauſa erat, cur OEſophagus Aortæ non vbique incumberet; ſed ad quintam Thoracis vertebram, vbi hæc à læuo in dextrum latus procurrebat, eandem tranſuerſalitèr commenſuraret: mox verò angulum in eodem dextro latere effingentem, (nempe illum, quem adnotauimus) partiatim duntaxat ſubigeret; ac poſtremò ab iſto in ſiniſtrum latus denuò ſubtentam obliquè comprimeret vſque ad nonam vertebram, vbi denique lęuorſum inclinatam penitùs repudiabat.

Jgitur vſque ad hunc locum perducta ſuccisione illa, ideſt longitudinali eiuſdem OEſophagi à parte poſteriori ſurſum ſectione, me iterúm contuli ad Ventriculum: cuius deindè membranis ab inuicem ad Cardiam vſque diuiſis, vt propthereà tubos OEſophagi ſupradictos ſeorsúm diſtrahere incipio, en! video extemplò quendã

fibro-

fibrosum, veluti funiculum, obycere se medium inter vtrumque illum tubum, eorumque alterum alteri connectere tàm firmo corpore, vt & vlteriorem ipsorum diuisionem respuere, & manibus, ceù moram, imperare videretur. Iussus itàque hoc nutu abstineo ab opere, iàmque scire cupidus an noui quidpiam fortassè id genus fidium caneret, seù portenderet stylo ipsum concutio. Trepidat sanè funiculus ad istius diductiones, obsequitur, paret, hoc est vicissim producitur ac decurtatur: hoc tamen non obstante haud vincitur, atque vtcunque, licèt in diuersa, abstractus integer nihilominùs semper remanet. Ad hæc profectò statim credidi ipsum esse aliquem è numero ramorum neruosorum, qui, terebrato exteriori tubulo, interiorem, qui ferè totus nerueus est, compaginatum iret; quamobrém animo gestiens inuenire saltim vndè is suum exordium ostentaret, in hoc negocio totum studium impendi. Verùm ademit opinionem hanc denique sæpius iterata ocularis inspectio, vt qua demùm certior factus sum funiculum illum esse merè membranosum ac penè flaccidum fibris longiusculis, nec non insigni cauitate

prædi-

prędítum : quibus planè argumentis eò pa-
ritér impulſus ſum, vt exiſtimarem talem fi-
deculam potiùs vaſis ſanguiferis accenſen-
dam eſſe. Quamuis ex alia parte iudici-
um hocce meum rursùs quòque falſum de-
prehenſum eſt; quandoquidem vlteriùs pro-
rogato examine comperi ad extremum eiu-
ſmodi funiculum comite carere contrà ar-
teriarum ac venarum morem, neque
itém ſanguine referri, neque demùm quic-
quam cum arterys commune habere, quic-
quam cum venis.

XIJ. n. ipſorũ par á glã dulis *Ga-ſtricis* Co-nglome-ratis

Jncrebuit ergò amor idcircò pleniùs a-
gnoſcendi quid id rei eſſet; inque hunc finem
porrò introducta in pridem animaduerſam
cauitatem, à qua liberaliſſimè excipieba-
tur, ſeta, hanc leui appulſu adegi in inte-
riorem OEſophagi tubum, re protinùs ex-
teriora versús minùs ſuccedente. Quamo-
brem ſuſpicatus vas eſse illud quoddam ad
eundem OEſophagum ducens, tentami-
na renouaui, hiſque mediantibus perſpe-
ctum mihi factum fuit denique tale vas ad
Cardiam, ſiuè ad Stomachum, terminare in
ea OEſophagi parte, quæ Ventriculo affi-
nis eſt. Et quod hunc terminum, obſeruaui
poſteà ſetam illam, vbi ad primorem in-

teríoris

terioris tubuli præfati tabulam [quæ *Verheyenio* tunica *Vasculosa* est] deuenerat, vltrà ampliús non posse excurrere, vasculo nempè, seù funiculo totiès repetito, in compplura minora distributo. Horum igitùr progressum posteá sciscitatus inueni eadem primò ingerere se se rectâ in medioxumam laudati tubuli contignationem, membranam *Glandulosam* ab eodem Authore indigetatam; mòx verò obliquè omninò, ideſt postquám in alìas adhuc minores propagines subdiuisa prędictam *Vasculosam* laminam exararant atque aliquatenùs pręcinxerant. Hoc enim facto vniuersim dehiscebant in cauam antè indicatam OEsophagi superficiem per minimulos quosdam poros in *Neruea* eädemque vltimâ [penès totiès citatum Authorem] eiusdem interioris tubuli lamella existentes, ac *Vuillosa crusta* demúm obductos. Lætus ergò ipse noui vasis iàm saltim terminum aduertisse ad istius quòque originem præstolandam remis, vt prouerbiali figura vtar, velisque contendi. Concusseram autèm ob id ipsũ fortassis stylo argenteo; cùmque vidissem postindé idem vas amplitér, prolixè ac liberè moueri per exteriorem tubum infrà existen-

Anat. tract. 3. c. 9.

 tem

tem [interiore interim manu ſurſum elato] in eam incidi ſententiam, iſtud vas longè à *Muſculoſa* membrana procedere: ac propterea, ne & in indagine fortaſſis deperiret idem, aut elaberetur, ſecui prædictum exteriorem OEſophagi tubum, verbo *Muſculoſam* tunicam, lateralitèr iuxtà eum locum, per quem funiculus eiuſmodi pertranſibat; quo factum, vt eodem hoc poſteá è ſede ſua diſturbato aduertere potuerim, quatenùs locus ille foramen erat, inſtar trochleæ, rotundum ac perpolitum: per quod adeò haud mirabar, quamobrèm totiès nominatum vas liberè illinc mouere ſe ſe, hoc eſt adduci, reduci, accedere, recedere, verbo reciprocare valuiſſet: deindè quòque obſeruaui propendere ab altera, quæ nempè à foris erat, eiuſdem vaſculi extremitate quoddam Corpus membranoſum in diſſito, longè ab OEſophago, collocatum ſuprà collum Ventriculi non nihil versùs poſteriora; in quo ſcilicèt demùm latere comperi exordium prædicti vaſis.

XIIJ. Structur. eiu modi glandularum.

Porrò itàque ad iſtius, nempé *membranoſi corporis*, enucleationem digreſſus reperi idem primò duplex, triplex, interdúm etiàm quadruplex, hoc eſt totidem alijs

cor-

corporibus minutioribus seriatim digestis concretum, & quæ tandem vnâ eädemque exteriori tunica obuoluebantur. Quod singula; detracta hâc pellicula communi, examinare cępi illud, quod propinquissimè omnium annectebatur dicto vasi; atque hinc planè adspexi fuisse istud omnium maximũ, videlicet crassitie fabæ æmulum, figura, infernè planum, cœterà quasi sphęricum, aut potiùs ad hemisphærij figuram accedens: nisi quòd in conuexa superficie sua, duobus, tribusue anfractibus notabatur, ceù in totidem lobulos esset distinctum, colore denique subrubrum, aut ex rubro variegatum. Ex hac igitur figurę asperitate, argumentatus sum protinùs tale corpus glandulam esse aliquam è numero Conglomeratarum. Sic enim appellantur *quotquot ex varijs, quasi minoribus, glandulis exurgunt cum aliquali superficiei suæ inæqualitate*. Et sanè, si structuram attendas: amiciebatur vndique istud corpus membrana propria tenui quidem, ast aliôqui firma; à qua sustentabantur plurimę arteriæ *Cæliacę* ramificationes, vt & aliæ sanguinem reportantes, quæ in *Gastricas* venas exonerabantur: è quarum iccircò flexu ac plexu mutuo ea

tandem pictura resultabat, quę in *Pia* meninge alysque membranis conglomeratas glandulas occingentibus obseruatur. Insupèr delapsa ab hoc velamine arteriarum capillaria (venosa nàmque non peruadunt ob rationem *alibi* allegandam]altè se se in dicti corporis parenchyma condebant; vbi post in minimas propagines subdiuisa terminabantur ad extremū in exiguos calices, siuè cupulas quasdam membranosas figurâ ijs, quæ glandes quercinas continent, haut absimiles, & carnosis cellulis demùm insertas: quo propterea fiebat, vt capitula illa, siué potiùs arteriarum extremitates, folliculos quosdam repræsentarent, aut acinos altero medio carneos, altero membranosos; quicquid reuerà carneæ huismodi cellulæ nil aliud esse viderentur, quám pororum arteriosorum constrictoriæ, eædemque & suspensoriæ fibræ. Ultimò verò inter has fibras, quæ scilicèt tales acinos claudebant, seù quasi concamerabant, conspicui cernebantur parui quidam meatus, aut gurgustiola plerumque oualia, & quę immediatè ducebant in proximos rivulos per quandam lanuginem sparsam, quę in hos expandebatur. Rivuli autem, siuè sulci

Dissert. Anat. 2.

huius-

huiuſmodi membranoſi hinc inde à prędictis glandulis proſtabant inſtar paruorum canaliculorum, qui tandem in alios maiores dehiſcebant, de quibus impręſens. Etteenim ex inciſuris illis, ſiuè vallibus externè in conuexa glandulæ ſuperficie adnotatis, deſcendebant intrinſecè totidem euripi membranoſi, qui aut perpendicularitér omninò, aut obliquè parúm deſcendebant denique in vnum alium maiorem horizontalitér ad baſin eiuſdem glandulæ collocatum; ex cuius poſteà extremo, illo ſcilicét, quod OEſophagum reſpiciebat, foràs erumpebat illud vas, quod noueram è corpore iſtiuſmodi glanduloſo in interiorem infernamque eiuſdem OEſophagi ſubſtantiam irrepere.

At veró parúm ab exortu ſuo deflexerat tale emunctorium, cùm ſe ſe ſtatim luminibus obiecit aliud magis exile, quod ſub eiuſdem matrice rependo breuî ducebat ad aliud corpus illi ipſi ſimile, ſi molem duntaxát excipias & figuram. Erat nanque iſtud priori tenvuius magiſque rotundum, inſtar piſi: cœterà, hoc eſt ſecundum interiorem habitum, nihil, vt modò innui, ab eâdem ſuperiori glandula diſcrepans.

Antè tamen, quàm hoc ſvum principium repeteret ſiphus iſte recentiſſimus alium iterúm excipiebat à tertia glandula proficiſcentem, quique rursús magis exilis obſeruabatur quàm alter adeò, quòd dixiſſes iſtiuſmodi vaſcula æmulari quaſi petiola ceraſorum, quorum ſcilicet tria aut quatuor in communem quendam ramuſculum abeant, aut potius rivulos aliquot minimos, quorum aly in alios deſinendo ad extremum flumen quoddam magnificum conficiant, illud inquam flumen, quod ad OEſophagum indè concurrere denunciauimus. Sic ergò etiam quartum vas in tertiũ confluebat &c. Nam quod numerum corporum, eiuſmodi glandoſorum; nouimus ſuprà interdùm quatuor dinumerata fuiſſe: Nunc quod ordinem; haut ſemper ſeriatim, vt ibidem paritèr indicauimus, quandòque potiùs aceruatim digeſta viſa ſunt: quod magnitudinem autem; quo plus ab OEſophago diſterminabantur, eò ſemper minora erant, eorundemque vaſcula, ſeu radices membranoſæ, magis gracileſcebant. Vlteriús, quod ſitum earundem glandularum; compertę ſunt hę non raró ſeorsúm à Ventriculo procubuiſſe, nempè ſub Dia-

phra-

phragmate è regione Lienis : ac tandèm quod structuram; erant omnes vbique analogæ, idest *Vasculo-uessiculosæ*, qualis nimirum fuit illa, quam priori loco descripsimus. *Vasculo-uessiculosas* ettenim nominare libet glandulas *quotquot ex multis, quasi minimulis glandulis componuntur, ceù acinis membranosis simul congestis, per intercedentia vasa plurimasque fibrillas cohærentibus & communi membrana inclusis*. Sed quidquid de his sit, quidquid, iterùm, situs, numerus ac figura talium glandularum in vnoquolibet subiecto multúm varient; illud certè fallere me nunquám potuit, vasculum scilicèt suprà delineatum, quodque ad Cardiam, siuè inferiorem OEsophagi regionem, vltimò penetrare nouimus, à conglomeratis ysdemque *Vasculo-uessiculosis* Ventriculi glandulis (quas iccircò *Gastricas* appellauimus) denique non propagari; neque porrò quicquam esse aliud, quám eiusmodi elaboratoriorum excretorium tubum.

XIV. 2. par à Glandulis *Dorsalibus*.

His planè velut illecebris ad noua studia inuitatus antè inchoatam tubulorum OEsophagi diuisionem vlteriús exequi perrexi. Seiunxerã autẽ iam vtrumque alterũ ab altero,

ro, per totum illum tractum, qui à Ventriculo ad quintam Dorsi vertebram est, seù vsquequò partem eiusdem OEsophagi posteriorem in longum me pridem secuisse retuli: neque porrò intrà eosdem quidquam prǫtereà speculatus, quod saltim conuenientiam aliquam haberet cum priori inuento, in eam opinionem deueni, vt existimarim Naturam iám in arcanis suis mihi reuelandis fuisse delassatam. Quamuìs tamen coniectatus posteà ibidem noui aliquid contingere non potuisse, fortè quòd OEsophagus per totum illud interuallum cuiusuis organi (vnum si demas Septum) consortium & consuetudinem respuat, bono animo iterùm esse cæpi: inque spem meam pristinam restitutus, inueniendi nimirùm rursus aliquid, præfatam OEsophagi à tergo sursùm sectionem paulisper prolongaui, quòad scilicét Pulmonalis fistulæ terminum me assecutum fuisse in comperto habui; hoc facto nedùm posteà inter separandum ab inuicem dictos tubos prætergressus eram locum quintę superadictæ Dorsi vertebræ correspondentem, cúm obuiam venere denuò gemina alia vascula membranosa, in alterutro tubulorum prędi-

prædictorum, per medium dissectorum latere vnum, & quæ rursùs media inter vnum & alterum se obyciebant, in reliqvum vniformia, sibi inuicem parallela, ac tandèm longitudine paria illi, quod nuperrimè dictum est è Ventriculi collo ad Cardiam ascendisse, quamuìs crassitie aliquantò minora. Horum igitùr capita noscere desiderans, concussi eadem more antè à me recepto (nempè quùm de *Cardiaci* modò nominati ductûs exordio decernendum fuit) blanditér stylo argenteo; qua motione mediante perspectum habui demùm quatinùs tales canaliculi expeditè accurrerent recurrerentque per exteriorem OEsophagi tubum, hoceſt per tunicam istius *Musculosam*: in qua aderant iccircò totidem binæ trochleæ parallelæ, ideſt sub eadem recta linea positæ, vnaquæque inter quatuor fibras eiusdem tunicæ *carneas*, duas nempè longitudinales, ac totidem annulares, quæque ab insimul parùm recedere videbantur; itèm rursùm quatinús ydem ductus traherent post se singuli svum nodulum peculiarem vtrobìque simplicem, membranosum, inæqualem, oblongum ac neque demùm itá compactum, atque ille, quem narrauimus

proximè sinistro Ventriculi orificio adstitisse. Quibus ponderatis, in promptu fuit iudicare, quòd inuolucra, quorum modò à Nobis facta fuit mentio, nihil aliud in se, quám glandulas *Dorsales*, abscondérent. Dicuntur enim hæ adiacere hinc indè à parte anteriori quintæ Dorsi vertebræ. quî igitùr alibi eædem quęri debuissent? Sed scrupúlus nihilominús adhùc restabat, an videlicét, cùm tales glandulæ sat supèrque Anatomicis pateant, mihi tamen licuisset rursúm parumpèr in ipsarum descriptione commorari? id sanè, quod statim amplexatum est ex eâ consideratione, quòd *Dorsalium* glandularum historia à nemine, quod sciam, hactenùs compilata fuit, præcipuè quoàd ipsarum emunctoria, vt quæ vel vsque-nùm fuerunt ignorata: mea itáque interesse, vt, cùm ista demonstrata sint, illarum etiàm saltim rudem effigiem adumbrarem, aliöqui munere meo me haut ritè defuncturum.

XV. Glandulæ *Dorsales* Conglomer:

Quo titulo multatus, excerpto illo, tanquám cortice membranoso, qui vtrumque inuolucrum pręfatum contegebat, intuitus sum porrò tales glandulas numero binas, in alterutro nodulo vnam, magnitudine

ferè

ferè ad amygdalæ fructum accedere, quemadmodùm & figurâ: nisi, quòd vnaquæuis earum quatuor, ad summum sex, prominentys, seù tuberculis glandulosis notata erat hinc indè è regione positis, & quæ tubercula ad basin crassiora, quám ad apicem inter se paritèr incisuras quasdam relinquebant illic profundiores, quàm hîc, vt & ibidèm etiàm magis versús glandulæ centrum protensas. His itàque consideratis, minimè conctatus sum deliberaturus nùm tales glandulæ Conglomeratis accensendę forent, nec nè? multo minús quòque, an istas Conglomeratas *Vasculo-vessiculosarum* cathalogo adscripsissem? Quippè tales primis oculis visæ; integumentum nempè quoddam proprium ac satis exile earum quamlibet amiciebat fvlciebatque desupèr innumeros sanguiferorum vasorum pampinos è *Bronchialibus*, & *Coronarys*, ceù palmitibus, traductos, quique ad extremum submittebant se se in subiectam glandulosam carnem fere sub ea norma, quâ & *Cęliacos Gastricosque* ramos in posterioris nominis glandulis caput svum deflectere suprá iam significauimus. Deindè hæc glandulosa caro cystidibus farta erat, siuè ves-

ſiculis innumeris membranoſis racematim digeſtis; quarum vnaquæuis proprio fruebatur excretorio poro immediatè dehiſcente in quoſdam ſurculos itidem membranoſos mediè inter binas quaslibet veſſiculas exiſtentes: á quibus proindè exceptus latex recrementitius ducebatur poſteá in alios magis capaces, vndique è circunferentia glandulę emergentes excurrenteſque ſub ys, quaſi vallibus, exteriús inter eiuſmodi glandularum prominentias obſeruatis, & qui ſurculi denique terminabantur in alium omnium maximum mediè ab apice ad baſin cuiuſcunque glandulæ protenſum, perindè ſcilicet, atque in Pancreate *Virſungianus* tubus. Tandem verò ad alterũ nouiſsimi iſtius elicis extremũ, nempè quod à foris erat, continvus cernebatur ille nilus, quem vidimus ab vnoquoque nodulo ſuperiùs prorupiſſe ad *Nerueam* OEſophagi membranam, *Muſculoſa* priús in trochlearum loco perforatâ. Sed quod attinet huiuſmodi inſertionem: quatinùs hęc parúm diſſerre viſa eſt ab illa, quam de *Cardiaco* vaſe publicauimus, conſultò venit ommittenda; monebo duntaxàt circà numerum iſtiuſmodi glandularum, eas haut ſemper binas,

re-

reperiri interdum plures, nonnunquám etiam pauciores, vt qvúm ab altero Dorſi latere abſunt: de qua varietate propterea ita *Verheyen* : *Circà quintam Thoracis vertebram*, inquit, *ipſi OEſophago à parte poſteriore adnaſcuntur quadam glandulæ ſæpiùs binæ, magnitudine & figura phaſeolum referentes; aliquandò plures, ſed minores & in vnum corpus glanduloſum concretæ*; quo nempè rurſùm videas quantoperè in glandularum OEſophagi conglomeratarum cenſu, figura, ſitu &c. Natura ludat.

loc. cit.

XVII. 3. par à Glandulis *Bronchialibus* Congl.

Ventum erat intereà tandem ad eum locum, vbi arteriarum venarumque maiorũ bifurcationes (quæ ponè OEſophagum ſunt, quaſque adeò ibidem, cèu in ſitu ſuo proprio, ipſe, prout innui, antè reliqueram) nunc aut explorari exigebant, aut exturbari: ſecùs vlteriorem ipſius Gulae ſeparationem in duos tubos molienti, cèu repagula poſti obdita, omnem prorsùs aditum præcluſuræ. Proptér quod ipſe Aorta & Caua diligenter examinatis, cum comperiſsem poſteà nihil ab his dirrectè ad OEſophagum tendere, tantùm aliquot Intercoſtales ramulos, qui extremis oſculis *Membranoſam* eiuſdem OEſophagi tunicam lambere pergebant, poſteriorem ſenten-

tiam amplexendam censui, dictosque obices potiús amouendos, quàm vt in vestibulo, vt aiunt, subsisterem. Dictum igitur factum; sustuli postes, arterias ac venas exemi, moxque posteriore OEsophagi parte in totum, seù ad Pharyngem vsque diffissa, tubulorum ipsius ab inuicem dilacerationi iterúm incubui. At vix plané in hoc opere tantum progressus eram, quanta vnius transuersi digiti mensura est, cum protinús.

Pincier

—Emersere foras quasi carcere fracto.
Et patuere oculis & se noscenda dedere
rursúm duo alia vascula parem cum pręcedentibus ordinem dispositionemque seruantia, vt vt tamen multo breuiora ys longèque teretiora: quæ posterior ratio fuit, cùr eadem stylo tentare, prout anteà consueueram, nequaquám ausus fuerim, veritus ne dirimerentur: ex alia parte quôque ne euentu suo insupér motatio illa frustraretur. Stabant quippè tales fideculæ vasculosæ in loco, vbi OEsophagus tàm arctè connectebatur Pulmonum substantiæ, vt & ne stylum quidèm pateretur inter se & istam interponi. Quî igitúr mihi illarum primordia fuissent pernoscenda? Nihil-

hilõinús tãen res euicta dẽùm est hoc pacto.

Apposito indice manûs suprà eam partem, à qua nouissimi illi canaliculi supernè assurgebant, periculum comprimendo feci, an quidquam subtùs corresponde re sentirem, quod me ducere posset in cognitionem eius originis, quam quærebam. Nec frustrà; quandoquidém visus sum mihi attigisse statim globulum quendam durum, à reliquà OEsophagi substantia discretum inque dextro Pulmonum lobo altè quasi latitantem: quo factum, vt in hoc velari tandèm duxerim obiectum conatvum meorum. Abscidi itàque iccircò propè vniuersam eiusdem lobi substantiam, eâ duntaxat seruata, cui duritas illa perpendicularitér insistebat; vtque sarciha eiusmodi ablata est, euexi sursum exteriorem OEsophagi tubulum, à quo postindè comperi propendere portiunculam maioris *Asperæ* arteriæ rami vnà cum accumbente illo corpore, quod senseram infrà prædicta vascula collocatum. Nihil autém erat aliud istud corpus, quàm glandula quędam oblonga, conglomerata, sita extrinsecús atque in postica parte dextri, vt dictũ est, *Asperæ* arterię rami nonnihil versus

XVIJ. Glandul: *Bronchiales* Conglomera.

finem

finem, idest vbi is nundùm in alios minores apparet subdiuisus. Et quod contextũ; tametsi hunc propter informes fibrarum ductûs, confusos nempè ac varios, colorem itèm fuscum, aut potiùs atrum plenè assequi nunquám valuerim, nihilominús ex antè perlustratis funiculis vasculosis planũ fuit conycere talem glandulam inter *Vasculo-uessiculosas* enumerandã esse, aut, ad minimum, inter eas *Vessiculosas*, quæ cum *Vasculo-uessiculosis* conueniunt. Neque enim inficiabor, adesse potuisse insupèr aliquot lymphæ ductus, qui ab illa glandula in prȩfatum Tracheæ ramum influerent; sed cum hoc hucúsque nundùm obseruauerim, atque insuper autopticas rationes habeam, quȩ me prohibent, quominús arbitrer lympham ab ea glandula gliscere in bronchium præcitatum, inducor imprȩsens ad opinandum, eandem glandulam *Vasculo-uessiculosæ* nomen promereri potiùs quàm *Vessiculosæ*. At quicquid de his sit [& quorũ acta ventilabuntur *infrà*] vascula certè, de quibus nupèr, non aliundè sata, quám à descripta glandula, conspecta sunt, plerumque bina, quamuis nonnunquàm etiàm vnica eademque obscuri inity, propter nimirùm

Sect. 2.

mirùm ipsius glandulæ cum OEsophago arctissimam quasi conglutinationẽ: cœterò autèm specialibus trochleis in *Musculosa* eiusdem OEsophagi tunica ditati erant y ductus, & per quas tandèm ad *Nerueã* euadebãt

XVIIJ. 4. par á glandulis conglom. *primę diuisionis Asperæ arteriæ.*

His agnitis, secutus sum meum, vt in adagijs est, asellum agere, siuè, quod planius, iamdiù decantatam abs me illam tubulorum OEsphagi ab inuicem separationem vlteriùs vrgere, prohibente hoc vtcùnque licèt intimo eorundemque mutuo contactu, quem vel pridem nihilominùs perspectum habueram, cumprimùm scilicèt ipsum OEsophagum arctè admodùm Tracheæ alligatum inueni. Vt autèm tanta eorundem portio altrinsecùs diuisa est, quantã & antè seiunxeram, vbi à *Dorsalium* glandularùm excretorys vasculis ad *Bronchialia* ascendendum fuit, incidi denuò in alia, seù potiús in aliud emunctoriorum par anteriori breuius perpetuòque gracilius, & quod denique adhùc per binas trochleas ab exteriore ad interiorem tubum se se eleuabat eâdem propemodùm symetriä, quam in præcedentibus animaduerteram. Quapropter & istorum fontes de more indagaturus facta cum stylo pericula renouaui; quæ tamen cùm am-

pliús ex voto non cederent, ad extremum palpando iterúm, cœcorum more, facinus inchoatum eſt.

XIX. Glandulæ *primæ diuiſionis Aſperæ arteriæ* Cõglomer.

Applicito ſcilicèt digiti faſtigio ſuprá exteriorem tubum, cùm compreſſiſſem poſteà infrà eum locum, vndé ij ductûs veluti pullulabant, quandam quaſi exoſtoſem, aut potiùs corpus reliquis vicinis partibus magis durum, arbitratus ſum protinùs fortunam cœcorum eſſe, ſiuè, vti dictitant incolæ noſtrates, habitare in manibus. Neque enim videbatur talia excernicula aliundè, quàm ab iſtiuſmodi corpore eſſe poſse. Et de facto ſemotis ys, nempè partibus, intuitus ſum indè glandulam quandam bifidam, conglomeratam, *binis prioribus Tracheæ diuiſionibus* adnatam, vtrinque vnam, coloris ad ianthinum vergentis, ſeù potiùs liuidi, magnitudinis ſat conſpicuæ (quicquid nundùm obſeruatę) figuræ denique ſemilunaris, aut quaſi circularis ità nimirùm, vt ceù totidem annuli ambos prædictos *Aſperæ* arterię ramos ſtatim ab ipſorum exortu conſtringerent atque obfirmarent. Hínc itàque erutâ eiuſmodi excerniculorum geneſi reliqvum erat vt examinarem quemadmodùm iſta, nempè corpora glandulòſa, recre-

men-

mentum ſvum transfunderent in illa, ſiuè, quod idem eſt, qualitèr, quôue ritu interior huiuſmodi glandularum materia eſſet diſpoſita. Verùm hoc proptér minimam earum craſſitiem lineas vix quinque, prætèr proptèr, ſuperantem, additis idoneorum perſpiciliorum hîc Rure, vbi dego, inopiâ, & charitate, ægrè conſecutus; cùmque palam duntaxàt conſtitiſset ad extremum talem ſubſtantiam congeriem eſſe acinorum innumerorum, hàut itá tamen laxè aggregatorũ, quemadmodùm in *Bronchialibus* glandulis ſupradictis folliculi veſſiculoſi, hâc ſaltĩ notitia contentus eſſe debui glandulas nimirùm illas (*primæ Aſperæ arteriæ diuiſionis*) merè *Vaſculo-ueſsiculoſas* exiſtere, earumque emunctoria (ſinè quibus eæ tales non eſſent) ad cauam OEſophagi ſuperficiem diſtribui, conuexâ, ſiuè exteriori eiuſdem tubulo, antè, prout nouimus, terebrata: licèt ex alia parte iſtorum, nempè emunctoriorum ſcaturigo, quiá eædem glandulę altè in eiuſdẽ OEſophagi ſubſtantiâ ſepultę erant, oculorum aciem plurimùm falleret, atque ex arctâ communium membranarum vnione viſa eſsent ea vaſcula quaſi mæandri innumeri ac minimi in duos manifeſtos ca-

 nali-

naliculos recollecti.

XX. 5., 6., nōnuquàm etiam 7. par à Gland. *Trachealibus* tergeminis Conglom.

Rursus verò post illam [de qua & nupér & dudum] transuersi digiti mensuram in duos alios offendi siphunculos membranosos figuræ, ordinis, siuè dispositionis præcedentibus æqualis: nisi quòd & ipso iàm recensitorum vltimo binario [quod exillimum denunciauimus] adhùc graciliores itèmque breuiores spectabantur, quique iterúm (ne & istud vnquàm deseram] ab extrà intus gradiebantur per peculiaria foraminula, Trochleas appellatas, hinc indè in *Tendinoso* tunicę *Musculosæ* per medium atque à tergo (vti quondàm & passim publicatum est] discissæ strato conspicua. Nec satis; paulo altiùs progressus geminos alios nouitér inueni prioribus conformes ac parallelos, quamuis adhùc, imò continuò, teretiores: ex quorum proindè frequentiâ, adiecta paritèr quotidiè maiore ipsorum breuitate illam tandem ratus sum procedere posse resistentiam, quę OEsophagi tubos altrinsecús diuidenti offerrebatur eó maior, quò propiùs ad angulum incidentiæ, siué ad Pharyngem, accedebam. Quin imò! & in aliud denuò quandòque impegi vasculorum par eiusdem cum reliquis naturæ, sed perpetuò

[quem-

(quemadmodúm mox monuimus] breuius ac tenvuius, quodque vna cum ſuo aditu ad OEſophagum aliquandò minimè obſeruari potuit.

XXJ. Glandulæ *Tracheales* triformes.

Trium itàque omninò parium huiuſmodi natalia ſi quis à me percuntetur, fateri candidè non pudebit me proceſſus ipſorum integros conſpicandi copiam nunquàm habuiſſe. Vidi equidém in plurimis recens denatorum cadaueribus talia vaſcula ab altero tuborum OEſophagi ad alterum extenta, quæque alicui aly veriùs non aſſimilabantur, quám trunculis quorundam emunctoriorum ab aliquibus conglomeratis glandulis prouenientium, qui in ys partibus relicti eſſent: prętereà quòque aduerti adſtare ipſi OEſophago, & circá Tracheam complures glandulas, pręcipuè *Vaſculo-ueſſiculoſas*, quæ proprio excretorio ductu, tanquám caudice, fruebantur; vndè adeò vehemens ſubibat coniectura, talia vaſcula, quæ veluti detruncata vtrobique ſuas appendiculas offerebant, ſi quando iccircò inuicem commiſſa fuiſſent, illic in OEſophago ſvum terminum, hîc verò, ideſt in glandulis, ſuam originem vtcùnque oſtenſura eſſe: at minimè tamen ità, vt affir-

mare audeam seriem, siuè coniunctionem appendicularum præfatarum mihi penitús fuisse perspectã. Vetabant enim hoc partim illorum minimorum, vt ità dicam, stipitum vasculosorum exiguitas, partim etiàm membranarum dictas glandulas irretientium inextricabiles complicationes; quibus si adiungas iterùm microscopiorum defectum, dices vtcunque me in hac parte venia dignum extitisse. Quòdsi tamen coniecturis illis, & quæ túm solæ mihi relictæ fuerant, standum est, vix dubitauerim asserere tria dicta siphunculorum membranosorum paria è glandulis memoratis ortum traxisse. Erant quippè hę fartim ab imo ad summum OEsophago circunfusę, & saltim per illud spatium, quod eiusmodi paria æquo interuallo ab inuicem distantia occupabant, siuè quantus ferè *Asperæ* arteriæ processus est à *primis diuisionibus* suprà memoratis vsque ad carthilaginem eiusdem *Annularem*. Deindè vtrinque á Tracheæ lateribus propendebant ipsi OEsophago, ac veluti assistebant præ cœteris quędã glandulæ Conglomeratę eædemque *Vasculo-vessiculosæ* tot ferè numero, quot erant vascula pręfata, quorum insupèr positioni ac loco dirrectè, è regione, ac proximè

mè collocatæ erant. Huiusmodi ergò glandulas speciali suo pollere excretorio ductu in superioribus iàm patèfactum est: quî igitùr ij alibi, quám in OEsophago quęrendi fuissent? & cùm insupèr salinum humorem effundere consuescant tales glandulæ, prout etiám alibi fuit promulgatum! & quidèm, quòd *Vasculo-uessiculosæ* essent illę, nempè glandulę, liquebat ex eo quòd superficiem habebant *inæqualem* paucis tuberibus, idest eminentys lacunisq; vicissim notatam, colore ex rubro pallidam, ac tantùm non roseam, amplitudine pupilla oculi paulo maiorem, vt & crassitie quôque, figurę lenticularis. Obtegebantur præterea singulæ tunica quädam tenuissima vbìque sustentante *Mediastinorum*, ac *Bronchialium* ramorum diuisiones, quę glandulosum parenchyma posteà ingressę minimulas, quibus hoc constabat, glandulas sic, vt de alijs iàm dictum fuit, concinnatum ibant. Ac denique quià minimę hæ glandulæ intùs va sculis interstrictę cernebantur, quæ in vnam peluim desinebant, quemadmodùm in Renibus elices vrinarij; peluis autèm hęc in maximè decliui parte collocabatur sic, vt ex ea posteá descenderent dicti excretorij tubi.

His

His igitur obſeruatis non alienum fuit opinari radices huiuſmodi emunctoriorum inter vtrumque OEſophagi tubulum repertas ab ys glandulis fuiſſe propagatas. Sed quod primordia huiſmodi radicum: vix à pelui, ſiuè é glandula digreſſę ſingillatim aut diſperibant omninò, aut in alias glandulas impingebant, de quibus imprę́ſens.

Namque ſuprà Mediaſtinum, Tracheam, Pericardium aliaſque his vicinas partes videre erat complura, imò propè dixerim infinita, tubercula partim rubra, partim atra, partim atro-lutea &c. Quorum quidèm rubra omnium minima apparebant, figurä ſemen orobi referentia, nunc maiora, nunc minora pro ætatum nec non ſexvum differentys, ſubſtantiä rubellorum ſanguinis globulorum ſubtiliſſimis nerueis fibris adhęrentium, aut, ſi mauis, muſculorum materiam æmulantia, nullis aliôqui ductibus excretorys, ſaltim conſpicuis, prędita: niſi fortè capſula quädam, ſeù appendice veluti adiposa gauderent, quorum nimirùm etiàm complura conſpiciebantur. In hoc enim caſu, ab apice talis capſulæ, quæ genuinum fibrarum adiposarum contextum imitabatur, perexigvus quidam

orie-

oriebatur tubulus oculorum aciem abhinc statim effugiens. Tandèm quòad situm; obtinuerant hę plèrumque locum OEsophago propinquiorem adeò, vt *Vasculo-nessiculosis* intermixtę cummuni etiàm cum his contubernio, hoc est eôdem inuolucro, gauderent.

Atræ verò glandulæ remotiores partes incolebant numero longè plures, quàm rubræ, vtpotè quas ego non in Thorace tantùm; adspexi insupér in Abdomine in ipsis quôque membranosis musculorum interstitys &c. cum è contrá rubræ, siuè carneę, non alibi, quám heîc ad OEsophagum fuerint obseruatæ. Cæterá autèm, idest secundùm magnitudinem ac figurãm, cum ysdem rubris pené congruebant atque ex substantiä videbantur potiùs quàsi grumi sanguinis arefacti ac tenui quâdam pellicula inclusi.

Denique atro-luteæ glandulę non alibi paritèr in toto corpore affulgêre visæ sunt, quàm circà Tracheam & OEsophagum. Apparebant autèm hæ præcedentibus molliores ità, quòd dixisses coagulato sanguine concretas: quamuis nihilominùs alteri ipsarum extremo rursùm veluti appositus spectabatur quidam globulus pusillus, colore dilutè flavus, substantiä non absimilis illi,

quem narrauimus etiàm carneis, siuè rubicundis tuberculis quandôque succreuisse, figurä denique coni in modum fastigiatus, exiguôque, imò ne spectabili quidem, excretorio vase in culmo, tanquám plumä in cassíde, ornatus.

Quatuor itàque istiusmodi glandularum classes si demas *nigras* (quas nempè ratus sū vni ac soli lymphæ studere) omnes omninò visę sunt *Vasculo-vessiculosarum* gratiä fuisse confictas. Ettenim *Carneæ* (quarum etiàm prioreloco memini) siuè simplices extarent, siuè compositæ, ideſt adiposa capsula ditatę, semper hinc sua vascula ab ipsius capsulę apice egredientia in illarum surculos ablegabant, indè verò interponebant sese medię istis excerniculis adeò, vt humor per hæc excurrens per ipsas filtrari cogeretur. Reliquæ autèm nimirùm *sanguineo-adiposæ*, aut atro-lutee dictę omnes prioris fasciæ erant, hoc est suos nilos *Vasculo-vessiculosarū* emunctorys inserebant. Quę cùm ità sint, vix dixerim quanta fuerit tot vasculorum confusio, nedùm vt ipsorum ductū atque terminum designare valeam: & cùm insupèr illarum glandularum color, figura, magnitudo, numerus &c. vix determinari queant proptèr magnam in diuer-

sis,& in ysdem diuerso tempore variationẽ. Sufficiat igitùr asseuerare me non alibi, quàm ad OEsopgagum, talium canaliculorum vestigia obseruasse, & quo saltim in suspicionem venerim tria prædicta istorum paria é glandulis *Trachealibus* trium omninò ordinum promanasse.

XXIJ. Postrem. par à glandula *Thyroidæ* & Conglomer.

Deuenerã autem iàm denique inter diuellendum ab inuicem totiès nominatos tubos ad *Constrictorium* Pharyngis *musculum*: cuius substantiâ mox rursús dimidiatim dilacerata videre fuit primò infrà hunc *musculum* adhùc vnum, quandòque verò etiám alterum vasculorum par figurâ quidem ac dispositione hùcusque recensitis non absimile; ast magnitudine tamen itá pusillum, vt etiamnùm, hæream an ambo vera vascula extiterint, aut quid analogum? carere insupèr ipsũ peculiaribus trochleis, siué foraminulis, per quæ, perindè atque alia, liberè excurreret trans exteriorem tubum. Prætereá intrà dictum *musculum*, siuè potiùs intrà orbiculares eiusdem fibras animaduerti alias, sed crassiores, velut nerueas & fistulosas transuersalitèr à Laryngis inferiori parte ad *Nerueam* vsque OEsophagi membranam, ideſt interiorem istius tubum, ex-

tentas, & quarum aliquæ laterales cum *Thyroidæis* glandulis communicabant.

XXIIJ. Glandula *Thyroidea* Conglomerata.

Quo igitur meliús istiusmodi cùm vasculorum, túm fibrillarum cauernosarum series atque origo mihi innotescerent, *Thyroidæarum* mox nominatarum glandularum examen auspicandum duxi. At vix quidém primo ipsarum aspectu satiatus fueram, cúm me pœnituit erroris, in quo hactenùs eram versatus, tales nempè glandulas sempér geminas abs me cum vulgo Anatomicorum putatas fuisse, atque interim tamen simplex esset earum corpus velut ex duplici simul vnito coalescens. Erat itàque vnica glandula supernè plana, infernè angulosa ac bifida, hoc est ad semilunarem figuram accedens, cuiusq; trianguli Pharingem atque OEsophagum vtrinque contingebant, diuidebanturque ab inuicem per quendam isthmum ab imo ad summum per medium ipsius glandulæ percurrentem; ex cuius proindè obtutû deceptos fuisse arbitror illos Anatomicos, qui eandem omninò duplicem prædicauerunt. Sed quod essentiam, seú corporeitatem; erat eadem intrinsecè tàm informis, vt cuius libet vel curiosissimi perscrutatoris elusisset audaciam: viscus

cus inquam erat nonnullibi laxum, alibi compactum, incisuris, anfractibus, promontorys, lacunis vbique ac passim refertum, quodque demùm diuidentis cultro resistebat, ac nonnunquàm etiàm, dúm diuideretur, crissus edebat in morem materiæ sabulosæ. Quo stante, quomodò quis factum iri posse dixisset, vt caput, quod aiunt, aut pedes illius glandulæ adinuenirem? ne dùm vt vasculorum, nec non fibrarum fistulosarum prædictarum initium atque extensionem: nihilominús tamèn perlustratis fortè fortuna quibusdam veluti spiraculis vtrumque glandulæ latus perforantibus, quęque eò maiora cernebantur, quò plus ad externos eiusdem angulos (qui scilicèt Pharingi atque OEsophago vtrinque, vt dictum est, implantabantur) proximè accedebant, in eam opinionem deueni, vt crediderim dictam glandulam, id est *Thyroideam*, per memoratos mæandros expurgari, vasaque fibrasque præcitatas esse eiusdem glandulæ excretorios tubos. Dicere nàmque aliàs, quòd ea talia esse non poterant, quatinús magnitudine non correspondebant glandulę, à qua proficiscebantur, vanum est. Noueram quippè crebrò (quod & *Malpighius* testatur) ad-

Epist, de Glandulis Conglom,

esse in Asino, Boue &c. complures glandulas, quę per eiusmodi cauernosos funiculos exhantlantur. Et prætereá dubium an, quemadmodùm diuersa sunt conglomeratarum glandularum munia, itá ob adhùc ignotos fines Natura fortè voluerit talem *Tyroidæam* glandulam per eiusmodi, quasi nerueas, fistulas humorem svum excernere, vt nimirùm, si latex iste, velut aura quędam v.g. exindè debuerit inspirari. Verùm de his *alibi*. Denique quod has fibras; germanum illius glandulę recrementum per tales cuniculos sequestrari suadebatur ex eo, quòd eâdem interdùm abscessû tentata viderim post mortem pus ab indè in OEsophagum, siuè ad Pharyngem, expressum leui etiám appulsu in Fauces atque in Os regurgitasse. Mitto, quòd à tali glandula nullus patebat, ad Laryngem, aut ad aliam quamlibet partem aditus; quòd neque illinc aliquis lymphæ-ductus emanabat, & postremò quòd idem viscus OEsophago vtrinque, vt dictum est, innitebatur. Cœterò *Thyroidæam* glandulam in *Vasculo-vessiculosarum* censum esse reponendam color ipsius atque substantia paulo durior vltrò indicabant, quodsi adeò eiusdem excernicula alibi, quàm

Sec. 3.

in

in maximè humili parte quæſiviſsem, diceres extrà callem me, vt aiunt, inceſſiſse, parte nempè illa OEſophago [vt hoc rurſùs repetam] hinc indè accumbere conſpecta.

XXIV. Admonitio circà apparentiam ductvum enuntiatorum

Auctarij ergò loco monendum reſtat hùcuſque recenſita, quæque ad OEſophagum deſinere comperta ſunt, tot glandularum conglomeratarum excretoria vaſa croceo vt plurimúm, ideſt ſaturé flauo, colore imbuta oculis ſe ſe obtuliſse: quam tincturam arbitror hactenùs imponere potuiſse ingenuis Proſectoribus ſanguinis ſpecie, adeòque ipſam venarum his veluti fucum feciſse, aut arteriarum, nobis tamen intereà eiuſmodi phænomeni rationem in *ſequenti Sectione* reddituris. Si quis autem eâ ſerie, ac multitudine emunctoriorum offendatur & quód non omnia omninò, neque vbîque ac ſemper ea in comperto habere poſſit, conſiſtat parumpèr indignationemque coerceat ſaltim vſquedúm ſingulorum in ſingulis cadaueribus venationem inſtituerit. Contingit quippè non raró, vt dúm aliquod illorum inueſtigatur, aliud ſuffugiat nonnumquàm, pereatue, aut defetiſcat ſicque modò hoc, modò illud ſolùm reperiatur, prout nempè aliud alio aut prius in diſquiſitione

ne fuerit, aut posterius. Quicquid ex alia parte *Dorsales* tubi præ-cœteris vbique, in omnibus ac perpetuò extitisse comperti sunt, tùm *Gastrici*, ac tertio loco *Brunchiales*, quos denique sequebantur cúm *Tracheales*, tum & *Tyroidæi*, qui tamen segnissimè ijdemque rarissimè omnium sub conspectum ceciderāt

XXV. 3. Tunica Neruea.

Iàm verò absoluta Tubulorum OEsopgagi alterius ab altero separatione, exemptâque iccircò atque aliorsùm sequestrata *Musculosa* membrana, vndè exterior, vt insinuatum fuit, eiusdem OEsophagi tubulus conflatur, supererat *Neruea*, quà itidém interior est, quamque vt vt à plerisque pro simplici ac prò indistincta habitam *Verheyenius* tamen rursùs triplicem agnoscit. Sic enim is: *inter Musculosam*, inquit, *& tunicam Neruosam, quæ passim dicitur vltima, duas alias offendi tunicas; quarum illa, quæ Musculosæ proxima est, ex fibris irregularibus atque innumeris Vasculis laxè contexitur: altera, quæ tunicæ Neruosæ immediatè firmitèrque adhæret, constat fibris rectis secundùm OEsophagi longitudinem excurrentibus, atque aliquatenùs carnosis, prout in homine valdè musculoso clarè conspicitur. Huic tunicæ* [pergit idem Anatomicus) *varys in locis glandula*

coco sæpé citat,

læ inſertæ ſunt: vndè tunicam hanc Glandulo-ſam, *alteram* Vaſculoſam *nominare placuit. Tunica intima* (ſunt vltima illius verba) *valdè ſubtilis eſt, ac prorsùs* Neruea *fibriſque tenuiſſimis ac ordine vario locatis conſtat &c* Contrà quam tamen & contrà alios, quotquot ex *Vuilliſio*, ni fallor, pelliculatim diuidere membranoſas corporis particulas didicerunt, inſurgit *Craanen* his verbis: *Quæ Anatomici nobis vulgo dant de diſtinctionibus membranarum, cum grano ſalis ſunt intelligenda. Nàm noſtri viſus acies nullo modo eò peruenire poteſt, vt has omnes queat ad numerum perfectum deducere. Hoc ipſum probatur argumento exceptione omni maiore; ſi ſcilicèt oculus muniatur microſcopio, tùm facilè in qualibet tunica poterimus alias plures diſtinguere, quod tamen non poteramus anteà effectum dare. Quamobrèm* (concludit indè ſic denique idem ſanioris Anatomię, vt & reliquæ Modernæ Phyſices Aſſertor ſtrenvus) *meritò numerus membranarum & tunicarum noſtri corporis pro incerto haberi debet: cùm componatur ex infinita fibrillarum ſerie intèr ſe diuerſimodè contextarum, & contenti ſolumodò erimus illa diſtinctione, quæ cuilibet intuenti ad oculum patet;* ac proindè malumus & nos in vnaquâuis tunica,

l. de Hom. cap. 7. de OEſoph.

quæ plurifariam diuiſa integra ampliùs non habeatur, diuerſas repreſentationes, ſiuè facies, agnoſcere, quám ex varys eiuſdem adſpectibus plures, & minimè tamen perfectas affingere membranas: id videlicét, quod & in *Muſculoſa* prædicta ſuprà iàm exemplificatum eſt.

Nunc ergò quod *Nerueam*: obſeruaui hanc in ea facie, quâ *Tendinoſam* imprimis laminam deoſculabatur, vaſculis circum vndique exaratam; quorum tamen non omnia ſanguifera, complura etiàm conſpiciebantur à ductibus recéns à nobis compertis propagata, & quæ nonnunquám ob colorem liquidi abs ſe deuecti ſanguiferam ſpeciem præ ſe ferebant. Sed quod priora: credideram prima fronte ſobolem eſse illam arteriarum venarumque, quarum nempè aliæ ſanguinem inducerent in dictam tunicam, aliæ reducerent, aut reportarent; verùm poſt didici mihi à præconcepta hâc opinione, egregiè fuiſse impoſitum. Quandoquidèm perſecutata eiuſmodi vaſculorum origine, comperi equidèm adfuiſſe aliquot arterioſos ramulos, qui ab internis Carotidibus exorti paruis ac minimis initijs ingrediebantur poſteà ſuperiorem Gulę partem propé muſ-

culum

culum OEsophageum; at venarum tamen, quod in totum dixerim, ne vestigium quidèm alicubi inueni. Solæ itáque arteriæ è sanguiferis vasculis exteriorem tunicæ *Neruosæ* superficiem irrigabant vnà cum propaginibus illorum ductuum, quos nouimus per externumOEsophagi tubulum ad internum irrepsisse: é quarum deindè ingressû & egressû mutuo infrá extrà primores eiusdem membranę fibras [perindè ac si inuicem se decussarent) contexebatur denique extrinseca illa lamella, quam *Vasculosam* dixit celeberrimus *Verheyenius* præfatus.

Jam verò post aliquot diuaricationes ac reciprocas, ceù tramæ & staminis, cum exterioribus *Nerueæ* membranę fibris superequitationes terminabantur ad extremum dicta vascula in interiorem eiusdem tunicę substantiam, vbi post fibrillatim expansa scrobiculos ibidem, seù cicatriculas quasdã compingebant ab eodem Authore*Glandulas* vocitatas. Erant autem diuersigenæ istæ foueæ nimirúm triplices;grandiusculæ, minùs latę,ac minimę;quarum postremę ex finitionibus arteriarum resultabant,mediæ ampliores ex terminis nouorum excerniculorum

 suprà

rá descriptorum, supremæ verò ab alijs mihi nundùm ritè perspectis.

XXVI. Noui lymphæ ductûs ad hanc tunicam.

Uisum enim quidèm fuerat, præter ambas illas, debere dari adhùc tertiam canaliculorum speciem, vndè demùm eiusmodi cauernulæ scaterent; at quales tamen forent hi, penitus ignorabam. Verùm ad extremum mecum ratiocinatus OEsophagum egêre rursùs viscido quôdam atque vnctuoso humore, cuius proindè vi prismaticorum corporum illâc fortè dilabentium iniuriæ aduersùs fibras eluderentur, in suspicionem veni, quòd sicuti ea facultas in vna lympha consistebat, itá præfati canaliculi non aly esse possent, quám eiusdem lymphæ delatores tubi. Dicere namque quòd viscosus humor prędictus ab arterys esset emanaturus, credat apella Judæus, vt fertur. Mihi quippè iamdiú satis liquidò constiterat [quod & in superioribus notificatum fuit] Carotidum internarum ramulos *Nerueam* [vt ibi paritèr dictum est] OEsophagi membranam irrigatum contendentes in minori tùm quantitate, túm & qualitate existere, quám vt eam liquoris copiam suffecturi esent, quæ requiritur ad eiusdem Gulæ defensionem. Deindè etiàm noueram

arteriarum extremitates [quas medię illi, *Neruea* vocatæ, tunicę inniti itidèm significauimus] tenuem serosamque saliuam duntaxàt expuere, ideſt fluorem fibris nonniſi in elaſticitate ſua naturali conſeruandis accomodum ; minimè verò oleoſum viscidumque muccum, illum ſcilicèt, cuius pręſidio opus eſse conſtat ad anguloſorum corporum deglutitorum figuram protelandã. Quamobrèm in ea ſententia confirmatus maiores illas in medioxuma *Neruea* membranæ parte obſeruatas cicatrices ſtigmata, velut eſſe à lympæ-ductibus ibidèm deſinentibus relicta, in ipsâ vtique acquieuiſsem: niſi ex alia parte ſcrupulus iniectus fuiſset, quòd audiueram (eſt enim hoc ab Anatomicis vulgatiſſimum) vaſa lymphatica è membranoſis partibus in ſanguifera immediatè refundi vtplurimúm, aut mediatè, per glandulas conglomeratas; non autem vice verſa: vndè adeó patebat dictas foueas initia potiús eſse poſſe, quàm terminos ductvum eiuſmodi lymphaticorum. Hoc igitur motiuo excitatus rem non alitèr, quàm experientiä ipſa declarandam cenſui. Et verò, quandiù iſta in viuentibus tantummodò celebrarì depoſcebat (hominemque vivum pro-

 ſcindere

ſcindere impium eſt] tandiù indago eiuſmodi ad beſtias translata. Secui ergò Vitulum, quem edacem, animal quôque noueram aridis veſci ſolitum: vtque ipſius Iugulum omninò apertum eſt, en! video binas glandulas ſiuè potiùs duas glandularum conglomeratarum ſeries, vtrinque ab OEſophago vnnam, colore Thymum referentes, vt & ſubſtantiâ, quæ itidèm *Veſſiculoſa* cernebatur; deſcendere præptereá hinc indè ab vtrôque Pharingis latere, ſeque demúm vltrá medioxumam eiuſdem OEſophagi regionem extendere craſſitie nunc maiori, nunc minori, & quæ interdùm pollicem ſuperbat. Quibus ſpectatis abſtuli vnà cum his glandulis totum etiám OEſophagum, hiſque poſt ad Solem obuerſis (pulchrum viſu!) obſeruaui binas rectas lineas innumeras parallellas procedere hinc indè ab illa catena glandularum conglomeratarum præfata, atque obliquè tendere in OEſophagum adeò, vt poſtremæ omnium ſe ſe plùs mediâ ſpithama infrà eiuſdem Gulæ medietatem exporrigerent, antequàm ipſius ſubſtantiam ingrederentur: continêre itèm in ſe ſingulas illas binas lineas humorem quendam limpidum, ideſt diaphanum, aut pellucidum, quique

ligatis aliquot eiuſmodi viarum ſupernè turgeſcebat, infernè verò vacuas eaſdem derelinquebat. Hunc ergò ſuccum quis negaſſet eſse lympham, dictaque linearum paria eſse totidem vaſcula lymphatica? Quis, inquam, dixiſset, poſita iſtorum obliquitate, lympham illam deorsùm non tendere, aut, ſtante mox indicatâ ligatura, ad OEſophagum non properare? Sed dices vtique in Vitulo hoc ità contingere proptèr ſpecialem partium diſpoſitionem: ſecùs autèm in homine.

XXVIJ. à Glandulis *Iugularibus* Conglomerat.

Demonſtrat, An.9.

Ad quod reſp. ineſse etiám in homine tales glandulas. *Ettenim inter muſculos capitis* (inquit *Petrus Dionis*) *Ceruiciſque ſpinam versùs Thoracem deſcendendo plurimæ occurrunt glandulæ à latere Colli ſitæ, quas adeó* Iugulares *appellamus, vel quoniám eiuſdem nominis vaſa comitantur. Variarum ſunt figurarum, aliæque maiores, aliæ minores ſibique mutuò connectuntur membranis & vaſis.* Et ſanè hę glandulæ ſimilitèr *Veſsiculoſæ* colore etiám cum Vitulinis præfatis ità conſentiunt, vt amborum animalium, quoàd hanc partem, ſit quaſi indiſcreta ſimilitudo. Sic etiám in homine ſuperiores *Iuguli* glandulę molliores magiſque pallidę, inferiores magis rubræ

bre conſpiciuntur, perindè nimirùm atque in Vitulis obſeruaueram Iugulares illas extitiſse. Quę cum ità ſint; cum videlicèt *Iugulares* hominis glandulæ ſubſtantia, colore, numero &c. cum glandulis Vituli itidem *Jngularibus* penè conueniant, cúr non reputauerim iſtas eôdem atque illas (*Vitulinas*) officio fungi? cùr, inquam, non reputauerim maiuſculos illos ſcrobiculos in tunicę *Neruea* meditullio obſeruatos,ceù latiora puncta alijs anguſtioribus intermixta, veſtigia fuiſse vaſorum lymphaticorum ibidem ſic, vt de alijs dictum fuit, conterminantium &c.?

Tandem verò his punctis ſiuè cicatriculis maioribus; quemadmodùm & alijs minoribus, quotcunque ſcilicèt ex arteriarum, nec non excretoriorum ductvum recèns à nobis compertorum finitionibus fibrillatim (vt ſæpiús etiám repetitum eſt] expanſis reſultabant, ſuperſternabatur inſtar operculi ea lamella, quam ſolam *Nerueam* nuncupat *Verheyen*, ac nihil erat aliud quám fibrarum neruoſarum ſimul coaleſcentium firmior contextus à Faucibus ad Ventriculum vſque continvus, & in quo paſſim, præcipuè verò in rugoſis vallibus, oſcil-

labant

labant quidam parui meatus, siuè pori subiectis vesiculis, ys nimirúm, quas descripsimus, ex diametro correspondentes, & sic demùm glandulas constituentes illas, quas hinc Doctissimus mihìque medullitùs charus *Laurentius Terraneus* Noster *Disgregatas*, indè famosus *Litrius Sebaceas*, plerique verò *Conglobatas* vocant: & sunt, *quæ ex vna quasi substantia conflatæ perhibentur, ac superficiem habent æqualem*. Huiusmodi autē glandulæ vniuersim eructabant in OEsophagum recrementa illa, quotquot diximus è Conglomeratis cum *Vasculo-uessiculosis*, túm omninò *Vessiculosis* defluxisse; vndè adeò & interior eiusdem OEsophagi facies non mucore duntaxàt, sępè etiam flauo vdore tincta comperta est.

l. de Gland. ad Urethram Virilē.

Quod superest de *Neruea* membrana: hanc in superiori parte subtiliorem, in inferiori ac versùs Ventriculum paulo crassiorem inueni; quod posteà & ab *Amato Bourdon* ad notatum inuentum hìc pariformitèr innuere volui.

Denique perforatæ illi *Neruei* velaminis lamellæ intùs obducebatur quędam *Crusta Vuillosa*, quę totam OEsophagi cauitatem veluti lanugine quadam inuestiebat. *Hæc*

XXVIII *Crusta Vuillosa*

Crusta [ait demúm totiès laudatus, at nunquàm tamen satis, Eruditissimus ille *Philippus Verheyen* Vir, mehercle dignus, quem reliqui Prosectores imitentur, quemque ipse horum licèt minimus sequi rependo conatus sim túm in vniuersa Anatome, tùm verò imprimis in OEsophagi structura perdiscenda, vtpotè quam is, meo quidem iudicio, clarissimè omnium exposuit, ac felicissimè perfecit] *Hæc*, inquam, *Crusta illà Ventriculi, & Intestinorum longè quidèm tenuuior est, attamen firmior, atque etiàm pro distincta tunica haberi potest: interim hac Crusta ex albo tunicarum deleta*. Cætera, vt Neruorum ad hucusque recensitas OEsophagi tàm partes, quàm appendices, influentium diramationes, tanquàm ab alys fusè tradita consultò duxi prætermittenda.

SE-

SECTIO SECVNDA

DE HVMORE VERO DIGESTIVO

EXpeditus ab Anatome supèr officia partiũ eo, quem retulimus, modo dissectarum meditari, quidque hæ, quidue illę valeant cùm seorsim, tùm coniunctim perscrutari, vtcùnque sedulò, non sum grauatus. Js enim certé erat, quem ego fructum ab exercitatione illa sperameram vberrimum, & ex quò planè, cognito priùs *Deglutitionis* artificio, haud diffidendum erat quin *Chylificatiuæ* facultatis intellectio pariter ad me tandem esset peruentura. Quo propterea illicio tractus rem nonalitèr augurandam duxi, quàm sub eo ritu, quem in superioribus seruaueram: et sic porrò membranę *Externæ* [de qua nempè & ibidèm priore loco verba fecimus] proprium munus esse existimaui, vt *Musculosam* immediatè sibi subditam, velut theca quædam

I. Vsus tunicæ *Membranosæ*

dam includeret in ſe atque abſconderet, ne ab extraneis efflvuijs perculſa iſtahæc in abnormes motûs aliquandò ageretur: ſiuè, quod libentiús dixerim, idem propemodùm præſtare cenſui in OEſophago *Membranoſam* tunicam, quod & in alys Muſculis eorundem membrana propria.

IJ. Vt & Muſculoſe

Hinc quod *Muſculoſam*, totalem iſtius actionem receperam in eo conſiſtere, quòd OEſophagum conſtringat, quotieſcunque aliquid ab eôdem venit protrudendum in Ventriculum, *idque potiſſimùm præſtare* (verba ſunt perpetuò illius *Profeſſoris Louanienſis*) *ope fibrarum annularium seú ordinis interioris, in quas ſpiritus ſucceſſiuè influentes materiam deglutiendam ad Ventriculum diducunt; fibras autèm exterioris ordinis, ſeu longitudinales, videri ſua contractione OEſophagum dilatare fortaſſis, vt tranſitus prò materia degluttienda ſit liberior.* Verúm ipſe (quod & pridem faſſus ſum) haud diù huiuſmodi dicto audiens eſſe potui; quòd nimirúm aliud ſuadère viderentur hinc negatiuæ rationes itém aliás [ideſt initio ſectionis pręcedentis] aductæ, indè verò poſitiuæ, inter quas vel illa eſt 1., quòd Mechanicen, quâ cibos in Ventriculũ protrudi fertur, noueram penitùs in-

inuersam esse. Quandoquidem sanè non sunt annulares fibrę, quæ OEsophagum constringunt; sed longitudinales, vt quę illarum à tergo positæ Antagonistarum vices supplent. Et de facto: quomodò annulares semel dilatatæ dimensionem vel naturali minorem occupaturæ essent eam, inquam, dimensionem, quæ requiritur pro OEsophagi constrictione? nisi ex alia parte rectæ, idest longitudinales, quæ prioribus superpositę easdem comprimere ac veluti diuerberare videntur, ipsas cogerent ad fugam, siuè ad repentinam introrsúm, vndè discesserant, reditationem. Pręthereá neque longitudinales dicendæ sunt operari OEsophagi dilatationem; sed materia ipsa de uoranda. Hęc enim eiusdem parietibus interiecta, sicuti reliqua, quidni annulares *Musculosæ* tunicę fibras ampliet atque extendat? Cum igitùr ipsos in describenda genuina ciborum protrusionis mechanice, sibi-met contradicere compererim Anatomicos, meritò etiàm in suspicionem venire debui, an officium membranæ *Musculosę* secundùm omnes suas partes perspectum fuerit?

Nàm 2. monebat idem complurium canaliculo- III.

liculo-

Officium nouorũ *ductvum*

liculorum (eorum videlicet, quos in *Anatomicis* delineauimus) transitus per *Musculosam* tunicam præfatam. Hic enim aliquid ab eâdem exposcere videbatur, vel aliquid in eandem importare; vtrôuis tamen minimè sub eo dicto, ac ne per somnium quidém adumbrato.

IV. nec non *trochlearum:*

Ac 3. denique ingens illa trochlearum in eâdem *Musculosa* membrana itidèm repertarum multitudo, quę exactè respondebat numero ductvum supradictorum. Siquidèm videbatur has nequaquàm in dictę ciborum protrusionis gratiam fuisse effictas. Quibus sic stantibus, credidi potiús vsum prę̨fatæ tunicæ completum consistere in eo, quòd non tàm alimenta conducat in Ventriculum; verùm etiàm quòd, inter diducendum eadem, humorem quendam é recensitis siphunculis depromat atque in OEsophagum emulgeat id, quod indicant primò robur, siuè complicatio fibrarum carnearum talis membranæ.

V. Cúr OEsophagus diuisibilis in *duos tubos?*

Tùm verò illa seiungibilitas, hoc est reciproca tubulorum OEsophagi alterius ab altero separabilitas, adeòque & realis *Musculosæ* prędictę à *Neruea* membrana discretio, vt quæ aliás frustranea, imò ciborum

pro-

protrusioni contraria existeret: cum verò eadem *Musculosa* membrana se habeat instar manus, quę dessignata vascula emungat, aliquatenùs libera esse debuit à *Neruea* subiecta, vt nimirum dictum mulctrationis opus absque impedimento perficiat.

Vt igitùr receptui canam, & singulas laudatæ tunicæ actiones ordine digeram, dicã 1. Nutrimentum (aut quidquid aliud sit, quod in Ventriculum adsportari petat) vbi è Pharyngis constrictorio musculo in Gulam coniectum est, annulares eiusdem membranę fibras natura sua elasticas, idest idoneas vicissim contrahi ac dilatari [vtpotè nimirùm tendinosas] in solitò ampliorem peripheriam extendere. quamobrém longitudinalibus etiàm extrorsùm compulsis, vt proindè hę, quæ prioribus minùs sensiles, quatinús carnosiores, in statu illo violento contineri nequeunt, ad pristinam rectitudinem redire nituntur, fit, vt subiectę orbiculares (quas, vtpotè contractiles, ad nutum veluti obtemperare diximus) introrsúm pariter cogantur ac flagellentur. Deindè quòd ampliatis in ea expansione trochleis pręfatis ac versùs Conglomeratas glandulas á nobis descriptas magis adactis,

lon-

longior excretoriorum, quæ ab his ſunt, quæque per illas tranſeunt, vaſculorum menſura ab yſdem trochleis excipiatur, dimittaturque inuicem in ea contractione, quæ in *Muſculoſa* tunica fit, compreſſo, vt dictum eſt, ab exteriori, fibrarum carnoſarum ordine interiore. Ac poſtremò, quòd ſimùl concidentibus eiuſdem membranæ parietibus, ſicuti alimenta deorsùm gliſcere debent, inuitante ea inſuper interna Gulæ lubricitate, vt liquet, itá etiàm exurgeatur ille humor anteà in ſiphunchulos memoratos per trochlearum expanſionem illectus. Vt autem deſcendens cibus paſſim atque vbìque nouas eiuſdem *Muſculoſæ* tunicæ tum dilatationes excitat, tùm contractiones, ſic vbìque etiám liquorem prædictum allicit in OEſophagum amplitèrque haurit, imbibitue. Çoeterá, tanto citiùs deſcendunt alimenta, quo velociùs fibrarum memoratarum regreſſus fit ad ſuã lineam, itèm quôque quò fortius. Longitudinales quippè (vt ab his exordiar) non anté ad perpendiculum conſiſtunt, quàm, velut in compenſationem illatæ violentię, introrsùm penetrauerint, vt fideculæ in Lyrâ diſtentæ, quæ aliquorsùm diſtractæ, ſubindèque

déque dimissæ angulos ad oppositum latus constitvunt eò intimiores, quò eas longiùs à libella sua semoueris; sic igitur illæ, hoc est longitudinales fibræ, si á crassiore bolo vim perpessæ fuerint. Annulares verò, vtvt insitâ contractilitate sua maximèque ob instantiam siuè pressuram, quam á longitudinalibus sibi velut incubis aliquandò receperint, se se in gyrum contorquêre valeant minorem eo, quem aliàs describere consueuerunt; nihilominùs sicubi ob vehementiorem causam plùs iusto exorbitauerint, vt vimina, vel ferreæ laminæ quædam in circulum ductæ magis in arctum cogentur, & quarum nempè extrema antè se se mutuò tangentia, post ab inuicem longè secluseris. Hinc igitùr etiam, quod respicit expressionem fluidi supradicti in OEsophagum: palam est, prout contractio annularium fibrarum mox nominatarum, maior, aut minor, velocior, aut segnior fuerit, hanc etiàm vberiorem, aut sicciorem fore. Quippè cùm non detur contractio absque quòd præcedat dilatatio, vt nouimus; quemadmodùm proindè in insolentì dilatatione eiusmodi vuillorum insignitèr etiam āpliari debent trochleæ in eâdem *Musculosa* membrana existentes, & per consequens con-

 suetò

ſuetò maiorem excretoriorum ductvum, qui præfatum ſuccum deferunt, portionem inuaginare: ſic & in preſſiori contractione talium foraminulorum diameter magis anguſtetur neceſſum eſt, ac minimula emunctoriorum memoratorum pars ab yſdem retineatur; hoc facto quidní grandis paritèr ſucci redundantia ſuccedat ex illis excerniculis, hoceſt ingens iſtorum preſſura? è contrà verò ſi talis contractio languida extiterit, aut lentè ſollicitata.

Quæ cum ità ſint: cum, inquam, ſtante fibrarum eiuſmodi dilatatione ac conſtrictione mutua reſpectu ciborum in OEſophagum intruſorum, non tàm hi propellantur in Ventriculum, quàm præthereá exprimatur in eandem Gulam ille ſuccus, qui per canaliculos à nobis recenſitos, ceù per totidem epiſtomia, depromitur, in eam denique ſententiam deſcendi, vt exiſtimauerim officium tunicæ *Muſculoſæ* prædictę, nedùm in ſola protruſione alimentorum, vt hactenus putauerunt Anatomici; conſiſtere vel potiſſimùm in eo, quòd qua ratione iſta diducit per OEſophagum, eâ ſimul emulgeat in hunc illud liquidum, quod à glandulis Conglomeratis per nos ſuprà deſſignatis excernitur.

His

His sic consideratis, haut immeritò sanè suspicatus essem protinús tale recrementum, quòd nonnisi *Deglutitionis* tempore in Gulam alliceretur, quòdque adeò meram ciborum videretur affectare commistionem, intendere propterea insimùl istorum *Digestionem*. Verùm, quandoquidem propositio hęc noua, paradoxa etiam prima fronte visa est, non alienum iccircò duxi suspendendã saltèm quoád certior de eâ factus ab alys deindè minùs temerarius putarer. Jn quem finem primó in memoriam reuocaui quatinus dictus liquor è Conglomeratis glandulis proficiscebatur non qualibuscunque; sed tantummodò *Vasculo-vessiculosis*. Hoc enim me multùm in opinione illa confirmabat. Quippè si tales sunt dictæ glandulę, non lympham (quemadmodúm aliàs item significatum est] generare potiús debent aliquod fermentum, quod speciali quodam Corpori auxilio sit, vt Hepar, Pancreas, Testes, quæ inter *Vasculo-uessiculosas* glandulas principem locum tenent. Jnsupèr *Vessiculosæ* omnes, aut quotquot lympham vndequàque affluentem recolligunt, instaurant, aut distribvunt, internè surculis non exarantur, vt neque externè elices habent,

VI. Munus itém Glandularum Conglomeratarum.

qui ab illis surculis vliginem deriuent; sed loco istorum innumera vascula hinc illinc irradiantia, & quę demùm in actu frigidis cadaueribus ampliùs non obseruantur: *Vasculo-vessiculosæ* verò vtrobìque colliquias suas habent duras, membranosas, & vel post diutina fata superstites. Demúm, quiá istarum textura compacta, illarum tám flaccida spectatur, vt de mollitie quasi cum pinguedine certet. Ob quam rem porrò, si dixissem Conglomeratarum vtriusque generis idem munus existere, nempè vt lymphā suppeditent, haud parùm conscientię meę fuissem reluctatus. Cautè igitur distinguendum inter has, & illas, & quo saltem ambarum officia non confundantur. Cęterò nomina hęc (*Vessiculosarum* & *Vasculo-vessiculosarum*) ne tibi fortasse novum quid audiant, aut commentitium, accepi ab amantissimo Magistro meo, D. D. *Petro Chirac* Archiatro ac Professore Regio *Monspeliense* [cui adeò gratam ipsius meritis memoriam, donec latiora & quæ nominis indicinam non deffugient, monumenta mihi succrescant, seruabo deuotus] ijsdemque, vt & alys plurimis ipsius inuentis vsus est alter eiusdem Discipulus D. *Bedeuole Geneuensis*: quicquid nihilominùs ipse

Dans ses

ipse vocum eiusmodi significationem ad alias glandulas traxerim, ad quas illi non trahunt. At quicquid de his sit, liquet manifestò glandularum Conglomeratarum vt substantiam, sic & diuersum esse vsum, glandulasque à nobis recensitas multùm differre ab ys, quæ lympham suppetunt: liquebit tamen hoc amplius, si vniuscuiusque indolẽ ac proprietates quisquis rimari, ac tanquám sui iuris facere non dedignabitur.

Essays d' Anatom.

VII. *Gastricarum.*

Nàm quod *Gastricas*: nihil in Authorum Cõmentarys vspiàm assequi potui, quod mihi ipsarum habitudinem inuestiganti facem potuerit præferre, fortè quòd ex receptissima illa, & tamen impostoria regula, tales glandulæ putatæ sint habere se instar receptaculorũ, quę limpham è vicinis partibus absorptã in venas transfundant, aut in alias cauitates. Verúm hoc quantùm à Veritate distet, in superioribus patefactum est. Superest ergò mihi, vt iuxtà ibidèm enuntiata demùm concludam dictas glandulas *Vasculo-uessiculosas* existere adeòque tales, vt nonnisi peculiaris cuiusdam fermenti segregationi incumbant: at quale autem sit huiusmodi fermentum non ità facilé fuit determinare, cum resultet ex particulis ab arteria iniectis,

ac per iteratas filtrationes in glandulis ſubtiliſatis; tantùm ex guſtù conycere fas fuit eſſe ipſum ſubtilitèr ſalſum adeò, vt à lympha longé latèque, vt aiunt, diſtet.

VIIJ. *Dorſaliū.*

De *Dorſalibus* autèm redit cantio: *ſi glandulę* (verba ſunt hęc clariſſimi *Petri Dionis*) *quæ ſunt in OEſophagi parte poſteriori, quaſi puluinaris vicem ipſi tantummodò præſtarent, vt antiquitùs dicebatur, vt ſcilicet obſtarent, ne vertebrarum duritie læderetur; natura glandulis in tòtam eius longitudinem ei proſpexiſſet: uerùm longè alius eſt eorum uſus, quandoquidem humori cuidam viſcoſo ſegregando inſeruiunt, quo oblinitur & humectatur illius cauitas, vt faciliùs deſcendant alimenta, quatinùs lubriciorem illum ductum efficiunt.* Sic etiam, vel ante illum, opinati ſunt *Bartholinus*, *Bourdon*, *Vvarthonus*, atque è Recentioribus *Philippus Verheyen* & alij paſſim. Contra quos tamen non defuerunt, qui dimicare auſi ſint, poſterioremque ſententiam velut parùm ad rem facere compertam refellere non dubitauerint vt *DiemorbroeKius*, qui ſequentia effutit. *Nonnulli has glandulas non tantnm OEſophagum exteriùs irrigare: verúm etiàm eundem ad faciliorem Deglutitionem interiùs humectare credunt. Verùm cum neque extrinſeca iſta irrigatio*

Demonſtrat. Anatom, 6.

Anat. l. 2. c. 16.

tio

tio necessaria sit, neque vllus transitus versús interiorem OEsophagi cauitatem protendatur; satis patet illum non esse earum vsum; sed illas potius lymphaticum liquorem colligere, vel ex vicinis partibus exsorbère, eumque per lymphaticos ductús chylo affundere Atque hinc porrò Viri primores, quos opinio de lymphę collectione in glandulis parùm, quin effascinauit, dúm varié intèr se disputant, neglecta interim Veritatis indagine, in absurda rapiuntur Nos igitur, quibus, Deo sit laus, talis Cynosura illuxit, cùm nouerimus *Dorsales* glandulas pręfatas reuerà *Vasculo-vesiculosas* sua proindè emunctoria OEsophgo concredere, quî decertabimus admissuri, quod eædèm fermento aliquo propterea scateant, quod & *Deglutitionis* tempore in Gulam illectum, ciborum consortium affectet? Declarabat enim hoc ipsius-met humoris in sua scaturigine obseruati sapor. Quippé degustatus visus est quandam salsuginem post se linquere ei similem, quam vrina sapit: similitèr & color. Js enim oculis plerùmque album se se statuit; & quę duo tamen nec limphæ, neque sero conueniunt.

IX. *Bronchialium.*

Succedunt intereá istis *Bronchiales* glandulæ; de quibus obstupueram ab Anatomicis,

cis, præſertim Pneumographis, inter quos emicant pręclara illa duo Medicinæ lumina (*Malpighius*&*Willis*) nihil hactenùs ſeræ poſteritatis memorię mandatum: quamuis non diù poſt compos factus libelli cuiuſdam *Verheyani*, ideſt Appendicis ab ipſo Authore calci Operis ſui Anatomici annexæ, inueni ad extremum non tàm ſuperiorum, quas deſcripſimus; ſed & inferiorum complurium, imò innumerarum mentionem factam fuiſſe. Sic enim is: *In Anatomia*, inquit, *Pulmonum & Aſperę arteriæ paſſim offendi, ac ſpectatoribus demonſtraui quaſdam glandulas primæ Aſperæ arteriæ diuiſioni, primiſque eius ramulis adiacentes: at nupèr, cúm ſubſtantiam Pulmonum ab Aſpera arteria eiuſque ramis, ſeù bronchys ſepararem, magnum reperi eiuſmodi glandularum numerum ſeſe deindè in omnibus, quæ ſecui cadaueribus conſtantèr offerentium &c. Et* paulo poſt; *adiacent*, ſubdit, *glandulæ illę potiſsimum diuiſionibus Aſperæ arterię & bronchiorum; alibi tamen etiám incumbunt illorum lateribus, quod maximè obſeruaui circa ramos maiores &c.* Ob qam rem non mediocritèr lætatus ſum porrò, & cum viderim indè oſtentum iri aliquandò poſſe Lectori meo candido quatinus quicquid in ſuperioribus abs me propoſitum

Edit. Louuan. 1706

ſitum eſt, id non in folle omninò, partim etiam tanquàm ab alys Annatomicis me ipſo ſagacioribus anteà olfactum oblatum fuerit: licét ex alia parte nec minor deindè triſtitia in me defluxit, vt mox legi munus *Bronchialium* eiuſmodi glandularum, prout ab eôdē *Authore* traditur, nihil differre à munere aliarum hactenùs recenſitarum. Ecce enim quemadmodùm de illo loquitur *Verheyen*: *Cum glandularum officium ſit*, inquit, *ſeparare certum aliquem liquorem à reliqua maſſa, hoc etiam glandulis modò deſcriptis concedi debet. Verúm qualis ſit liquor ille, quorſùmque tendat, non ità clarū eſt. Interim vix dubito, quin per haſce glandulas ſeparetur humor ille unctuoſus, quo oblinitur interna bronchiorum ſuperficies, ne ab aere ſicciori reddatur nimis arida & aſpera &c.* At verò quantoperé inter ſe diſcrepent *Bronchiales Superiores* á reliquis ſatis ſupèrque demunſtrat autopſia. Nos itaque attento quòd eædem plurimúm de *Vaſculo-ueſſiculoſarum* natura participant: quòd itèm nullum vaſculum inſpectum eſt ab ys concedere in Bronchiorum cauitatem, obſtruentibus nimirùm viam qualemcunque annulis eorundem Bronchiorum carthilaginoſis, qui ſimul arcté admodùm commiſſi ſunt; imò è conuerſo quòd

complures conſpecti ſint, qui ductûs vnà coaleſcendo diſtribuebantur ad extremum bifariã ad OEſophagum, vt antè fuit memoratum, maluimus propterea eas tueri partes, quę ſuadêre videbantur vnctuoſum illum taliũ glandularum humorem in Gulam potiùs, quam in Pulmonem inſtillare; licèt ex alia parte, de alio, ſcilicet è reliquis in Bronchiorũ extremitatibus inuentis glandulis, tranſudante, facilè contrarium opinaturus eſſem libentèrque *Verheyenij* ſententiæ ſubſcripſiſsem. Cœterò talis liquor, aut quiuis è prędictis ſiuè poſteriorèm ſuperioris, atque imprimis dextri Bronchy partem occupantibus glandulis ſcaturiebat, congener erat illi, qui á Parotidibus expuitur, atque à Tonſilis: idèſt [vt benè adnotauit totiès citatus Author] indolem redolebat vnctuoſam, ſiuè oleoſam, fortè & quòd Natura exigeret huius etiã farinę ſuccos alimentis in *Deglutitione* cõmiſceri.

X. *Prima diuiſionis Aſperæ arteriæ*

Diſpar nonnihil ab hoc viſus eſt deindè qui humor è glandulis ad finem trunci, ſiuè in principio *primæ diuiſionis Aſperæ* arteriæ exiſtentibus exprimebatur, nempè aliquanto olidior, ac magis ſalſus; id profectò quod ex eo procedere poſſe cenſui, quòd huiuſmodi glandulæ magis compactæ erant

alijs

alys poſtremo loco recenſitis, & quòd nimirùm plùs ad *Vaſculo-veſsiculoſarum* conſtitutionem accedebant. Quocircà, & quià vel ex hoc facilè fuit augurari quemadmodùm illud vaſculorum par iuxtà eaſdem atque intrà vtrumque OEſophagi tubulum repertum, ductûs erant ipſarum glandularum excretory, coniectatus ſum proindè harum officium idem eſſe atque aliarum hactenùs enunciatarum, ſiuè quòd & iſtę fermento quodam armoniacali, aut vrinoſo depluerent in OEſophgum.

XJ. *Trachealium.*

Nunc quòd *Tracheales* abs me vocatas; has in eâdem naui eſſe noui, in quâ & aliæ prę-cedentes: nempè in obliuione hominum ſepultæ eatenús fortaſsè hanc ſortem obire debuerunt, quòd prò lymphæ receptaculis habitæ in reliqvum negligendæ fuerint: quamuis apud me, qui illarum fabricam indagare non omninò perfunctoriè conatus ſum, longè maiorem conſiderationem promereri uiſæ. Quippè, quatinús aut *Vaſculo-veſsiculoſæ* compertæ ſunt, aut *atro-luteæ, carneæ, ſanguineo-adipoſæ* &c., palam eſt nulla pollère facultate, quæ requiritur ad lympham excipiendam, generandam, aut alio quôuis modo reficiendam &c; verùm potiús

quòd alio munere fungantur, siuè quòd fermentum exhibeant, quod ciborum concernat affectionem. Et de facto *Vasculo-vessiculosæ*, aut *Parenchymatosæ* glandulę tali menstruo humescebant albido, quod interdùm degustatũ inuentum est vrinam sapere, aut quempiam alium succum è genere armoniacorum: licèt planè [vt fatear quod res est] his ego saporibus haud multùm fido, cum non fallat ipsos post hominis mortem, nedum post quamlibet istius ægritudinem, plurimum variare posse. Sed quicquid de his sit: innotuit certè mihi menstrvũ illud muriaticũ longè aliud, quàm lympham redolêre, ipsumque porrò guttatim fluere in OEsophagum per illos canaliculos, quorum vestigia in eôdem OEsophago-sumus assecuti.

Carneę autèm glandulæ, ne & ipsæ lymphę pręfici, seù pręesse dicantur, facit, præter colorem earundem, etiàm substantia. Neque enim quis facilè autumabit à Carne lympham gigni, aut renouari? Cum verò in comperto habuerim emunctoria glandularũ præcedentium, nempè *Parenchymatosarum* in has inseri, perindè quasi illarum liquor per istarum substantiam filtrari consuesceret, arbitratus sum porrò ab his glandulis conciliari

liari aliquam vim vrinoſo priorum recre-
mento, qua mediante iſtud diſsoluatur acu-
etur, aut alio quopiam modo alteretur. At-
que vt noſcerem, nùm iudicium hoc temerè
abs me elicitum fuiſſet, nec né; exploraui
aliquandò in Vitulo *Iugulares* glandulas,
de quibus *ſuprà*; cumque in dextro ad
OEſophagum latere aliam ſub *Iugulari* per-
luſtraſſem glandularum Conglomeratarum
catenam, mouebar deſiderio ſciendi quid
hæc præſtaret glandula tàm oblonga,
quidque elaboraret. Secui ergò ipſam ic-
circò mediam, inſpectôque, quòd ab eiuſ-
dem apice exoriebatur internè quidam du-
ctus membranoſus, qui medioxumam ru-
rſum talis glandulæ regionem in longùm,
menſurando alioſque hinc indé ramuſculos
minores excipiendo ſenſim augebatur inſtar
Pancreatici canalis, perrexi inueſtigare vbi-
nàm tandem eiuſmodi tubus occideret?
Quamobrem introductâ in iſtum ſeta, huius
progreſſum curiosè contemplabar. At vix
ſanè è glandula egreſſa erat ſeta hæc, cùm
protinùs alliſit ad tuberculum quendam
rubrum toti eiuſdem tubuli cauitati obiec-
tum: quem poſteà ipſe attentè ſciſcitatus,
inueni tandem tuberculum eſſe carneum,

Sect. 1. *Artic.* 16.

intensè rubrum, & per quem humor á prçlibato ductu delatus totus omminò filtrabatur: inditio existente hoc omnimodç filtrationis, quòd nimirum latex ille anteà albescens instar lactis, post efluxum ab eo tuberculo colore velut flammeo rutilabat. Hoc itáque perlustrato cùr de munere *Carnearũ* glandularũ supradicto vlteriùs ambegissem?

Jàm verò, vt istarum officium tale creditũ est, nempè vt priorum, idest *Vasculo-vessiculosarum*, succum sale aliquo imbuant, atque impraegnent, cuius deindé ratione hic maiorem energiam nanciscatur; sic & de *Sanguineo-adiposis*, *Atro-luteis* consimilibusque glandulis deliberatum: impertire nimirùm has eidem succo aliud sal, cuius ope is in illa canalium, quç á *Vasculo-vessiculosis* prçfatis ad OEsophagum tendunt, longitudine ac strictura in debita crasi, aut dissolutione sua contineatur, vtque ritè prçparatus idoneus euadat se se intimè coniungere alimentis per eandem Gulam percurrentibus, easque partes implêre, ad quas idem á Naturâ fuit destinatus. Hinc etiám Succenturiatae glandulç, Lien & similia alia tale quid praestant respectu sanguinis; prout mihi à consummatissimo Viro ac Magistro meo D. *Petro Chirac* Prof-

fessore

fessore *Monspeliense* iàm alibi laudato exemplis ac demonstrationibus sępiús inculcatum fuit: sic itidém *Atrę* glandulæ respectû lymphæ, de qua tamen, vt vt obseruatione mea peculiari, non est aptus hic differendi locus.

XIJ. Thyroidææ

Supersunt glandulæ *Thyroidææ*; quarum officium iterúm, ex consuetudine iàm recepta, esse perhibetur, vt pingui quâdam & viscosa humiditate perpetuò stillent pro externa Pulmonalis fistulæ humectatione: *verùm cum hic vsus* [subintrat hic statim *Diemerbroek*) *parùm ad rem facere, & Larynx extrinsecús tali indigère irrigatione* [vti plures somniarunt) *non videatur, potiùs animaduertendum censeo* (nota ipsa eiusdem verba) *an-non aliqua vasa salíualia ab ys exeant*? id videlicet, quod nos in præcedentibus pręstitimus. Quandoquidèm exploratum habuimus complures paruas ac fistulosas fibras procedere hinc indè ab vtrôque latere eiusdem glandulæ(Simplicem enim nouimus, quam aly duplicem stabilire solent, glandulam *Thijroidœam*, vt de hoc pluribus etiam aliàs disputatum fuit) præsertim verò ab vtrôque ipsiusmet glandulæ angulo exteriore; & quæ demúm caput ingerebant in OEsophagum

l.2. Anat. c. 16.

gum circà musculum Pharyngis constrictivum. Quo posito, qui neget munus talis glandulæ in eo consistere, quod suvum recrementum Gulę ministret? Talem quôque sententiam protulisse visus est *Morgagnus*, dùm in hæc abit: *Ea cum itá se habeant, si porrò ad notum respiciamus Diuni Opificis institutum in salinalibus, in muccosis Vrethræ alysque glandulis propè aut subter musculos ipsis humectandis partibus subseruientes, opportunissimè collocandis, nonnè, Sodales, sic videtur facilè à Thyroidæa ductum aliquem promitti aut in Pharyngem atque OEsohagum, quos nempè ab lateribus illa attingit &c.* At quale demùm sit illud recrementum, quod nempè à præfata glandula sequestratum post illabitur in eiusdem OEsophagi cauitatem, nundùm equidem audeo dicere: *inferiùs*, vbi de eiusmodi qualitatibus sermo necessariò instituendus erit, vltrò importunus existam.

Aduers. Anatom. prim. pag. 30.

Sect. 3.

XIIJ. Vsus *Thymi*,

Namque hîc interim pluribus satisfaciendum est, vt si quæras vndè interiorem Laryngis, vt & reliquę Tracheæ humectationem earundemque aduersús aerea spicula tutamentum auspicaturus sim, si *Tijroidæea* glandula & cœteræ hucùsque memoratæ suos

OE-

OEsophago impertiuntur riuos. Ad quod propterea resp: esse alias glandulas easdemque *Vessiculosas*, quibus hęc prouincia demandata est: imprimis verò esse quandam Carunculam, ceú glandulam pinguedine tectam, quę Epiglottidis parti gibbosę, siuè dorso, inferiùs incumbit; rursùmque plures alias minores glandulas partem ipsius Epiglottidis concauam obsidentes, *quæ dictam carthilaginem* (*Verheyenium* audis) *& verosimiliter Tracheæ cauitatem irrigant*. Jn reliquum autèm *Thymus* est qui, maximè in pueris, eiusmodi negocium expedit. Quippè, cum eâ ętate sanguis naturä serosus Cordis thalamos aptè satis dilatare nequeat, vt per successiuã deindè constrictionem ad extrema paruarum arteriarum, præcipuè *Bronchialium*, quæ minimę sunt, capillaria adhuc tenella, ac nundùm debité actuata pertranseat, fit vt *Thymus* è vicinis Carotidibus latè imbibens illius serum, hoc posteà per proprios canales lymphaticos erroget in Tracheam atque in Pulmones: at non sic verò in Adolescentibus & Senioribus. Siquidèm sanguis, qui in his, salibus ac sulphureis particulis turgens Cordis motum alacritér ciëre valet, vt proindè *Bronchiales* ramos túm

iàm probè distentos omnimodè metiri potest, dicto diuersorio [velut spongiä] opus ampliús non habet, à quo quantulacunque ipsius portio excipiatur; Verùm rectâ vnà cum omnibus suis elementis migrat in arterias: vbi mòx lymphâ & sero in longinqvum (vtpotè idonea gliscere) seorsim tamen ablegatis, vtrumque tandem pellit in Tracheam per *Sebaceas* glandulas in finibus arteriosorum capillarium, nec non limphæductvum existentes, atque in dictam fistulam apertas: in quo quidém casu *Thymus* munere suo defunctus reuertitur in se, idest decrescere incipit atque emaciatur. Et sanè rem itá se habere respectu *Thymi* docet imprimis ipsa *Bronchialis* arteria, vt quæ in Prætextatis cõperitur non, nisi delineata: deindè illa vocis mutatio, quæ eandem prętextam exuentibus contingit ex lympha veteres cuniculos deserente, ac nouos fodicante. Sunt igitùr *Thymus* medys lymphæ-ductibus, atque in Adultis etiam *Sebaceæ* glandulę medys *Rhuyschianis* rivulis, quę Tracheæ vlteriùs prouident, ne siccescat: Pulmoni verò denique succurrunt tùm eæ *Conglobatæ*, quæ in extremitatibus Bronchiorum suas colonias habent, tùm aliæ *Disgregatę* è finitionibus arteriarum eiusdem

dem *Ruyſchij* nec non lymphæ-ductvū reſultantes: quas nec ipſe rurſùm Conglobatas vocare dubito ad imitationem prĕſertim Magni illius Adenographi *Marcelli Malpighij*, ſaltèm eò vt nomen eiuſmodi conſeruetur. Quippè ſecùs *Conglobatum*, cùm vix aliud, meo videri, ſonet, quàm *Conglomeratum*, ſi proindè de alys glandulis prædicetur à *Conglomeratis* ſpecie diſtinctis, non hanc, potiùs genus ſignificare videtur, atque amborum conceptum in Mente cofundere. Quapropter malui *Conglomeratas* generis locum tenêre; quo bifariam diuiſo *Vaſculo-veſſiculoſarum* nomine inſignirentur, quæ ab alys Conglomeratĕ hactenùs nuncupatæ ſunt; *Veſsiculoſarum* autèm, quĕ Conglobatæ; hoc nempè pacto glandularum natura ac ſubſtantia magis eluceſcente: & quod demùm ſupereſt de *Sebaceis*, ſiuè diſgregatis; has, inquam, vèl etiam *Conglobatas* appellare nequaquàm abnuerem cum prĕdicto Authore eiuſdemque Sectatoribus, ad minimùm, ne vulgata illa diuiſio glandularum in Conglobatas & Conglomeratas videatur abs me, homine ſemiſſe, penitùs de medio tolli. Uerùm iàm ſatis & vltrà, quàm modeſtia ſuſtinet, cantata hĕc cantio eſt; ad ſeria igitùr: vtque reuertamur eò,

Epiſt. de Glandul. Conglob.

vndè digressi sumus, iunge tandèm glandulis omnibus supràscriptis, quod respectu Bronchiorum Superiorum fieri potest, vt eidem fontes & Pulmonem & OEsophagum inficiant, fortè quod in *Deglutitione* etiàm viscidus atque oleosus humor requiritur ad ciborum commistionem.

XIV. Ratio Situation. Glandularum eiusmodi Conglomeratarum.

Sed perscrutanti quamobrèm vniuersę glandulæ supradictæ etsí intima cum OEsophago commercia exerceant, intrà ipsum tamen non consistunt? resp: hoc imputandum esse loco minús commodo, vtpotè nimirùm quòd ibidèm vel compresſæ fuiſsent eę glandulæ, vel motum tvnicæ *Musculosæ* impediuiſsent (sicuti ob consimilem rationē etiam quædam glandulę saliuales positæ sunt ab Ore longiùs remotę) vel demúm quià, cum humorem svum hauriant à *Cœliacis*, *Coronarys*, *Bronchialibus*, alysque arterys Cordi propinquioribus, si proindè alté OEsophago affixæ fuissent, illum exigere ab his aliquandò forté non potuiſsent. Quamuis nihilominùs Canes suis non destitvuntur Conglomeratis glandulis in eandem Gulam impactis, sicuti initio præsentis Tractatûs insinuauimus, & qui tamen Canes ob id fortasſè magis, quàm quòd consueuerunt, inter

deglu-

deglutiendum laborarent, nisi ex alia parte validissimo OEsophagoeo musculo donarentur cuius vehementi conatu assumpta quæque vorant potiùs, quàm deglutiunt.

XV. Officium denique Tunicæ *Neruosæ*.

Quandoquidèm autem partium OEsophagi munia indagare pergimus, locus poscere videtur, vt exploremus etiàm quale sit, quod ad *Nerueam* membranam pertinet. Patet verò istud facilè ex dictis, cum scilicèt nouerimus eandem tunicã externè vasculis exaratam, in medio cicatricibus notatam, atque internè demùm foraminulis vbique peruiam. Undè adeó coniectandum fuit illam in extrinsecâ, & quâ *Musculosę* contermina est, facie sua canaliculos tàm excretorios sæpè memoratos, quã alios arteriosos excipere, fulcire, distribuere: in meditullio autèm cum eorundem, tùm insupèr lymphę-ductvum finitionibus locũ præbere, quo hę se se veluti in calices expansæ fibras suas quoquouersúm didant; ac denique quòd in interiori lamella cupulas huiusmodi operculante poris scateat, per quos humor é talibus lacusculis depleatur.

XVI. Crustæ *Vvillosæ*.

De *Willosa* verò Crustâ hæc pariformitèr adiungam; quòd nimirùm eadem alienigenorum corporum ingressum impedit in dictos poros; siuè, quod idem est, quòd obstru-

ctiones ab illis arcet, quòdque perlabentiũ angulosarum rerum eludit offensiones.

XVII. Et *succorum* stagnantiũ in OEsophagum.

Undè iterùm hâc occasione examinanda demúm venit virtus illorum fluidorum, quorum alterum à limphę-ductibus salit in OEsophagi cauitatem, alterum ab arterys. Et quod prius: iamdiù quôque patuit veram esse lympham à *Iugularibus* glandulis erumpentem, prout in Vitulis [vt dictum est] constantèr vidêre fuit: lympha verò siquidem ros est, imò sanguineum glutinum hinc à partium nutritione ressidvum, indè autem nonrarò in succum nutritium facessere aptũ, vel alys necessitatibus applicari iuxtà promptuariorum, in quæ à Natura inducitur, diuersitatem [quemadmodúm nempè *alibi* ostendemus] manifestum fit proindè eam illùc influentem ob hunc finem duntaxat influere, vt scilicèt dictum canalem lubricet, vngat, obliniat, ne prætereuntia corpora prę stipticitate sua fortassis morentur in viâ, aut præ figuræ asperitate *Nerueo* integumento molestiam incutiant. Quod autem attinet posterius nemo ambigit, quin solæ sint particulę serosę tenvuiores, quæ arteriarum extremitates superare queunt: vndè itidem extrá dubium est, quòd humor ab istis delatus in OEsophagum

Disser. A. nat. 2.

hagum

hagum nihil aliud intendere potest, quám vt lympham prædictam in debita diuisibilitate contineat, ne assicescat, aut picis consistentiam acquirat; vt rursùs Neruosas fibras in suo tenore conseruet, sitim extinguat &c.

XVIIJ. Humor Glandularum OEsophagi *Vasculo-vessiculosarum* verum est fermentum Digestivum.

Quibus eâ, quä decuit, sedulitate perpensis, quid reliqui factum iri autumasses, nisi vt dixissem succum glandularum Conglomeratarum suprà recensitarum respicere dirrecté ciborum *Digestionem*. Ettenim si eo duntaxàt tempore tendit in OEsophagum, quo hi per eundem excurrunt; si salinus est ac variè coloratus: verbo denique, si fermentum est, quo nec membranę, nec fibrę eiusdem OEsophagi egent, imò à quo alterationem potiùs, quàm ivuamen essent recepturę: ex aliâ parte verò, si deuolvuntur ad illam ipsã fistulam aly liquores, nempè y, à quibus lubricitas, tonus, humectatio vnicè habentur, ad quem, amäbò, collimabit scopum prelibatus humor, nisi vt cum dilabentibus per Gulam alimentis commisceatur, admixtus verò aliquem in his effectum producat, qui alius esse non potest, quám ipsorum siuè alteratio, siué *Digestio*, aut fermentatio &c.

XJX. Probatur 1. ex mul-

Nec tàm Autopsia, suaserat hoc mihi etiã Ratio, imprimis verò quòd aspexeram Autho-

titudine ac diuersitate opinionum de hoc fermento.

thorum ſententias circá fermentum ad ciborum *Digeſtionem* requiſitum vndequàque infirmas, nutantes, neque alitèr, quàm longa pervicacium hominum credulitate ſuffultas. Quod vt clariùs conſtet, intuêre imprimis multitudinem, intuêre diuerſitatem! dices níhil in Academys vnquàm tàm acritèr, tàm luculentèr, tàmque indefinitè diſputatum. Nam poſt *Petrum Caſtellum*, qui primus omnium illius fermenti neceſſitatem ſubodorauit pro Chylificatione obtinendā, mirùm quot habita de eiuſdem tum quidditate, túm qualitate litigia!

Opinio P.Caſtel.

Jdem *Caſtellus* [ex quo poſteà *Helmontius* fermentationis in Uentriculo ſe ſe Authorē fecit] ſcribit fermentum ſupradictum *eſſe portionem acidæ bilis è Liene tranſmiſſam panis fermenti ritu omnia aptam miſcère, commouère & ebullire facere, atque in rarefactione iſta, ſpongioſitate cibariorum, quæ à ſpiritibus proprys concitatis fit, ob acidos ſpiritus mouentes & inquietos, adiuuante calore, ciborum coctionem & digeſtionem primam confici.*

Ep.5.Med. ad M.Aurel.Seuer

Helmontij.

Splenem quôque fermentum in Ventriculum inſpirare [cum nullas alias vias inuenire poſſet, per quas idem ad Ventriculum commearet] ſtatuit *Helmontius* : *Splen*, inquit

in

in Stomachum per vas amplum sui fermentum inspirat, neque enim Splen cibos immediatè attingit. Itèm alibi: *ità nimirúm Splenis odore in Stomachum spirato, cibi fermentati fiunt cremor acidus; qui deinceps vertitur in salem vrinaceum & in vitalem*. Pluribus hoc explicat in lib. *de Calor. non efficientèr Digerent.* & alibi.

De Sext. Digg. §. 31.

§. 59.

Riolanus vt agnoſcit hoc fermentum, ità accerſit quôque è Liene. Sic enim is: *fermentum illud nempè acidus humor ab Arabibus & Græcis animaduerſus fuit; illi ad acuendum appetitum, hi ad conſtringendum Ventriculum, vt fiat fermentatio & vnio; ſed ſi deeſſet Lien, vt quibuſdam accidit, vel adeò exiguus eſſet, vt vix vnciam ponderaret, vndè manabit ille acidus humor; ab arteria Splenica, quæ defficiente Liene habet ſuam inſertionem in Ventriculũ: ſed pratèr iſtũ ſuccum acidum fermentativum, ſpiritum vitalem huic operi accedere non diffiteor, qui auget calorem inſitum Ventriculo; mutatio veró alimentorum in ſuccum candidum, qui chylus dicitur, non aliundè procedit, quàm ab albedine membranarum Ventriculi*. Porrò tres huiuſmodi ſententiæ ferè eiuſdem faſciæ ſunt, non itá poſteriores;

Riolani. l. de Circ. Sang.

Quamuis nec multúm ab his diſsentit illa *Gabrielis Fontani* Medici *Maſſilienſis*,

G. Font. in Apol. Galen.

Q cùm

cùm asserit fermentum illud esse *Humorem Melancholicum*: quę (si quibusdam credimus) quorundam quôque Arabum fuit sententia.

Petri Borelli. *l, 2, Obs. Med, c. 1.*

Borellus autèm loco succi melancholici substituit *Bilem instar quasi aquæ fortis acerrimam & perindè quòque feruescentem.*

Sẽnerti.

Quibus omnibus iterùm lites mouet *Daniel Sennertus.* Jdem vult *esse in Ventriculo humorẽ acidum ingenitum & connatum, quem relicta cibi portio benè elaborata augeat & foueat: qui non sit crassus, sed tenuis & spiritibus corrosiuis pręgnans; qui grato quodã acòre Ventriculi corpus neruosum afficiat & sua mobili virtute permeet omne ingestum, illudque soluat in liquorem, seu chylum, & omninò se habeat vt fermentum quò cereuisia feruescit fermentaturque, vt crassæ partes á tenvuibus, & vtiles ab inutilibus separentur*: atque hunc humorem, si abbundet, caussam esse famis nimiæ docet.

l. 3, Med. Pract, p, 1.

Graanen

Haud dissimilis ab hâc est etiàm opinio eorũ qui affirmant fermentum digestivum esse *reliquias fermentatorum alimentorum in plicis Ventriculi hærentes, quæ diutina mora accescant & fermenti naturam induant*, intér quos primum sibi locum vindicarunt Naturalis Philosophiæ Choriphoei spectabilissimi, *Craanenius & Vvillis.*

de Hom, c, 7,

Præ-

Prætereà non defuerunt, qui *ſuccum Pancreaticum* ad eas partes traxerunt. La *Chambre* apud Clariſs. *Bartholinum* aduocauit *ſpiritus* (miror cur non alij etiam Semen, aut aliquod aliud, ex excrementis: *Sola, námque hæc ſuperfuerunt*) alij demúm alia, de quibus verba habere pudet.

Maximè tamen omnium plauſibiles hodierno ſæculo viſæ ſunt denique binæ opiniones, altera *Hogelandi*, altera *Baky*, vel ſi mauis *Ioannis Maïouu*; quarum poſterior, vtvt priori ſimilis, nihilominus iſti palmam pręripuiſſe videtur ex eo ſaltim, quòd in ea omnes tanquám in fidiſſima ſtatione quieſcant, nihilque iàm magis Medicorum auribus, quám *LymphaVentriculi acida* concrepet. Sic ergò *Hogelandus*: *OEconomiam animalis inſpicienti*, inquit, *pratèr cibum alterandum et potū tùm dicto cibo diluendo inſeruientem, túm cibi vicem ſupplentem, occurrit liquor quidam ſubtilis & attenuans, ſaliua dictus, ex arterys per Palatum diſperſis prodiens; cui cibo maſticato & deglutito accedit in Stomacho ex arterys liquor alius priori non admodúm diſſimilis, præterquamquòd manifeſtè acrior, cibo in eiuſdem faciliorem concoctionem digerendo, fermentando & quantum ſatis ſoluendo, eiuſdemque eſſentiæ (parti nempè*

Hogelādi

pè puriori & magis oleosæ túm in corporis nutritionem abituræ) extrahendæ instar menstrui, vt Chymici similes liquores vocare solent, ex aqua forti & spiritu vini compositi, magis appropriatas. Posteá quod dixerat probat in notis; *quod,* ait? *siccissimus cibus E. g. panis biscoctus & similia nullo adhibito potu & digerantur & concoquantur? quòd alij liquores E. g. in vomitu liquor non nunquàm acidus, plerùmque verò tenax ac viscosus,* & 3. *impedito menstruo fluxu menses per Stomachum & Os reijciantur.* 4. *quòd appetitus videatur ab acredine similis humoris vellicando Ventriculum fieri.* 5. *quòd oculi cancri, cortices ouorum* & *similia ingesta sine fructu assumerentur.* 6. *quód volatilia, imprimis gallinæ tám nostrates, quàm calicotæ in Stomachis suis scilices vitrum, ipsumque aurum* (vt partim *ex fide dignis* audiuit, partim *propria experientia* compertus est) *soluant* & *consumant.* Vndè tandem concludit *bonam vel malam cibi in Stomacho digestionem fermentationem, vel concoctionem magis huius liquoris acrimoniæ vel aciditati, aut Subtilitati, siuè cruditati, aut viscositati, quám ipsi Stomacho deberi.*

Jacobi de BaK

Quòd *Bakium* autèm; en quemadmodùm loquitur! *Assumptum alimentum Oris saliua aliquantulùm imbutum (vt tantò facilius Ventriculi*

triculi humorem admittat) Linguæ partiumque Oris adiumento in OEsophagum atque eius musculorũ fibrarumque ope in Ventriculum relegatur: ibi humore, quem interior tunica continuo exsudat perfunditur, contrahendique Ventriculi vi miscetur, quantùmque potest subigitur. Videtur quo distenditur magis, eò rarior fieri dicta tunica, eiusque pori patentiores, & vice versa: quarè cum aliquid in capacitate ad diluendum continet, humoris huius maior affunditur copia, quàm cum conciderit, túm enim & densatur & diluendi neccessitas tantùm non urget. A solo contactu colorem consistentiamue mutari, sine substantiæ additione vel detractione vlla naturali operatione visum fuisse non existimo: speculo alius ab obiecti specie color induci videtur, & à calore aqua dilatatur, imò sevum liquatur: sed, recedente obiecto & ablato calore, speculum colorem, &, quod dilatatum liquatumue est, ad naturalem consistentiam reuertitur. Calorem, quatinús homogenea colligit, & heterogenea disiungit, ad coctionem facere confido; quamuis pisces, quorũ interanea & ipse sanguis frigent, escam integrè deglutitam cum ossibus perfectè digerunt, & sunt præter modum rapaces. Huius sententiæ veritatem si quis ipsis oculis videre desiderat, iustæ magnitudinis piscis stomachum introspiciat, quando

L. de Cor Cap. 2.

alium integrum pro paſtu ingurgitauerit, cuius, quoniam non totum corpus ſimul, ſed partes exteriores & fundo Ventriculi proximæ priùs digeſtione conſumuntur, piſcis deglutiti reliquias aliquo elapſo tempore videbit circùm eas portionem digeſtam & propè Stomachi parietes ſuccum (mucoſum quidem, ſed eſcæ minús permiſtum) nouiter è tunicæ interioris poris ſudoris instar egreſſum; vt eò magis dilutum, quod iam ferè digestum conſpicitur, in inteſtina per pylorum contrahendi vi Ventriculi protruderetur.

Maiovu,

Quibus denique nihil adiud addit *Joannes Maiouu* quàm quòd *humor ille* (de quo *Bakius*) *per tunicam Ventriculi intimam glanduloſam pedetentim tranſudans lympha quædam ſit certa acore grauida, ſiue acidis particulis turgida.*

Tract. de Mot: Muſcul, c. 5. pag. mihi 55.

Tot igitur, tàmque diſcordes opiniones ſi quis animaduertat, nonnè facilè iudicabit ſingulos illarum Authores eius ingeny extitiſſe, vt quidquid, nedum in mentem, potiùs in buccam venerat, eructare voluiſſe?

Probat. 2. á falſitate earundem opinionum.

Quid dicemus uerò (ſubiungit poſteá his recenſitis *Franciſcus Piens*) *aut quam ex his ſententÿs amplectemur? Ego quanquám hanc de Fermentatione ſententiam* (eò namque è debilitate argumentorum, quibus fermenta ſua velut ad prælium inſtrvunt dicti Authores, adductus

tus est Vir Eruditissimus, vt Fermentationis causam deserere aliamque Veteri Coctioni tantum non consimilem tueri, quàm tám infirmas partes defendere maluerit) *aliquandò tuitus sum, pluribus quòque de illa habitis rationibus, non possum non tamen me continere, quin expensis uarijs his sententijs, dicam cum* Demiphone *Terentiano* Phorm. 2. 4:

de Febrib. c: 5.

Incertior sum multó, quàm dudum.

Ego verò, qui *Chylificationem* media Fermentatione fieri ipsis interdùm oculis perlustraui (& de qua tamen re *alio* loco seruata est Tractatio) quique adeò necessitatem eiusmodi fermenti omnibus modis compertam habui; vt *humorem* glandularum Conglomeratarum OEsophagi ceù talem admittere coactus sum: sic coetera ab alys asserta nunquàm arridêre potuerunt.

Nàm 1. quòd *Castellum*, *Helmontium*, *Riolanum* cęterosque, qui in eädem acie militant: eorundem sic antiquata iám opinio est vt spes nulla spondeat illam aliquandò surrecturam.

Ostendit; falsitas 1. 2. 3.

Explosa itèm est apud Juniores cúm Medicos tum Anatomicos sententia illorum, qui succum melancolicum in campum reducere non dubitarunt. Neque enim is discrepat à

Quartæ,

succo

ſucco Splenetico priorum, qui porrò nupèr hodièque, cuius penſi exiſtat apud Philologos, nemo ſanè non nouit.

Quinræ. Sequitur *Borellus*, cuius *bilis* non paucis bilẽ concitauit. Non poſſum autem ego non tacitè ſtomachari, cùm audio aliquos eò inſcipientiæ deuectos, vt cogitarint eandem bilem, in Ventriculum regurgitare *Digeſtionis* tempore; quo nimirum plaſma ſvum de fermento chilificatiuo verum finxiſſe viderentur. Obſtant ſiquidem tali regreſſui tùm alia plura, tùm verò motus liquidi ipſius-met bilis: ſitus Jnteſtini *Duodeni* perpendicularis, Pylori anguſtię, ac motus periſtalticus Jnteſtinorum. Horum igitur actio niſi inuertatur, vt contingit in Jleo, nulli in yſdem contento poteſtas retrocedendi ſit. Quid? quòd vtcùnque daretur licèt; bilis tamen nunquàm reuerteretur: quòd videlicèt *Vuiloſę* Inteſtinorum Cruſtæ intimè hęreſcens ab eôdem ferè continuò implicetur. Vlteriùs, ſi bilis reflueret ad Ventriculum, chymi defœcatio, ſiuè præcipitatio, atque ad rubedinem diſpoſitio &c. vndè-nám obtinerentur? Nec tàm Cholidocus iſte, quàm Pancreaticus quôque ſuccus in illa regurgitatione ſuperiùs aſcenderet; ex quo innumera ſequerentur abſurda. Iunge de-

demùm, quòd Digestionis tempore vti Ventriculus semper constringitur contentaque deorsùm pellit; sic Intestina, vt quæ eidem obsequvntur sursúm moueri nequeunt ad bilis regurgitationem.

Quod respicit *Sennertum*: supplantat ipsum hæc mea ratio. Nempè, si fermentum aliquod ipsi Ventriculo *insitum* esset à Natura ad alimentorum digestionem, Infantes ęquè ac Adulti digererent, atque eôdem modo; in quo tamen contrarium obseruatur: cùm videamus illos Digestioni sensim initiandos esse, primó quidèm lacte, túm pulticulâ, pręmansorum in Os ingestione &c.; secùs nunquàm probè concocturos, imò & de vita periclitaturos, vt quotidiè nouimus. Quid? quòd & meliùs istis concoquere deberent priores, nempé Infantes, eòque magis quò plús tenelli, vt bimestres, vel alterius similis ętatis: inquantùm videlicèt, quòd fermentum illud natiuum magis robustum foret in ijs, hoc est nondúm ab extrarys sordibus seductum à primitiua sua indole desciuisset; cúm è contrà in adultis huiusmodi fermentum iàm multũ dè Vigôre, aut essentia sua remiserit. Quamobrèm ego tale menstrvum primigenium nec ab ipso *Calore* Galenicorum *na-*

Sextæ.

turali discernerem; & cúm insupèr visum id nunquàm fuerit, neque tactum, aut alio quopiam sensû inuestigatum

Septimę. Similitèr igitùr & quod concernit *Chyli reliquias in Ventriculo* post peractam Digestionem, falsum est. *Tales enim reliquiæ* (*Ettmullerum* audis) *aut á se ipsis, aut ab alio aciditatem illam fermentatiuam contrahunt: si ab alio, de hoc redit quæstio, quid & quale hoc sit, & sic ad peculiare fermentum tandèm deuenitur; si verò á se ipsis, quæritur, vndè & quomodò acor hic emergat. Vndè enim est, quod in febribus appetitu defficiente, & Digestione cessante alimenta ingesta non acescant, quin in his nidorem acori contrarium concipiant* &c. Non est itàque in his vndè *Sennertus* menstrui sui *ingeniti* instaurationem inculcet, aut generationem &c. Et quod mea [vt nimirúm saltem circà, existentiam eiusmodi reliquiarum sententiam feram] has certè raró, imò nunquàm deprehendi in Ventriculis tùm brutorum ieiunio priùs maceratorum, túm hominum siuè fame ex morbo, siuè alio quopiam casu enectorum: aduerti autèm ibidèm quandòque superfluitates quasdam subflauas, quasi biliosas, & quæ cum chylo nullam omninò dicebant affinitatem.

Inst. Med. c. 7.

tem. Quocircà potiús opinari decuit easdem congeriem fuisse quandam tàm mucci è Ventriculi parietibus exsudantis, quám alterius è *Vasculo-vessiculosis* OEsophagi glandulis ad fundum eiusdem Ventriculi delapsi, ibìque simul aceruati, vt nimirùm ex colore ac sapore ipsarum in promptu fuit iudicare.

Mitto *la Chambre* de *Spiritibus* aliorumque de *Succo Pancreatico* commenta, &c. Quippè, quoniam ipsa hęc ridicula ac Mimo digniora, quam schola sunt, nec refelli quidèm debent. *Quod qui facit* (ait *Vvilkius*) *videtur vereri, ne quis credat. Prætereunda igitur ea, quæ pro falso contra falsum disseruntur: satis est ea refutare, quæ contrà verum disputantur.*

Comment in Orat, 1. Mureti

Præstat enim rectà irruere in *Hogelandum*, *Bakium*, *Maiovu*, cèu quos, missis coeteris, solos nùnc admiratur Posteritas: et quorum adeò opiniones si falsas interdùm spectare contingat, actum de fermentis hactenùs ad ciborum fermentationem adhibitis; sique aliud non detur, nescio quomodò hæc absolutum iri possit? Iàm verò cùm simùl penè concordent dicti Authores, aut saltèm finis sententię vnius, gradus sit alterius, incipiam

Octauæ.

propterea ab illa *Hogelandi*, aduertamque, an succus, qui ab arterys defertur in Ventriculum, verus esse possit *humor digestivus*. At verò & ne hoc crederem fecerat iamdudum Obseruatio illa, quâ nempè in comperto habueram liquorem, qui ad arteriarum extremitates propellitur, esse ipsum purum putũ sanguinis serum, vel ad summum, idem serum salis alicuius fragmento permixtum, quale inquam fragmentum obseruare est in Sudore, in succo humectante Peritonęum, Pleuram, aliasque partes, ad quas arteriæ terminantnr, &c. de quibus latiús in *sequenti Dissertatione*: vbi etiam fusiús declarabimus quæ *suprà* attulimus de OEsophagi humectatione. Quo stante neminem arbitror asserturum id, quod ab arterys defertur in Ventriculum, idest sanguinis serositatem tanti fore, vt alimenta ibidèm congesta fermentet. Sed demus nihilominús, non solum serum, accurrere eôdem etiám alias sanguinis particulas tùm integrantes, tùm & essentìales; vndè est tamen, quòd hæ illic acidæ euasurę sint, aut tales, quales requiruntur ad ciborum fermentationem? *DiemerbroeKij* sané hoc est iudicium: *Hanc*, nempé *Hogelandi* assertionem

Diss. An. 2. Secti. 1. Art. 27.

Anat. l, 1. c, 6.

nem

nem (inquit) *illud euincit, quòd sanguis arteriosus, propter sulfurearum partium prædominium non sit vllo modo acer, sed omninò mollis, mitis, dulcis, ità vt neque in Ventriculi, neque in aliarum partium quantumuis acutissimè sentientium (quales sunt tunica Adnata in Oculo, Glans Penis &c.) tunicis vllam corrosionem, aut molestam punctionem faciat, vel facere possit. Prætereá hinc sequeretur, quó plùs huiusmodi arteriosi sanguinis ad Ventriculum inanitum pelleretur, eò maiorem futuram famem; atqui contrarium liquet in febribus ardentibus &c. Frustra igitur* (subdit paulò post) *ex arterys viam huic liquori fermentaceo ad Ventriculum comminiscitur* Ludouicus dela Forge in Annotat. ad *Carthes.* l. de Hom., *vbi sic inquit*. Posset rogari, quare ille liquor [*fermentaceus*] per arterias potiús ad Stomachum, seù Ventriculum, quam aliò feratur ? Ad quod resp. arterias, illum æqualiter ad omnes partes deferre, sed poros omnium membranarum non esse adeó conniuentes ad transitum ei concedendum, atque sunt pori Ventriculi. *Quòd hoc fictum diuerticulum sit nullius momenti, patet in membranis Cerebri alysque multis quarum pori sunt adeò conniuentes, vt per eas sanguis arteriosus multo copiosior deferatur, quã*

 ad

ad Ventriculum, & tamen nulla ab eo erosio, aut vellicatio in ys peragatur. Nonnulli, vt dictam corrosionem meliùs defendant, dicunt acriorem sanguinem ad Ventriculum demandari, uel fluere quàm ad alias partes. Sed hoc cum nulla veritate cohæret: quoniàm unus idemque qualitate sanguis æqualitèr è Corde propellitur ad omnes totius corporis partes, nec quidquam est, quod acriores ab alijs mitioribus separet, & ad has potiùs, quam ad illas protrudat partes.

Nonæ. Has itàquè dificultates quasi olfecisset *de Bak*, non quòd filtretur humor acidus prædictus, aut alio quopiam modo in Ventriculũ separetur, maluit asserere quòd transudet in eundem, censuitque ipsum Ventriculum instar vulgaris telæ fabrefactum itá scilicet, vt quò plus extenditur, magis etiàm rarescat. Quo non obstante, tenetur sempèr assignare Neruosus Author vndè-nam liquor eiusmodi transudet? &, si ab arterys, redeunt argumenta *Diemerbroeki*; si verò aliundè, cur locum non indicat? Noui equidèm & ipse in Piscium quorundam, pręsertim verò Luciorũ Ventriculis [suprà quos arteriæ non repunt] alios minores pridem ingestos sensim deliquisse; sed patuit etiàm in his, quatinûs externè ab eodem Stomacho, & circá Abdominis

nis capacitatem hærebat vndique membrana quædam nigridula, ferè vt Vuea in Oculo, quæ tali ſacculo propterea incumbens inſpirabat in ipſum, aliôqui ſubtiliſſimum vas, moleculas quaſdam tenues, acres atque amaricantes, quę in eſcam poſteà infixæ eandem pedetentim eliquabant initio ſumpto ab ipſa piſcis deuorati peripheria; at minimè tamen arguendum eſt hinc, quòd idem accidat & in homine. Alia quippé in hoc eſt Ventriculi ſtructura: tunicæ nimirùm tres aliæ alys ſuperpoſitæ, denſitate etiam ità intèr ſe certant, vt vnaquæuis earum ſimplicem illam, undè Lucy Ventriculus eſt, membranam decuplo craſſitie ſuperet. Quo poſito, videtur quód in ſtomacho humano minús admittenda eſt illa perſpirabilitas, quę requiritur pro fermentatiui humoris admiſſione: quidquid ex alia parte talem quòque reputat *Hen. Regius*, imprimis verò eiuſdē Scholiaſtes ac Diſcipulus *Ioannes Broen*, vt qui in eam flatvum cauſam refundere non veretur. Nám, quod attinet dictum fermentum; ductibus opus eſt vel patentiſſimis, præcipuè in Viſcere complicato ac firmiſſimis craſſiſſimiſque membranis conſtante. Præterea verò vndenam idem *Iacobus de BaK* tale hauriat ſudamen

Pra. Med. 3. Medicat. 6.

men? nùm ex Hepate, aut Liene? an ex Omento, Peritonęo &c.? Dicam potiùs cum *Plauto*; Nugæ Theatri.

Decimæ.

Acceſſit ergò demùm *Ioannes Maiovu*, qui prædictis difficultatibus obuiam ſatis iri poſſe ratus, ſi diceretur fermentum illud acidum è glandulis in tunica Ventriculi intima exiſtentibus ſcaturire, tantum abeſt, quin hoc nouo commento eiſdem ſuffragatus ſit, vt potiùs nouas excitauerit: 1. nempè, quòd tales glandulę meri ſint folliculi membranoſi è finibus arteriarum, aut lymphæ-ductvum emergentes ad eum modum, vndé pleraſque *Diſgregatas*, ac præcipuè quæ ad OEſophagũ ſunt, reſultare diximus, præter Autopſiam, monet etiám Authoritas. *Thomas Vvillis* Vir, ſi qui alius, in Anatomia Ventriculi exércitatus, vbi de ijs glandulis ſermonem habet, ſic effatur: *Cruſta Vuiloſa in poſtica, ſiue conuexa eius ſuperficie, qua tunicę Nerueæ cohæret, glandulis annulatis numeroſiſſimis vbique conſita eſt, quæ proculdubio vaſorum in tunica neruea dehiſcentium ora contegunt*. Et rursùm de oſculis ſiuè extremitatibus huiuſmodi vaſorum: *Hac ammota* (ſubdit paulo poſt) nempé tunica glandulosa, aut potius inferiori Nerueæ membranę lamina, *occurrit ipſa tunica Neruea*, ſiuè iſtius la-

us lamella, *fibris vary generis & diuersimodè contextis constans, per cuius telam raram vasa sanguifera innumera & ramificatione densissima producuntur, iuque superficie eius interiori, vbi tunicæ glandulosæ choærent, terminantur*. Tandèm verò qualia sint hæc vasa edixerat iám paulo antè his verbis *Hæc lanugo*(loquitur de Crusta Vvilosa)*Vasorum, quæ tunicæ Neruee densissimè inseruntur, ora vbique obtegit, ac tutatur, nec nõ humores ab arterijs & neruis transudantes suscipit; dúm interim Venæ chylum aliosque Succos in hac parte scatentes exsugunt*. Hinc etiam *Malpighius* idem significare visus est cùm hęc adnotauit: *Postremo hanc eandẽ structuram in humano Ventriculo deprehendi; A neruea namque membrana perpendicularitèr, fibrosa, seú fistulosa corpora assurgunt, ità ut exterior superficies rete delineet, & uasa sanguifera manifesto occurant*. Eæ autem fibrę concauę & quasi nerueę nihil aliud, meo videri, sunt, quàm arteriosorũ capillarium desinentię sero repletæ[ettenim sanguinis rubicunda portio ob maiorem crassitiem eò non penetrat] & quæ demum fibræ in interiori tunicę nerueæ lamella *(tunica glandulosa dicta)* digitatim, vt sic dicam, expansę folliculos excitant illos, ideſt àcinos membranosos cõmuni glandularum *Sebacearum* nomine

indigetatos. Hoc posito qui nam existimabit arterias, aut limphę-ductus menstrvum acidũ Chylificativm in Uentriculum regurgitaturos? Priores sanè tanti non constare contrà *Hogelandum* superiùs docuit *Diemerbroek*; posteriores autem tale quid ausuros Docti nequidèm somniarunt. Dic igitùr potiùs *Sebaceas* illas glandulas [si tamen sic appellari merentur, quæ meræ sunt aperturę, aut oscula minimorum vasculorum] eructare tantummodò illũ humorem, qui ab ysdem canaliculis aduehitur, quique nulli aly necessitati vacat prçterquàm quòd ei, cui in cœteris corporis cauitatibus inseruire solet: hoc est, ad irrigandas tunicas antra eiusmodi conformantes, internãque istarum superficiem maximè à prætereuntiũ corporum iniurys protegendã perindè ac de Sero, ac Lympha in OEsophagum instillantibus aliàs fecimus manifestum. Et de facto, quis inficias eat huiusmodi cum humectationem, tùm & lubricitatem non esse præcipuas dictàrum cauernarum egestates? Quod meum est; vix, ac ne vix quidem, intelligo quemadmodũ Jntestina e. g. à flatulenta distentione, fæcũ intrà rotatarum asperitate, grauitate, erosione &c. immunia essent abitura: nisi ex vna parte serũ ab arterys prodiret, quo illorũ mem-

membranæ madeſcerent, vt funes, dùm ali quod pondus ſuſtinent; ex alia verò lympha é proprys elicibus non ingemiſceret in eadem per *Peyeri* glandulas(vt abs me aliquandò fuit adnotatum) quâ nimirùm interior Jnteſtinorum membrana irruentia velut tela protelare apta euaderet. Equidèm ob conſimilem huic finem muniuit Natura Pulmonalem fiſtulam *diſgregatis* glandulis; prouidit & Veſſicæ, Vaginę, Vrethræ &c. Cùr verò hiſce viſceribus tàm propenſa, ſoli tamen Ventriculo nouercaretur illa Parens, illa, inquam, Parens, cuius prouidentia æquè ſibi conſtare dicitur in minimis rei momentis, atque in Coelo ipſo? an, quód Ventriculus minús diſtendi egeat? vel eſt, quod nulli corporum ſubiacet offenſioni: quid, inquam, eſt, quòd ei congruos liquores non eſſet elargitura? Verúm ex aduerſo, hunc in maiorem, quám vt ſacculus quiſque membranoſus ferre poſſit, molem excreſcere teſtatur Experiĕtia, notãte *Plempio* illum nouem pintas vinarias interdùm concluſiſſe. Adde, quòd Ventriculus eôdem, vt vt paulo obſcuriore, quo & Inteſtina, gaudet periſtaltico motu. Quì verò ipſius tunicæ túm huic, tùm imprimis eiuſmodi expanſioni ſuffecturę, eſſent? niſi humore imbueren-

rentur, quo earum fibræ tensiles ac contractiles asseruentur? Quod autèm lubricationem illam dubitatam; qui nescit locum esse hunc & harenam, in qua alimentorum particulæ irritantur, excandescunt, ac digladiantur, siuè, vt planiùs loquar, vbi hę in fermentationem erumpunt? Qùí igitùr facilè ab ipsarum ictibus eluctatura esset imprimis Jntima, ideſt *Neruea* eiusdem Ventriculi membrana? nisi lymphâ, velut oleo, oblinita esset, quâ illarũ prismata, velut Antagonistarũ manus eludat. Concedere itáque tenetur siué *Bakius* siuè *Maiovu*, aut, quisquis alius sit, qui se se eiusmodi sententiæ Authorem gloriatur, succum à *Sebaceis* Ventriculi glandulis (potiùs poris, aut vasorum osculis) effluentem, non ciborum fermentum, tantùm humorem esse tunicis Ventriculi competentem, atque intrinsecum earundẽ linimentum, qualis nempè est ille, qui in OEsophagũ, Intestina, atque in consimiles alias decidit cauitates. Jnsurget hic nihilominùs aliquis, oggeretque posse idem numero serum eandemque lympham túm Uentriculum humectare, tùm lubricare, atque etiàm cibos fermentare: neque insuetum esse Naturæ (quod nempè etiámabs me alibi celebratum est) *vt eadem, re*

atque

atque eòdem in corpore alias atque alias compa- ret affectiones. Ad quod resp. istud esse omninò impossibile.

1. Quia aliud est Serum, aut Lympha; aliud est fermentum. Serum sanguinis (monente *Zypæo*) *est humor massæ sanguineæ magis aquosus; diciturque magis aquosus* (pergit idem) *quià sequestratus alias habet particulas commixtas, v.g. salinas, acidas, & alias pro quarum diuersitate, lympha, saliua, aut aliter nominatur. Purum interim tunc serum prout hic spectatur non est*: sic etiàm lympha nihil aliud est, quàm *Humor serosus totus limpidus vasis lymphaticis conclusus*. Fermentum autē quid sit, docet *Ettmullerus*, cuius, adeò Textum integrum libet hic apponere: *Fermentorum nomen & doctrinam ex* Helmontio *potissimum habemus satis tamen obscuram ab eo relictam. Illustrarunt eam deindè nonnihil* Uvilisius & Kergerus Trac. de Fermentatione, *sed partim crasse satis, partim insufficienter adhuc. Re tamen longius penès me reuoluta nihil aliud tandem ea esse deprehendo quàm particulas volatiles spirituosas materiæ cuidam lentæ seminali, salino-oleosæ, tenui tamen intimiùs immixtas, quam ipsam dum in minima resolvunt, ac in similem sibi substantiam conuertunt* [*quod suis finibus clien-*

Fundam. Physico-Anat. c. Art. x.

Art. xv.

Dis. III. §. 53.

clientem qualitatem cooptare vocat Helmontius Tr. de ſextup. Digeſt. &c. §. 14] *in atmoſphæram quandòque odoratam cum illis diffunduntur, perque hanc in obiecta vicina adæquata agentes, parua ſui quantitate magnam horum maſſam in eandem cum ipſis naturam tranſmutant*. Quantùm igitur diſtent aquoſæ, aut ſeroſæ à volatilibus, ſpirituoſis, aut ſolino-oleoſis particulis quiſque facilè noſſe poteſt, adeòque inferre nùm ſerum aut lympha præfata, fermenti nomine dignari mereantur, necnè? Oppones tamen dari menſtrua inſipida & aquoſa, vt bené Chymici obſeruarunt. Eſto; verùm hæc ſatis eſſe non poſſe pro alimentorum fermentatione inferiùs fiet palam. Addo nùnc, quòd neque omninò volatilia. quippè quæ in fixum ægré agere valent; alimenta autèm magnam partem fixa ſunt.

2. Quià ſeroſæ ac ſalinę moleculæ ſimul cohærere nequeunt. Siquidèm poſteriores, ſi volatiles exiſtant, á prioribus nullo labore liquantur: vndè ſpirituoſa omnia aquæ permixta defętiſcunt protinùs atque eneruantur: ſi verò fixæ, per illarum canales nequaquàm flvunt. Ettenim, cùm arterioſorum, nec non lymphaticorum capillarium diameter perexigvus ſit, par iccircò hic eſſe nequit exci-

cipiendis particulis paulò crassioribus; tantùm Serosis, vtpotè omnium in sanguine contentarum minimis, ac prę figura sua globulosa quàcumque gliscere idoneis. Quę cúm itá sint, non credam serum eam præstiturum operam, quę sali competit, duobusque inter se penè diuersis munys plenè satifacturum.

3. Quiá idem serum, quo instante Ventriculum humectaret; eôdem & istum proritaret. Nàm si salina spicula vnà secum adduceret, cúr non ea impingeret in fibras tunicę pręsertim *Neruea*, suprá quam id vltimò deuoluitur? Cum igitùr istud perpetuò colet in illum Vtrem, neque tamen aliquam ei molestiam facessat vnquám, dic potiùs abhorrêre à tali salium consorito dictum liquidum, simplexque atque innocens ab horum cladibus in internum Ventriculi conspectum iugitèr venire.

4. Demùm, quià, si tale serum, aut lympha lenitiua simul essent & chylificatiua, fieri non posset, quin qua parte posteriorem effectum daret, eâdem & Palatum afficeret: at quandoquidém illud Linguâ exploratum nihil sapit aliud, quàm aquam meram, adsummum etiám vnctuosam, vtpotè quià posteriori

riori

riori, ideſt lymphę coniunctum eſt, dicendū videtur abeſſe ab humore in Ventriculum tranſudante conditiones, quę ad chylum conficiendum deſiderantur, ſolis exiſtentibus alys ſeri ac lymphę proprys, & quæ ab vtriuſque configuratione dèpëndent. His ergo ſic examinatis iniuriam me in quenquam indè minimè collaturum cenſui, ſi dicerem lympham Ventriculi totiès repetitam fermenti titulo haúd eſſe decorandam.

Aſt 2. falſitas eiuſmodi opinionis antè oculos obuerſabatur quotidiè magis, vt aduerti poſteà lympham illam acidam nullo pacto fuiſſe compertam. Teſtis huiuſce rei fidiſſimus extiterat eiuſdem Sapor, quem ex Guſtu, vti non itá pridem adnotatum eſt, cognoueram eſſe omninò aqueum, imò inſipidū Quod ergo ſupereſt de coniecturis tàm *Hogelandi*, quàm aliorum, qui talem acorem tribvunt prælibatę lymphę: ex eo nempè, quòd is *ſępiùs in Ventriculis canum ieiunorum diſſectorum* (ait *Zipæus*) *inuenitur & nobis manè etiàm benè habentibus, & poſt debitam chylificationem ſubindè eructatur: ab illo cibis commixto ſtupent nō raró dentes in vomentibus: ab aſſumptis acidis roboratur chylificatio &c*; quòd itèm Ventriculi agnini, ſuilli atque aly plures ritè infu-

Med. fundam. c. 2. Art. 13.

mati

mati ac pręparati lactis inseruiant coagulationi &c.: hę, inquam, coniecturæ tàm debiles existunt, vt nihil minùs, quám aciditatem lymphæ Gastricę persuadeant. Nàm quod canes; dato licèt, quòd in eorundem Ventriculis acor eiusmodi inueniatur (id tamen, quod me hùcusque latuit) quì nihilominús ignorabit prędictum saporem è chyli superfluitatibus ibidèm acessentibus non posse prouenire? Iunge, quòd, iuxtà *Ettmullerum, chylus pro varietate animalium toto differt genere, licèt vno eodemque alantur nutrimento: & quædam ab vno animali digeruntur, quod non fit ab altero; v.g. dúm turtur helleborum optimè digerit, & canis vitrum antimonij sine vlla euomitione: iam verò alius chylus est in cane, alius in homine eodem pane licèt nutritis* &c. Quid igitur cani & balneo, iuxtà veterem paroemiam? *Secundò* ructus acidi, qui ex chylificatione fiunt, pro effectibus considerandi sunt, non tanquàm causæ: quantúm autem hæ ab illis differant, non est, cùr hîc exagitem. Sic aliud sapit fermentum, aliud fermentatum. Sapor enim sequitur configurationem partium & texturam. Quamobrèm spiritus vitrioli acidus, & oleum tartari per deliq. vrinosum, coniunctione mutua abeunt

Inst. Med. c. 5. thes.

in tartarum vitrolatum ſaporis leniter ſalſi vel ferè inſipidi: acetum attactu minij in talem exit cum eodem texturam, quâ ſapor dulcis, ſacharum Saturni dictus, exindè emergit: ſpiritus ſulphuris, vel vitrioli cum terra ſigillata texturam & ſaporem inſtar aluminis acquirit; ſpiritus acidus in ſulphure, inſipidus in Marte, ſub vitrioli martis præparatione ſaporem vitriolaceum dulcem contrahit &c. Jn tantum, nempe texturæ particularum mutatæ mutant ſapores: ſicuti & ob diuerſitatem fermenti, mixtorum, quę fermentantur, ſtrues variatur. Dic itàque ructus acidos à cibis fermentatis reſultare, potiùs quàm ex fermento, vt conſideranti pateſcit. Idem dic, *tertiò* de vomitibus acetoſis & *quartò*, quod attinet auxilia chylificationis ab acetabulis; tantùm abeſt, quin hoc opinionem acoris in lympha Gaſtrica confirmet, vt eandem potiùs eneruet. Nám ſi fermentatio emergit ex combinatione partiū diuerſæ naturæ [quemadmodúm nempè & lippis & tonſoribus, vt aiunt, conſtat] ſi proindè homogeneas in id particulas continuò ſufficias, fruſtrà fermentationem quæres: vndè adeò liquet, quòd ſi additione acidi acuitur chylificatio, menſtrvum chylificativum

tivum non eſt acidum ; verùm potius alkalicum, aut alterius indolis ab acida diuerſæ. Atque hinc porrò factum fuiſſe arbitror, cùr *Mochius* Digeſtivum menſtrvum alkalicum ſtabilire primus omnium non dubitauerit: quem poſteà ſecutus *Daniel Taury* ipſius ſenſus tranſtulit in hęc verba. Il'ya peu de perſones qui croient preſentẽent auec Vanhelmont, que le leuain de l'eſtomach ſoit acide: „ au contraire l'experience ſemble provuer, „ qu'il tient d'auantage du ſalin, quoi qu'il „ contienne des parties acides & alkalines, „ volatiles & fixes, huileuſes & aqueuſes; & „ les Autheurs meme, qui doutent, s'il ſe fait „ quelque fermentation dans l'eſtomach, ne „ laiſſent pas de dire, qu'il eſt certain, que „ l'humeur fermentatiue de l'eſtomach n'eſt „ point vn acide, mais vn acre ſalin-volatil; „ parceque ſans celà l'on ne pouroit pas conceuoir comment les ſels volatils, qui ſont enuelopes dans les aliments par des aigres „ pouroient ſe deueloper dans le ventricule, ſi „ le leuain de l'eſtomach ne contenoit des parties propres á en diuiſer, & detruire la forçe. „ Huiuſmodi paritèr genio victi *Graaffius Dolæus* quid de eſsentia lymphæ illius Gaſtricæ non ſunt commentati? ſtatuerunt nempé ipſam

Nouelle Pratique des Malad. Aigueſ. 1, c. 2

sam hi acido-volatilem, aly salino-ammoniacalem, nonulli acrem fixam, plurimi volatilem oleosam &c. adeò, quòd *Vvalddschmidt*, cùm tot Autorum sensa nedùm, percipere, vix enumerare posset, ad extremum in hæc verba prorumpere coactus est: *Quid fermentum Ventriculi propriè sit & an illud in Ventriculo* (nota hæsitantiam Viri candidissimi, & quâ nostro inuento de *humore digestiuo* ad OEsophagum procedente præludere videtur) *reperiatur, nondum vsque adeò euictum, aut in liquidum deduci potuit*. Et sanè quamobrèm humor ille acidus [vti nempè suprà contrà *Hogelandum* argumentatus est *Isbrandus de Diemerbroek*] potiùs ad Ventriculum appuleret, quàm ad OEsophagum, aut ad alias aliarum cauitatum membranosarum conglobatas glandulas? Respondebis fortassè, hoc intantùm contingere, inquantùm quòd specialis *disgregatarum*, siuè conglobatarum, quę ad Stomachum sunt, glandularum structura id importare videtur. Sed dic, quæso, quidnam pecùliare inest ys glandulis, cuius ratione acidum potiùs quám alKalicum filtretur exindè, aut elaboretut? Profectò ipse structuram illam nullatenùs discriminare obseruo à structura glandularum conglobatarum

Inst. Med Rat. I. c. 3. 71.

rum

rum OEsophagi, Intestinorum, Vessicę, Pericardy &c. Vel igitùr dicendum, quòd acidum vniuersalitèr depluit in id genus glandulis; & sic nullum esset acidum Ventriculi proprium: vel partes eiusmodi sunt deferendæ. Replicabis iccircò esse fermentum quoddam innatum *sebaceis* illis Uentriculi glãdulis, cuius vi salia illùc adproperantia in acida conuertuntur. Ad sthęc tàm absona, & rationi sensuique aduersa homines venisse? Ades *Varro*, tecum proclamo.

Postremò nemo argutus quidquam somniet
Tàm infandum, quod non aliquis dicat
Philosophus.

Lips. 2. *Manud. ad Stoic. Phil*, diss. 2.

Quid enim tale fermentum à Veterum túm qualitate, tùm facultate differt? Ac prætereà, vt mechanico Iuniorum more loquamur, nonnè ingenitum illud sal à diutina labente plvuia, idest sero [quod perpetuò transit per dictas glandulas] dilueretur planè, ac forinsecús expelleretur? Equidèm si de Conglomeratis tàm *Vasculo-vessiculosis*, quàm simplicitèr aut *Vasculosis*, aut *Vessiculosis* sermo esset, non ambigerem, quin ob multiplicem fibrarum atque acinorum membranosorum contextum, prædictum sal retiñeri conseruari, quin imò & renouari ibidèm posset; verùm

in Conglobatis, ideſt *Sebaceis*, aut *Diſgregatis*, quę meræ ſunt arteriolarum, aut minimorum lymphæductvum extremitates in folliculos (vti pluriès ſignificatum eſt) expanſæ, id aliquandò contingat impoſſibile omninò reor. Poſtremò quæ cauſa eſſet, cúr fermentum illud innatum in *ſebaceis* Ventriculi glandulis potiùs, quàm in alys eiuſdem generis ad Inteſtina, Ueſſicam, Pericardium &c. exiſtentibus collocaretur? Has igitur ſyrtes, cèu totidem Scyllas, cùm vitare vellet *Maiouu*, in Carybdim incidit, dixitque lympham Ventriculi aceſcere ob adinuctos ſibi ſpiritus animales itá nimirùm, vt fermentum digeſtivum primariò oriatur ex ſpiritibus animalibus per neruorum ductus in membranas Ventriculi depoſitis, & ibidem ſpeciali lymphæ membranę glandulosæ ſociatis, è quibus vtriſque per vaſa excretoria glandularum in Ventriculi cauitatem ingeſtis, inſpiratis, liquor iſtius fermetativus componatur. Quippè quòd ſpiritus animales ſacra velut anchora in huiuſmodi caſibus exiſtant, ac tutum ignorantiæ aſylum, quiſquis nullo negocio iudicare poteſt. *Figmenta* (inquit D. *Hertz*) *ſunt hęc, atque ad aniles fabulas proximè accedunt*; quod & nos alibi,

dissert. 3.

 bi,

bi, DEO dante, Ratione, atque autopsia ipsa comprobabimus. Atque vt palpabile aliquod argumentũ etiamnùm adducam contrà præfatũ subterfugium D. *Maiouu*, sufficiat aduertere quòd ad *Sebaceas* illas Ventriculi, vt & ad alias consimiles glandulas, nullus pertransit neruus contrà illos, quotquot asserunt omnem glandulam nihil aliud esse quàm compositum ex minimis quatuor vasorum ramusculis arteria nimirùm, vena, neruo atque excretorio vase. *Hæc enim qui lumine corporeo perspicere valet* (inquit *Verheyen*) *eum Argo oculatiorem esse opportet*. *Certó aliud indicare videtur glandularum moles, atque in pecudibus saporum diuersitas. Ratio quoque dictat opus esse aliqua speciali substantia, quę dictos ramusculos quodammodò colligat, & in situ conuenienti detineat*. Quid? quòd qualis sit *Sebacearum* eiusmodi glandularum substantia, iàm satis inculcatum est (vt vtnihilominùs adhúc fusiùs de eâdem acturi simus in sequenti *Dissertatione*) Ex quibus adeò abbundè liquet nullum neruum influere in tales glandulas; tantùm arterias, aut lymphaticos tubulos, aut aliorum quorumcunque vasculorum extremitates, vt in OEsophago e. g. accidere *suprà* ratum fecimus: ac propterea neque animales Spiritus

Anat. Tr ac. 1. c. 7

Sect. 1. Ar. 25.

Spiritus lymphæ, de qua totiès mentio facta est, acorem conciliaturos esse. Adde, quòd á quâuis demum causa profecturus esset sapor istiusmodi, sempèr aut Linguæ gustanti reuelaret se se, aut membranas Ventriculi mordêret &c. quod cum non faciat, hæreo an à spiritibus etiamsì animalibus inducatur? Sed vrgebit hic aliquis, acidum illud occasione duntaxàt ingestorum alimentorum in Stomachum inspirari, adeòque non, nisi in ista actionem suam exerere. Ad quod resp. quòd qui hoc dicit, videtur velle quòd assumpta alimenta in Ventriculo, velut ad fores, pulsent, spiritusque auocent illos qui acidum edolare sciunt. Verùm, si hoc esset, cúr fęces in Intestinis, vrina in Vessica &c. tales spiritus non impetrarent? cúr, inquam, fabri acidi potiùs, quàm oleary, alkalici &c. in Ventriculum descenderent? Si quis igitùr id facile factu putat, picturis eiuscemodi pectus svum exsaturet. Ego nãque idipsum difficilimum arbitror, pigetque, quòd minùs Poetico paulòque tardiore atque imbeciliore ingenio sum. *Postremò*, quod spectat lactis coagulum ex Svum, Agnorum, Vitulorum &c. ventriculis petitum; si hi fontes sunt chyli, siuè lactis, eôque imbvuntur,

atque impręgnantur, quidni cum lacte ſymbolizent? quidni, inquam, gas illud lacteum exſiccatum ſitum contrahat, aut acorem? Iunge, quöd coagulatrix illa virtus conciliari eiſdem ſolet mediante immerſione ipſorum in acetum, aut additione veteris caſei &c. vt & bubulci norunt. Hoc poſito, nempè quòd fictitia ſit illa acidtas lymphæ gaſtricæ, vanum etiàm erit arbitrari, quòd iſta ob conſimilem rationem in fermentum digeſtivum elligi debeat.

Sed concedamus tandèm, ac demus vtcúnque talem lympham non eſſe lympham è propry nominis vaſculis, atque ex arterys ſalientem; ſed recrementum quoddam velut à Conglomeratis glandulis ortum ducens, idque inſupèr ſalinum atque acidum; quid eſt nihilominùs, quòd menſtrui chylificatiui nomen promereatur, ſi pauca eſt, quanta nimirúm neque ipſi interiori Ventriculi humectationi ſufficere interdùm poteſt? Ac propterea non ego illam exiſtimo extitiſſe omnimodam bibendi neceſſitatem, vt videlicèt ciborum compages magis laxetur, vtque ipſorum viæ magis lubricentur; verúm & ne dicta interior cauitas ex orundem fermentatione poſteà exſiccaretur.

V Quod

Quod vt credam, facit hęc obſeruatio. Expreſſi ſcilicèt ego ſæpiùs *Nerueam* Uentriculi tunicam; attamen ex huiſmodi expreſſione nihil plùs vnquàm exurgêre potui quám quod digiti faſtigiũ intingere valebat. Quid ergò in illam tranſcolet? imprimis eo tempore, quo Ventriculus alimentis grauidus, nedùm vt ſollicitet, potiús humorum accurſum in ſe inhibet, atque abarcet. Et ſi adeò dicta lympha vix ſupplêre poteſt oneri, cui vacat, quì inſupèr alteri ſtudebit, nempè ciborum fermentationi? Vt autèm intelligerem aliquandò, an eadem lympha ſolito copioſiùs exprimeretur in Ventriculum digeſtionis tempore cibaui multotiès quoſdam famelicos moloſſos agninis pellibus, nigris; quibus mòx ab horæ ſpatio cultro ſubiectis, inueni ſtatim pelles illas, qua parte Stomachi parietibus inhærebant, omninò intactas, pilis immutatis nulloque pituitoſo, aut glareoſo humore delibutis. Quid? quòd y potiùs propter humidi abſentiã quaſi exareſcebant: è contrà verò in centro, ſiuè in medio eiuſdem Stomachi obſeruaui protinús bullas innumeras perpuſillas è ſuperiori orificio ad inferius vſque continuas ſuſurrum quendam edere, ſiuè ſibilum; dictaſque pelles

lesperindè liquescentes,ac si in olla elixarentur, & quarum denique colliquiæ vnà cum præfatis bullis ad Ventriculi fundum deuoluebantur. Quo viso, patuit profectò mihi, quatinùs inter digerendum minor lymphæ ad Ventriculum prouentus fieret, istumque humorem non esse illum, qui pręfatas bullas excitaret: esse autèm alium à superiori orificio defluentem, flavum, & de cuius origine adhùc plura *infrá*. Missa quantitate [& quæ nihilominùs considerari debet, cùm requiratur proportio intèr fermentum & fermentandum, cúmque defectu illius praua vel imminuta chylificatio contingat]tantùm quod fermentandi rationem; si fermentum intimè permisceri debet cum re fermentabili, quo pacto, quæso, lympha gastrica, quę iuxtà internos eiusdem Ventriculi parietes defluere debet, plus decem interdùm panis deuorati libras [quod Rustico cuidam nostrati euenisse memini] penetratum ibit? Respondebis fortassè, fieri hoc mediante parte ipsius lymphæ volatili, magisque spiritosa itá nempè, vt aliquandò modicum fermenti ingentem farinæ masam peruertit. Sed reggero ego; si partes pulmenti in Ventriculo existentis fixæ sunt, quomodò dissoluantur á

Sect. 3.

volatilibus? Axioma certè hoc eſt Chymicum *Fixa non niſi á fixis, nec volatilia niſi á volatilibus fermentantur*. quandoquidèm nempè dari debet conuenientia quędam, seù proportio pororum ſoluentis cum poris rei ſoluendę: quæ tamen proportio inter fixum & volatile non inuenitur. Multo minùs quôque diſſoluentur, ſi eædem particulæ fixę homogeneæ ſint, hoc eſt eiuſdem figurę cum lympha gaſtrica ſoluente. Quippè in tali caſu nulla ſuccedit fermentatio, vt liquet. Iàm verò præter acida fixa, ingerimus etiàm pinguia, oleoſa, terreſtria, acria &c. quæ tamen à volatilibus diſſolui nequeunt. Fruſtrá itàque confugitur ad lymphæ gaſtricæ volatilitatem pro ſaluanda eiuſdem actione indiſtans, & quò peruenire non poteſt. Paritas autém, quæ additur de paruo fermento paſtæ acervum ſubuertente, incongrua eſt. Quippè ſi, vti paſta in mactra, itá cibi in Ventriculo ſpatula, aut digitis ſubigerentur, mixtio illa lymphę cum alimentis fortaſſis obtineretur; verùm, cùm *ſolidus cibus* [benè hoc adnotante *Vvallæo*] *in viuis canibus ſæpiſſimè conſpiciatur eum in Ventriculo ordinem, quo aſſumptus eſt, obſeruare, niſi nimio potu diſtentus Ventriculus* [ſunt eiuſdem verba] *fluctuare*

Ep. 1. de Mot. Chyl ad Thom. Barthol.

tuare cibum, & eum ordinem permittat immutari, planum ſit hunc non, vt paſta in mactrâ, ſubigi, ac ſpatha, vel digitis depſi in Ventriculo, quo cum fermento digeſtiuo incorporetur; verùm heic longè alitèr ſe habere. Ac prȩtereà paſta mixtum eſt vniforme ex moleculis homogeneis, nempè triticeis e. g. æqualitèr molitis conſtans: non ſic alimenta, vt quȩ vel ex pluribus ſimùl iunctis, atque inter ſe diuerſis mixtis comparantur. Quarè nec immeritò demùm contrà huiuſmodi paritates ſic inuehitur *Franciſcus Piens: Hæc & ſimilia argumenta ſi quis diligentèr perpenderit, niſi per pertinaciam contra Veritatem planè obſirmatus fuerit: non poterit non ſaltem ſuſpectare vulgarem hoc ſæculo ſententiam de Fermentatione* mallem dixiſſet *de Fermento propter chylificationem quaſi in Ventriculo admittenda; atque ſi voluerit rationes & experimenta intèr ſe contendere, neutiquàm in Ventriculo* (nota) *tale fermentum quale in maſſa farinacea admitti poſſe, ſed comparatiuè, volens nolens ſtatuere debebit.* At nos iàm tantùm vociferauimus.

de Febrib. c. 5.

——*Quantùm nouies, deciesſue*
Mille viri clamare ſolent, qui prælia miſcent

ex *Homero*: viderer que ipſe velle Battolo-

Iliad.

gias, vt aiunt, omnes consumptum ire, si cunctas paritèr afferrem rationes, quæ tàm contrà vltimam, quàm quæ contrà præcedaneas de Humore digestiuo sententias animo suggerebantur. Dicam itàque tantummodò, quòd vel leuitèr attactis earum difficultatibus non potui non illas reprobare, assensumque præbêre ei, quam pridèm de *succo glandularum OEsophagi conglomeratarum* conceperam opinionem; nempè istum *veri fermenti chylificatiui* prærogatiua gaudêre eò saltem, quòd isthæc minus obuijs scatêre salebris; quin imò & omni ex parte Rationi atque Experientię, ideſt cum Veritate quadrare visa est, vt in sequentibus obuiam veniet.

XXI. Probatur 3. positiué, & 1. ratione salsedinis liquoris supradicti.

Ettenim, quòd verum illud sit fermentum, probat ipsius-met sapor. Nihil enim salsum quin sit & fermentativum: cùm nimirùm fermentatio quælibet á sale fiat. Quandoquidém igitùr humor glandularum OEsophagi conglomeratarum salinus existit, hocest ammoniacalis, vrinosus, aut alkalinus &c [prout scilicèt in *Anatomicis* publicauimus] concludendum remanet eundem humorem verum adesse menstrvum, cuiusmodi nempè sunt etiám Bilis, Succus Pancreaticus,

Se-

Semen & similia salina. Sanè quippè illud ab eiusdē generis glandulis elaboratur, quibus & posteriora, videlicét à *Vasculo-vessiculosis*: cúm verò istiusmodi colatoria hoc peculiare habeant pre cæteris Conglomeratis, vt sibi connata salia, seù quæ ysdem, veluti seminium quoddam, á Natura ingesta sunt, nunquàm dimittànt, ac neque aliquid de ys deserant, donec alia in deperditorum locum suffecta fuerint, sequitur proin, vt OEsophagoeę illæ eædemque & *Vasculo-vessiculosæ* glandulę, quemadmodùm ab ipso, vt aiunt, ouo, hoc-est á primordys generationis, sale prædicto ammoniacali imbutę fuerunt, ità nihil aliud quàm istud redoleant; nempé vt

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu. Horat.

sicque eiusmodi salis propagationi perpetuò incumbant: vtque aliqualem ipsius portionem enixæ sunt, nouo adeuentante sanguine, vt acetarij cadi, congenera excepta salia alys superstitibus inficiant, pristinamque iacturam noua illorum accessione, tanquàm emolumento, compensent. At quicquid de his sit, sufficit, inquam, sapor, vt eiusmodi menstrvum contradistinguatur ab omni non ipso; hoc est à sero, lympha &c.

quæ OEſophagi tenorem ſeruant, aut vigorem.

XXIJ.
2. Ratione fuſionis.

Iàmque vel ex hoc ipſo, quòd tale menſtrvumOEſophagum humectare, aut lubricare neſciat, inferri ſufficientèr poſſet, quemadmodùm id concernere debeat alimenta per eundem canalem decurrentia: niſi exalia parte hoc abbundè conſtitiſset ex dictis circà Mechanicam, quâ nempè manifeſtatum fuit ſuccum glandularum OEſophagi præfatum in hanc ipſam fiſtulam emulgeri tempore *Deglutitionis*. Quorsùm enim is tùnc ſolummodò tenderet in OEſophagum, niſi competeret alimentis tunc ſolúm pariter per eandem Gulam deſcendentibus?

XXIIJ.
3. Ratione commixtionis cum re fermentanda.

Sed neque ob hoc tantùm *veri fermenti Digeſtiui* nomen promeretur laudatus liquor: ducit hoc ſvum etiàm ex eo, quòd in eàdem *Deglutitionis* actione cum cibis intimè commiſcetur. Cùm itáque vel de ſpeciali fermentationis conditione ſit, vt fermentum cum re fermentandâ exactè incorporetur, ceù nimirúm in quo *tota*, *Rolſinky* dicto, *eiuſdem fermentationis actio conſiſtit*; hocque optimè ſuccedat in caſu noſtro, reſpectu ſcilicèt humoris glandularum OEſophagi conglomeratarum cum cibis per hunc ipſum OEſophagum

phagum deuolutis, supereſt concludendum, quòd idem humor reſpiciat directé iſtorum fermentationem, ſiué, quòd *verum* ſit *fermentum* ciborum *digeſtivum*, vt patet. Quòd autèm talis incorporatio ritè contingat in noſtra hypotheſi, ſuadetur ex eo, quòd ex vna parte Succus ille vbíque depluit in OEſophagum per innumera vaſcula Nerueam iſtius tunicam paſſim perforantia, præcipuis nimirùm ramis anté, vt adnotatum fuit, in complures minores ſubdiuiſis: ex aliâ verò, quià alimenta priùs maſticata, ac ferè ſpongiæ habitudinem nacta ſeriatim, veluti per ſyringam, intromittuntur in eandem Gulam á Muſculo Pharingem conſtringente: quo fit propterea, vt hæc, quaſi pulpa, ſubtilitèr admodùm dictum inteſtinulum farciat; dùm verò propè ſingulę illius glebæ iſtius parietes adſtringunt, ac ſemouent, exundantem vndique pręfatum Succum abſtergunt, euerrunt, exſuugnt, ſicque tandèm ſalinis, ſiuè fermentaceis particulis ſaturæ deſcendunt in Ventriculum. Atque hoc profectò quò efficaciùs obtineretur, arbitror conceſſam fuiſſe OEſophago illam longitudinem, quâ ipſum ſupèr Luras omnes atque Infundibula excellere diximus: nimirúm

X vt, quæ

nutritiuæ glebę suo congruo interdùm non nupsissent sali, in longo illo dicti canalis tractu eôdem denique impręgnarētur. Vltimò ad præfatam incorporationem facit ipse peristalticus eiusdem OEsophagi motus, vtpotè in quo annulares fibræ (ne fortè tales alimentitię glebæ simùl iunctæ minùs de supradicto fermento absorpturæ essent) inter angustandum Gulæ cauitatem illas separant abinuicem, dissociatasque humore, qui in tali constrictione allicitur, imbvunt ac suffundũt sic, vt manus pistoris imitando easdem depsant, cum digestiuo menstruo subigant, tundant, misceant planè.

XXIV. 4. quià est homogeneus cum alimentis

Excipis, rem vtcùnque sic se habituram, atque alimentitias glebas sese vtique cum supposititio nostro fermento maritaturas, si, quemadmodùm diuersi sunt illarum pori, sic salium huiusce fermenti figura variaret; verùm cùm vnicũ hoc existat, & talis salium conformatio simplex, quid est, inquis, vndè eiuscemodi coniugium exspectetur? Ad hominem certé, vt vocant, hoc argumentum est, iustèque retorquetur in me quod aduersús *Bakium* suprà sum iaculatus. Jnconcussum quippé est Chymicorum dogma, quòd *fermentum homogeneum esse debet cum*

reso-

resoluendis; quam regulam itá exemplificat *Ettmullerus*: *Vegetabilia resinosa, qualia sunt imprimis purgantia, itèm plantæ aromatice & suaueuolentes requirunt menstrvum homogenium, Spiritum vini, qui est salso-sulphureo volatilis. Alia muccilaginosa vegetabilia, aut viscosa requirunt menstrvum aquosum, v.g. rorem maialem, aqvam tonitrualem, itèm aquā simplicem destillatam. Alia requirunt menstrvum acido-salinum, vti est aqua acida, aqua aceto impragnata, & sic porrò.* Pluribus hoc quòque ostendit in *Comment* Ludouic., *Colleg, Practic. de Morb. in gen.* & alibi. Et sané, ni daretur conuenientia illa, siuè proportio intèr particulas menstrui soluentis ad poros corporis soluendi, nescio quo pacto in hos impetum facturæ essent tales particulæ, quoue instrumento velut arietati interiores istorum parietes ad extremum essent collapsuri. A pari ergò, cùm *insit & in nostro corpore* (ipsius etiàm *Hippocratis* testimonio) *& amarum, & dulce, & salsum, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamque & robur*; neque porrò hæc aliundè, quàm ex alimentis progignantur; quatinús scilicèt prętér panem, assumimus acida, amara, acria,

de Comp. Medic. c. 67.

de Vet. Medic. ß. 24.

aromatica, pinguia, dulcia, insipida, acerba &c. qualia nimirúm sunt olera, salgamata assaturę, iurulenta, bellaria, embammata, & sexcenta alia palati scitamenta non tantúm à Vegetabili, quám & ab Animali, ac Minerali regno petita, vt benè coqui atque obsonatores norunt: si proindè vnicum duntaxàt daretur fermentum digestivum, quid est, quæso, cùr hoc homogenium dici posset cum tot rebus fermentandis, idque ipsum singulare menstrvum tot eduliorum solutionem, siuè fermentationē tandèm esset euicturum? Pace tamen ista opponentis, dicam, tantùm abesse, quin eiusmodi argumento totum obruatur nostrum de *humore digestiuo* systema, vt indè potiús fulciatur magis roboreturque. Nouimus enim Succum, quem pro tali menstruo agnouimus, non esse simplicem, merum videlicèt acidum aut merè alkalinum &c. sed multiplicem, in quantùm quòd á pluribus ysdemque intèr se diuersis glandulis suppeditatur. Quandoquidèm igitúr multigeni menstrui variæ sunt particulæ, quæ itèm diuersis rerum soluendarum poris quadrare posſunt, manifestum fit illum, nempè humorem, hâc præ reliquis suprà enarratis pręrogatiua gaudere

vt

vt nimirùm meliùs omnibus cum poris alimentorum vt ut diuersimodé figuratis conueniat, proindèque uel ob hanc causam *veri fermenti digestiui* encomio ante alia esse mulctandum. Contendis nihilominùs me liquorem supradictum, vt ut à variys glandulis promanantem inuenisse tamen vnius, aut alterius speciei, idest vel armoniacalem duntaxàt, aut salsum, vel vrinosum &c. quapropter hunc non esse tám vniuersalem, vt multiformibus ciborum poris correspondere valeat. Ad quòd resp. protulisse me hoc idcircò, quòd sępè degustatum illum talem comperim: non verò vt significarem ipsum esse sempèr, atque vbique similem. Quippè haud instituerام *Chimosiologiam* conficere humorum glandularum OEsophagi: tantùm aduertere, quę incidentèr ipsos concernissent, & præcipuè cùm talem saporum descriptionē ex vna parte parúm ad rem facere, ex alia uerò factu penè impossibilem existimassem. Non fugerat quippè quàm distarent viuentia à cadaueribus in quibus scilicèt Anatomica eiusmodi tentamina exsudanda erant: quàm itē sani à morbosis &c. (quemadmodúm uel dudúm etiám insinuaui.) Quę cum ità sint frustrà redarguor dicacitatis. Et præctereá nonnè

 alibi

alibi pariformitér declaraui quamobrém, prætèr eundem succum salso-muriaticum urinosum, stillabat etiàm alius sulphureo-uolatilis, itèmque alius acido-spiritosus &c. à glandulis *Trachealibus* tergeminis hocest *Parenchymatosis*, *Atro-luteis*, *Carneis*, *Sanguineo-adiposis* &c.? nonnè, inquam, alius indicatus fuerat á glandulis *Primæ diuisionis* Asperæ *arteriæ* procedens, quasi lymphaticus & qui ab hactenús memoratis longé latèque dissentit? Mitto discrimen quod intèr *Gastricas* & *Dorsales*, inter has & *Bronchiales* rursúmque intèr istas atque alias *Primæ* Asperę *arterię diuisionis* præfatas, atque, vltimó intèr *Tracheales*&*Thyroidoeam* intercedere denunciauimus: quod tamen discrimen cùm nihil aliud quám totidem diuersa munia hoc est diuersas filtrationes, aut recrementa importare videatur, superuacaneum propterea duxi istorum sapores inquirere, deque salium in tot numero fluidis multiplicitate dubitare. His non obstantibus adhùc fortasse inculcabis, talia recrementa in tantà quantitate nō existere, quanta est copia diuersorum pororum, quibus assumpta, interdùm innnmera, alimenta scatent. Sed respondeo hàud opus esse, vt numerus fermentorum

res-

respondeat numero soluendorum; cum videamus sępè sępiùs, quòd idem fermentum etiàm diuersi generis mixta resoluit tùm per se, tùm verò maximè, si precesserit aliqualis pręparatio, vt in Vegetabilibus Contusio, Maceratio, Putrefactio &c Quippé sic istorum pori ad vnam quasi simplicem configurationem rediguntur icciircò aptam vel vnius menstrui moleculas admittere atque amplexari Quamobrém in casu nostro cùm Deglutitioni præcedat Masticatio, facile est arguere, quód cibi sic attenuantur per dentium molituram, vt feré simplicem porositatem nacti cum paucioribus deindè fermentis concordare possint quàm vt antè non concordassent. Vndè non immeritò emanauit prouerbium illud *Prima digestio fit in Ore*, fluxitque trita illa obseruatio vel apud vulgum, quòd *cibi quò plùs masticati eò meliùs digeruntur*. Fluida verò alimenta cúm integrantes particulas habeant ab inuicem satis diuisas, eiusmodi præparatione non egent, texturâ nimirùm sua integrãtibus cuiusuis menstrui partibus vltrò nubere idonea.

XXV. 5. nec nõ etherogeneus.

Dixi *partes integrantes* ad differentiam *essentialium*, vtpotè quód secundúm has omne fermentum etherogeneum esse debet cum re

re fermentanda. Sciendũ enim [quod & primariũ eſt Tyronibus præcipuè Medicis rudimentum] componi vnumquodque corpus duplici illo genere moleculárum; vt uerò iſtarum notitia velut ab ipſo fonte, vt aiunt, hauriatur, libet húc adducere Textum perſpicaciſſimi Viri D. *de Saint-Andrè* qui eſt huiuſmodi: Les parties composèes (*ſiue quæ* „ *ex elementis reſultant*) ſont Eſentielles, ou „ Jntegrantes. Les Eſſentielles naiſsent du „ melange des ſimples, qui ſe lient, s'accro-„ chant d'vne certaine maniere, & les Jnte-„ grantes de l'vnion & de l'aſſemblage des eſ „ ſentielles. Les parties Eſſentielles ſont diſ-„ ſemblables entre elles, & de nature differen-„ te du tout, qu'elles compoſent, les Inte-„ grantes ſont toutes ſemblables, & de mo-„ yenne nature entre elles, & auec le tout. Les „ premieres ſont de l'eſſence du tout. elles ne „ pevuent ſe deſunir, qu'il ne periſſe, où qu'il „ ne s'altere conſiderablement. Les dernieres ne luy ſont point eſſentielles: elles pevuent „ ſe deſunir ſans le detriure, & ſans luy cau-„ ſer vne alteration conſiderable. Nimirùm particulæ Integrantes fiunt ex ſalibus per ſulphurea ſtamina cèu In faſciculos colligatis: eſſentiales autèm ſunt ipſa met ſalia ſiuè

Refflex. ſur le M. ec ic. cha. 1.

ſimùl

ſimùl vnita, ſiuè ab eôdem nexu ſulphureo vindicata. Quo fit proin, vt homogeneitas menſtrui ſoluentis cum poris rei ſoluendæ de Jntegrantibus tantummodò cenſenda ſit. Nàm quod Eſſentiales; à conuenientia illa fruſtrà exſpectaretur fermentatio. Quandoquidèm Integrantibus tùm fermenti, tùm & rei fermentandæ particulis ſimúl commiſſis, ac quaſi conſertis, ni aliquid iccircò huic fœderi refragaretur ſeditionemque concitaret, omnia protinús in ſuo priſtino, ſeù pacato ſtatu continerentur. Requiritur propterea diſproportio quędam intèr ſalia fermenti & fermentandi adhoc, vt euincatur fermentatio. Ex eâ nàmque æther, ſeù materia ætherea, aut ſubtilis *Carthesiana* cùm impediatur, quominùs rectà ex conſueto ritù permeet vtrumque illud, ideſt fermentum ac fermentandum, turbat, miſcet, confundit omnia: dùmque veteres quærit meandros, facit protinùs, vt alterius partes in alias actę ſe ſe adoriantur, findant deſtruant uiciſſim, donèc tandē alys ceruice fracta, alys latere dempto, ſiuè, quod planius, ambarum partium compage exſoluta, noua intèr ipſas modificatio, craſis, vnio, aut concordia creſcat. His ergò ſic ſtan-

 tibus

tibus; quoniàm liquor glndularum OEſophagi *Vaſculo-veſſiculoſarum* uary's conſtat particulis tùm Integrantibus, quarum ratione cum alimentis utut itèm diuerſi generis conuenire poteſt, tùm & Eſſentialibus, quas multigenæ Officinæ ſuppeditant; quęque ideò aptæ ſunt curſum ętheri inhibêre ac per conſequens tumultuare, & cum quocunque extrario corpore dimicare, planum fit porrò idoneum eſſe illum fermentandis alimentis cuiusuis generis, atque adeò *verum* eſſe *fermentum digeſtivum* quæſitum.

XXVJ. Quomodò ſoluat alimenta!

Locus hic modò poſtularet, ut ratio paritèr exponeretur, quâ talis fermentatio conficitur: Hæc enim poſtrema eſt, quæ conditio [aiunt Chymici] in unoquouis menſtruo attendi debet, ſcilicèt quemadmodúm hoc mixta, cum quibus conuenerit, exſoluat. Verùm ea res, cúm Ventriculum concernat, utpotè in quo lucta huiuſmodi exercetur, alibi iccircô declarari petit, puta in *ſeq. Diſſertatione*. Interim tamèn, & ne hæſites circà illum modum, utrùm nempè talis explicatio fœlicitèr ſit ſucceſſura in noſtra hypotheſi, nec-nè, ſufficiat iterùm mente excolere, quæ attulimus de multiplicitate humoris ab OEſophagi glandulis effluentis: quatinús nimi-

mi-

mirùm alius eſt aquoſus (ſerum ſanguinis ab arteriarum finibus proſiliens) qui ſimpliciora corpora, excepto ſulphure, diſſoluit; alius oleoſus fixus, ſiuè ſulphureus lympha glandularum *Iugularium*] qui ſui generis mixta peruadit. Hæc autem cum & in Ore magnam partem recolligantur fit, vt bolus panis e. g. maſticati ſoli expoſitus chyleſcat, & ramenta carnium dentibus inhęrentia candeſcant &c. inquantùm nempè quòd ſeroſę, atque oleoſæ particulę liquant ea ſalia, à quibus lux reflectebatur ad eum modum, quo pani cinereus, & carni ſanguineus color antè conciliabatur: minimè vero ex eo, quod ſaliua menſtrvum quaſi uniuerſale ſit, ideſt totale Chylificatiuum [quemadmodùm ſcilicèt plures, interquos recentiſſimus *Andriolus*, nupèr hodièque exiſtimarunt] Sed de his alibi. Præptereà alius eſt humor volatilis oleoſus (lympha glandularum *primæ diuiſionis* Aſperę arterię) qui muccilagineas moleculas penetrat; alius ſalino-ſulphureus, acido-uolatilis, alkalinus [liquor glandularum *triplicis generis Trachealium*] qui paribus miaſmatis nubere ualet: alius denique ſalſus, armoniacalìs, urinoſus, acris fixus &c. á *Dorſalibus, Gaſtri-*

cis , consimilibusque *Vasculo vessiculosis* emanans, à quo acida omnia , austera terrestria acria , atque huiusmodi alia imbibi , ac fermentari didicerunt. Quę cum ità sint, nil deest quominús ratio constet, proptèr quam succus glandularum OEsophagi modò recensitus alimenta soluere dicatur ; atque adeò patet non carere hunc vel minima prærogatiua ex ys, quę *veri fermenti digestiui* titulum præse ferunt.

XXVIJ. Quęstio, An solutio alimentorum sufficiat ad *Chylificationē*.

His consideratis, credideram iàm omne tulisse punctum , vt fertur , & colophonem imposuisse me ys meditationibus, quæ ad stabiliendum verum fermentum chylificativum prefatum exiguntur: cùm protinús increbuit animo non leuis suspicio, an videlicèt fermentatio sufficiat ad Chylificationem? Ratio dubitandi fuit, quià effectus fermentationis vel est mixti alteratio, vel vltima eiusdem resolutio: vtrum autèm velis, id certè chylum dare nequit. Nàm alteratio, quæ verè ordinarius est fermentationis effectus, contingit tùm ob nouam salium, tàm intèr se, quàm cum alys particulis mistum componentibus, vnionem, aut contemperationem, tùm ob partium non miscibilium exclusionem quæ partes non sunt

misci-

miſcibiles aut ratione ponderis, vndè leuiores auolant, grauiores ad fundum præcipitantur, aut, quod frequentius, ratione figuræ. Eſt ergò rerum quarundam *ſeparatio, & accidens quoddam neceſſariò conſequens fermentationem*, non verò eſſentialis eiuſdem effectus. Vbique enim ſalia ob id agunt in ſe inuicem, vt ſe vniant: quod núnc faciunt immediatè, ſi ſunt ſola, vt in efferueſcentiâ, nùnc mediatè, vt in fermentatione, ſi ſunt alys nempè ſociata. Ex qua noua vnione ingens miſti ſequitur alteratio in colore, ſapore, conſiſtentia, & alys proprietatibus, ità vt nulla ferè in rerum natura peragatur alteratio, neque generatio aut corruptio, vbi non intercedat fermentatio. Vltima autèm miſti reſolutio rarior & vltimus denique fermentationis effectus eſt, ad quam verò non niſi per iteratas fermentationes fit acceſſus. Quotiès námque contingit fermentatio, totiés fit noua ſalium vnio, partium volatilium auolatio, grauium, vel alio modo immiſcibilium ad fundum excluſio: vndè ſenſim ſenſimque ſalia arctiùs ſe vniunt alys particulis relictis; donèc tandèm vel vno ſale dominante, altero oppreſſo, vel ambobus intèr ſe arctè

tantúm vnitis, aliarum conſortium relinquatur: vndè vinculum miſtionis à ſalibus oriundum tandèm reſoluitur, & miſtum in componentes ſe immediatè particulas tandèm dirimitur, id, quod *putredo* appellatur. Hęc ferè ex *Ettmullero*. cúm ergò ſiuè illa partium translocatio, vndè alteratio eſt, ſiué earundem diſſipatio, vndè miſtum vltimò reſolui dicitur, ad eſſenitam chyli non faciant meritò dubitatur an chylificatio abſoluatur per fermentationem?

Inſtit.Theſ. 20.,21.

XXVIIJ Reſpondetur quòd non

Quid? quòd tutiùs mihi viſum eſt deindè negatiuam ſequi partem, & cùm prętereà nouerim Chylificationem eſſe *cibi & potus in chylum conuerſionem*, ideſt, hanc in eſſentię vtriuſque tranſmutatione conſiſtere; quã tranſformationem certè nulla fermentatio efficere valet etiàm à maximè ſolutiuo menſtruo inducta, vt conſideranti liqueſcit. Nec vacat dicere, produxiſſe aliquandò *Tachenium*, *Boyleum* & alios chylum naturali ſimillimum ex quibuſdam alimentis moderati caloris beneſſicio per menſtrua ſubacida volatilia, quę non erant, niſi ſoluentia. Nàmque ad hoc reſpondetur, chylum non fuiſſe illum; ſed tincturam quandam colore ad chylum accedentem, qualem etiàm tincturam

HiſtChym c. 13.p.76. Experim. Phil.p. 2. p. 20.

ram ex lithargryo & aceto v. g. in facto Cosmeticorum, seú lactis Virginei parat *Zapatta*: cæterò, quod substantiam, hanc nunquám chyli loco extituram, imò ab hoc multùm variaturam, prout à Viro Experientissimo [& qui nihilominùs ob hoc ipsum nominis sui silentio me obligauit] pluriès compertum factum fuisse sciò. Et sanè chylus communi voce est *liquor plerúmque candicans* [siquidèm & variè coloratus á plurimis conspectus est, vt & abs me in Vaccis virescens verno tempore] *liquor*, inquam, *candicans, subdulcis & quasi insipidus, ex esculentis, & potulentis confectus, & proprio vitali charactere donatus*: quam nouissimam qualitatem, missis cœteris, dic, quæso, quodnam fermentum ipsi chylo conciliaturum esset? quale, inquam menstrvum huic succo talem imprimet characterem? Sed inhærendo ad hominem, respondebis fortassè, inesse Saliuæ, humori OEsophagœo, Pancreatico, Biliario &c. eiusmodi vitalitatem, quatinùs nempè hæc à vitali principio, hoc est corpore animato, dependent; à quibus iccircò chylus talem capessit characterem. Verùm enim verò dependentiam illam non sufficere ad vitam huic

In Secret.

imper-

impertiendam, & qua tamen vita insignitus est chylus, abbundè liquet ex eo, quòd dicta recrementa, saliua nimirúm, bilis &c. prętèr motum fluidi, nihil aliud ab anima in se asciscunt: cùm é contrà chylus, prætèr talem motum idæas etiàm, [si *Marco-Marci* credimus] in se contineat illas, quæ vel ad ipsam animam valent informandam; vt reuerá videre est in pusionibus, qui cum lacte exsugunt Nutricum mores: id, quod & plusquám millenis testimonijs comprobatum manet. Excipis nihilominùs idæas has præstari sufficientèr á Spiritibus animalibus. Resp. & quidèm more meo barbaré: hoc verū non est. 1. quià hi spiritus è Sanguine, atque ex chylo progignuntur. Quamobrèm vel circulus committendus est ità nempè, vt effectus producat suam causam, vel ad aliam materiam confugiendum, vndè illæ idęę hauriantur. Proptèr quod adeò instas, esse Spiritum, quem vocant *Plasticum*, qui in fœcondatione oui alios in hoc contentos determinat ad mores imbuendos. Sed resp. huiusmodi Spiritum, aut genium Plasticum, potiús fanaticum [neque enim me continere possum, quin identidèm talia vocabula irrideam] nihil, meo videri, esse aliud,

quàm

quàm materiam motam, mouentem materiã oui quiescentem, & si quid præterea est aliud assigna; at nil porrò te repositurum puto, nisi fortassè, quòd genius sit ille à parentibus suffectus instillatusue: in quo tamen multa committerentur absurda, & præcipuè dicendum esset quià Procerum animas in vnumquempiam Posterorum pariformitèr cumulari ac traduci debere: qualem scilicét errorem excogitauit hoc ęuo *Daniel Sennertus* vel ex hoc tamen facilé sufflaminabilem, quòd pusio Nutricem lactens, non Parentem, illius potiùs, quàm istius indolem sortiatur; ex eo verò, quod dictus *Plastes* sit ipsa materia oui in motu posita, non est certè, vndè inferas illum productvrũ idęas, aut species vitales in chylo existentes, sed potiùs morbifica miasmata, vt quotidiè vsvuenit. 2. quiá Spiritus animalis tám influus, quàm insitus nihil habet commune cũ chylo: ille, quòd in Os, OEsophagum, Jntestina, inque alias consimiles cauitates ruere haudquaquàm consueuerit; hic, quià, cúm materia dicatur esse quæ materiam in carnem, in ossa coagulat, falsò ad lacteas venas deriuatur. 3. demùm, quià doctrina hæc de Spiritibus animalibus, vtpotè tauthologica

 nimis,

nimis, & multùm Medicorum genio imponere comperta, circunſpectè venit vſurpanda. Sed quicquid de his ſit; chylus certè prærogatiuis pollet, quas in menſtruis, etiamsì animatis non eſt inueſtigare. Iunge igitùr, & cùm Chylificatio ſit vera tranſmutatio [vt diximus, vtque Phyſici omnes fatentur] totalem ipſius actionem in ſolutiuis fermentis haud eſſe ſiſtendam. Replicabis iccircò, non opus eſſe menſtruis, quæ ad OEſophagum emendicauimus. Reſp. hoc falsò inferri. Quippè quòd rarò ſuccedit tranſmutatio, niſi præceſſerit fermentatio. Probatur hoc in Argyropœia: in qua, ni Venus v.g. priùs ritè purificata, túm cum vrina & ſale rectificata, ac demùm cum arſenico cohobata fuerit, fruſtrà, accedente poſt menſtruo trãſmutatiuo, Luna exſpectatur. Sic itàque & in *Chylificationis*, niſi alimenta, idoneorum menſtruorum, veluti præparantium, phaſes antè pertulerint.

SEC.

SECTJO TERTIA
DE VERMIBVS.

AST ſciſcitanti demùm quid inſupèr conducturũ eſſet ad Chyloſeos perfectionem, ſubyt meminiſſe illius Textus *Ettmulleriani*, qui ità ſonat: *Dicamus ergo ineſſe fermentum, quod cibum maſticatum, & ſaliuali menſtruo probè ſubactum potùque plus minus dilutum incidit, penetrat, diſſoluit, & talem in aſſumptis alimentis motum inteſtinum ſeú genuinam fermentationem excitat, mediante qua & volatiliſantur eadem, & ſimul fermenti iſtius* ſpecifico appropriato, *tali ſubiecto vitali textura & qualitate, ſeù, vt vocant* ſpecifico vitali *charactere inſigniuntur, qua mediante huic, & non alys ſubiectis chilus conueniens emergit, & qua defficiente, nec aſſimilatio cum ſanguine, nec commoda nutritio fieri poteſt ſed morborum vbique ſparguntur ſemina*. Ex quibus proindé verbis obuiam fuit argumentari, quatinús prætèr *fermentum ſolutivum*, de quo

J: Quid preterea requiratur ad *Chylificationẽ*?

Inſtit. ſſ. 1. c. 7.

in pręcedenti *Sectione*, requiritur prętereà aliud distinctum, nempè *vitale principium*, cuius ratione alimenta per supradictum menstrvum soluta hinc inspirentur, tanquám, insuflentur, hoc est viuificentur, aut tali modo moueantur, vt idonea euadant animato corpori nutriendo ac sustentando; indè verò, vt arrepto symbolo, idest sale quodam, quasi seminio chyloso, ad extremum in consimilem, nempè chylosam materiam transformentur: planè, sicut in Chrysopoeia [arrident iterùm circà hoc exempla Spargyricorum] videmus Mercurium, aut aliud quoduis metallum iám debito modo pręparatum, idest alkoolizatum, purificatum, cohobatū &c. paruo Solis in propriam medullam constricti (quale secretum constringendi aurum fuit impostoris cuiusdam *Mamugná* apud *Cæs. Campanam*) auctario, aut alterius, quicunque Puluis *Proiectionis* appellatur [qui tamen neque est aliud, quám, idem aurum restrictum, idest essentificatum] in verum aurum tandèm degenerare: vel quemadmodúm minima cuiusuis Spiritus mensura in infinitum vsque multiplicari potest, docente hoc D. *de Moncōnys*. Quippè nimirū fermentū quodlibet transmutativum *Rulando*,

Hist. del Mondo Año 1590

Itiner. tom. 4.

lando, est materia firma, tanquàm fixa, quæ suæ naturæ materiam ad suam firmatam conditionem præparat, quæ etiám antè præparationem non magis, quàm illa habebat, vt fermentum panis [*explicat idipsum sic vlterius* Bruno] est farina firmata in pastam, quæ farinam similem raram & discontinuam in aliam pastam, fermentatam adducit *Hinc igitur* (concludit sic pro nobis etiàm idem *Rulandus*) *fermentum Chymicum transmutatiuum fermentandum, cui adiunctum est sibi assimilat*: siuè in, nostro casu vitale principium suprà memoratum alimentorum solutionem, hoceſt tincturam in chylum, cum quo analogiam dicit, transformare debet.

Thesaur. Curation. Empur Cent. 1. 26.

in Lex. Castell. *Verb.* Ferment.

Bellè, inquis, dixisti pulchrè; sed annè tale principium inuenire est in Viuentibus quę chylo nutriuntur? Hanc instantiam cùm aduertissem aliquandò, de responsione, fateor, minus sollicitus esse cœpi. Non fugerat nàmque existere ferè in Viuentibus quibuscunque animalcula minutiora: quæ cum vitâ donata sint, hæc porrò vitalitatis primordia vtique vocari posſunt. Dubium tantúm in eo obuersabatur, vtrùm animalcula hæc congruum vitę pabulũ suppeditare queant? siquidèm patuerat, ex ipsorum contubernio,

IJ. ℞. Vermes, aut istorum oua.

destrui potiùs animalem OEconomiam, quã vt consimlium hospitum beneficio regeretur: Verúm re meliùs penès me considerata: siuè, vt aduerti posteà complura animalia alys in optimum nutrimentum cedere, vt Mures Felibus, Lacertæ, Buffones anguibus &c. imò ipsa vnius speciei alys eiusdem classis, vt innocuę alites Rapacibus, pisciculi Aquatilibus voracioribus, muscę Scaraboeis Vespis &c.; cum itèm ex alia parte in comperto habuissem nocumenta quæ corporibus imputantur ex illorum hospitalitate, pendêre maximam partem ex eorundem hospitum aliqua crisi, vt posteà fiet palam, in eam denique sententiam descendi, vt censuerim dicta animalcula potiùs Vitæ eorum, in quibus degunt, inseruire, quám vt ysdem aliquod detrimentum facessant: siuè chylum nupèr insinuato modo parare. Excipis adhúc, Mures Pisces, Volucres, & cœtera prędicta animalia comesta, vuiuaque deglutita in chylum abire posse: minimé verò quæ voranti intùs adnascuntur, vt Vermes, lumbrici, termites, & similia insecta. Quid? quòd vtut abeant licèt, alimenta tamen sic, vti præsumitur, transmutare nequeunt. Resp. imò esse istahæc, nempè Vermes, lum-
bricos

bricos, nec non ipſorum ſemina, quę Chylificationem perficiunt, vt in ſequentibus inclareſcet.

IIJ. Probatur ex ipſorexiſtentià in vnoquoque viuente

Primò námque eiuſmodi inſecta, in omnibus penè viuentibus obſeruantur; & primò in omnibus herbis, teſte *Kirkhero*, videntur minutiſſimi Vermiculi, qui iuxtà herbæ, plantęue conditionem generantur, qui mox in papilionem, mox in alterius inſecti volatilis ſpeciem degenerant: Secundò in omnibus Animalibus ſe ſe produnt dicti Vermes, in Ventriculo, OEſophago, Inteſtinis, cœteriſue partibus, quemadmodùm commentatus eſt *Redus* ſpeciali libro, cui titulus *de Viuentibus, quæ in Viuentibus obſeruantur*, ferè per totum: denique in ipſis Vermibus, ſeù in ipſis Inſectis, prout vel in ys quæ braſſicas paſcunt, non itá dudùm aduertit *Ceſtonus*, adeò planè, vt à nonnullis pro ſeminio vniuerſali habita ſint talia animalcula: aly etiam ex yis quintum clementum ſtabilire voluerint. Quo poſito arguo ſic: Improuida & pluſquam inconſulta dicenda eſſet Natura, ſi, cum omnia ordinet in vitæ vitalis gratiam, tot nihilominús hostes præeſſe eidem atque imminere voluiſſet, vt ab ipſorum morſibus vix elabamur: quarè

Scrutin. Peſt. l. à Exp. 3.

Tom. 2.

Epiſ. Ital ad D. Val liſnier.

cùm

cùm illud falſum ſit, hoc eſt, ex trito illo Phyſicorum veriuerbio, *Natura ſuorum operum ſemper intendat perfectionem*, venit concludendum non obſtare ad Vitam prędicta Inſecta: imò vel ex hoc, quòd cęteris animantibus numeroſiora ſunt, eò maiorem illorũ neceſſitatem ſpectandam eſſe. Nulla verò potior viuendi ratio, niſi vt nutriamur. Ecquid igitùr vel in intimis Viuentium viſceribus Natura tales Opifices, ſeù chyli fabricatores non condidiſſet?

IV. In ſucco utnritiuo Plantarum.

Atque vt hoc magis eluceſcat, conſidera ſingulas viuentium claſſes modò indicatas Intuêre imprimis Quercum, Vlmum aliaſque huiuſmodi Plantas; videbis verno tempore, pręcipuè in Vlmo ſuprá & circà eiuſdem folia innumeras burſulas inæqualitèr rotundas, primò virides, deindè rubentes procedere vbique ex productione fibrarum lignearum, quę nutritium ſuccum deferunt tùm ad eadem ſolia túm & ad ramos continerêque in ſe atque incubare magnam granulorum nigricantium copiam, & quæ tandém in paruas muſcas faceſſunt. Hæc ergò granula ſi ab extrà illùc hyberna tempeſtate, aut qvùm arbores vigêre incipiunt, deferri exiſtimas, ſtultitia. Nam quæ foecunditas

ditas hyemis? quę causa est, quamobrèm id genus ouorum illi soli plantę adglutinetur? Prætereà nonné secùs tenella foret eiusmodi capsularum substantia? cùr autèm leui conatu dirimi nequàquam potest? cur, inquam suo quæque pedunculo donantur foliorum instar, aut demúm cúr tales cystides nullibi sunt perforaminatæ? Et si verò ab íntrà emergit illud semen, quid ni aliquem in humore Vlmi nutritiuo causabit alterationẽ? Hanc ego propterreà, alterationem arbitror consistere, in eo, quòd, cum prædicto tempore turgescant ovula præfata, tendantque ad exclusionem, in tali porrò fermentatione, quasi agitatione, aut bullicatione, humor cui innatant, húc, atque illúc percitus, ac rarefactus conuenientem vegetabili mixto temperiem nanciscatur, sicque vel vltrà ramorum ipsius arboris extensionem progredi idoneus euadat. Ettenim neque hìc simulare possum vidisse me sæpissimè in ys vesiculis, & circùm pręlibata interdùm etiàm exclusa oua colliquamentum quoddam (illum nempè humorem, quem pro insigni Cosmetico habet *Bauhinus*) mobile instar argenti viui, albicans itidèm, & glareosum, quod fortè digitis friatum glutinis mores

Pinac. l. 11. sect. 5.

referebat, adeò planè, vt non alibi meliùs liquor Vlmi nutritivus ſub conſpectum cadat. Junge ad extremum (at per parentheſin tantùm, ſiuè animi gratia, vt dicitur) quòd iám ab aliquot annis [ex quo ſcilicét minutias huiuſcemodi obſeruare pergo] quotiès accidit inſolentiorem, quàm, vt aliàs decuiſset, tàm dictarum capſularum quàm alterius cuiuſcunque in arboribus excreſcentię verminantis, farraginem adſpexiſſe, ex hac poſteá annonę fertilitatem auguratus, voto nuſquàm fraudatus ſim: id videlicèt, quòd, in pleniorem Succi ritè digeſti è terrâ prouentum refundendum erat. Prętereá ex Vermibus, ſiuè ex iſtorum ovis parari, aut digeri, hoc eſt attenuari & certo modo motari talem Succum indicio eſt hęc altera Obſeruatio: Hoc anno, DEO ſit laus, ſatis feraci [in compenſationem ſaltim duorum pręcedentium, qui ob cœli inclementiam hyeme anticipata ferè nihil attulerunt] 1711. lęgebam fortè in agris maximam florum turgeſcentiam; ex quo ſubindè ad vicinam ſepem digreſſus, dùm ibi paritèr intueor complura arbuſta innumeris floribus, vt ſic dicam, redimita, incido fortaſſis in Roſam ſilueſtrem, *Cynosbaton*. Huius igitùr

tùr rursùs insignem florum luxuriem admiratus, dúm postèa spongiarum, quæ eidem arbori succrescere solent, rudimenta auidè inquiro, en! uideo intèr hos flores tetragonas aliquot excrescentias, rursùmque alias etiàm pentagonas angulis obtusis atque inter se inæqualibus propendêre hinc indè è totidem ramusculis rosarum genuinarum instar, vt quarum etiàm formam imitabantur, quicquid in reliqvum ab eisdem toto, vt aiunt, cœlo differrênt. Proptèr quod porrò partvum huiuscemodi monstrosorum caussam in apricum dicturus excerpsi earum aliquot, hisque mòx cultro dissectis, comperi statim ligneam excrescentiarum prædictarum substantiam valdè crassam (ità nempè, vt neque ferro facilè aperiretur) fermè in meditullio suo scrobiculos continere nucleis cerasorum abscondendis facilè pares tresque aut quatuor numero in vnaqualibet excrescentia, prout etiam in singulis eiusmodi scrobiculis tres, aut quatuor vermiculi continebantur teretes, albi, diaphani, nigraque promuscide ad os vt & annulis per totum corpus instructi. His itáque exploratis cessauit ratio vlteriùs dubitandi, vtrùm hi vermiculi, aut ipsorum semen ab

extrà prorepsissent in præfatas tuberosita-
tes, nec nè. Neque enim istarum durities,
& spissitudo id ferre poterat; & si adeó ab
intrà superuenerunt, quorsúm hæc, nisi ad
ipsius arboris incrementum? Testimonium
huius rei amplissimum perhibebant noduli
illi lignei, siuè tubercula in finem ramulo-
rum eiusdem plantæ coaceruata. Vndè nam-
que ista? nisi ex eo, quòd illùc prolixé
succi alibilis flumen affluxerat: fluxit
verò, quiá á turgescente verminoso semine
inflatum fuerat, ac deriuatum. Postremò
fidem faciunt inter alias herbas, etiàm bras-
sicæ omnes. Harum ego incrementum cùm
aliquandò considerarem [at magis tamèn
pediculorum, qui sub ipsarum folys vi-
gent, prodigiosam quantitatem] sciscita-
tus fortè istius causam, à proximè obuersan-
te olitore responsum tuli, fieri non pos-
se, quin ab interiori brassicarum substantia
procederent dicta animalia, cùm nimirùm
vnius generis essent, sub caulium folijs viue-
rent, cùmque omni industria non obstan-
te ęgrè ab ys prohiberentur; quin imò & se
vidente ad miraculum vsque interdùm sint
multiplicata. Quo audito, patuit statim mi-
hi quamobrém tám lætè germinarent illæ
plan-

plantæ, didicique ex his quod hanc Physicen & ipsi callent Hortulani.

V. Jn OEsophago Auicularum.

Sed à Vegetabilibus ad Animalia transeundo, horum nutrimentum actuari, vt ità dicam, ac præparari à Vermibus, quorum determinata quædam species in singulis illorum speciebus existunt, mihi tám perspectùm est, quám quod perspectissimum. Et primò de Volatilibus, ne fortè quis hoc meum duntaxàt putet esse inuentum, aut dicterium, vtque res aliena paritèr authoritate roboretur, transferam húc fidelitér [ne idiomate quidem mutato] singulare vnum ex Præstantissimo *Redo* exemplum, quo videlicet non tàm humorem digestivum ab OEsophago percolare, quàm & Vermes in eôdem educari vtcúnque ad *Chylosin* absoluendam facilè demonstrabitur. *Gl'vccelli* ,, *aquatici* [inquit Vir ille celeberrimus] *non* ,, *anno nel'loro Esophago quel gozzo, che vi anno* ,, *i Galli, tutto il genere gallinaceo, le Pernici*, ,, *le Starne, ed altri simili, è nel genere de Rapa-* ,, *ci lo Sparauiere, il Falcon pellegrino, è l' Al-* ,, *banella. Ma se gli vccelli aquatici son priui* ,, *del gozzo, non son già priui di quelle tante e* ,, *tante glandulette, delle quali internamente è* ,, *corredato l' Esophago di tutti gli altri vccelli* ,,

la doue esso Esofago si auicina ad vnirsi al-„
lo stomaco, è spremute esse glandule versano„
vn fluido molto necessario al lauoro della ma-„
cerazione, è digestione del cibo inghiotito. Que-„
ste glandule in alcune razze di vccelli son„
più folte, in altre razze son più rade, in al-„
cune son minutissime, e quasi non rileuate dal„
piano, e in altre razze son piú grosse, e con le„
loro bochette, e canaletti si vegono molto dalla„
superficie del Esofago rileuate. Trágli Esofagi„
piú douiziosi di tali glandule douiziosissimo„
s'è l' Esofago di quell' vccello aquatico,„
che dà Cacciatori di Toscana, per essere egli„
bianchissimo con qualche fregio di penne nere,„
e col chiuffo in testa parte bianco, e parte nero,„
vien chiamato col nome di Monachetto, di„
cui si può veder la figura pulitamente deli-„
neata appresso Francesco Uvilughbeio &c.„
Dissi che l' Esofago ne è douiziosissimo: impe-„
rochè avvicinandosi allo stomaco ingrossa gran-„
demente le sue parieti per la lunghezza di„
tre buone dita trauerse, è tale ingrossamento„
vien cagionato dalle sopramentionate inume-„
rabili foltissime glandulette. Nelle parieti ester-„
ne glandulose dell' Esofago di questi vccelli„
appellati Monachetti ho veduto alcune volte„
rileuarsi nello spazio, che è di mezzo trà l'mus-„
colo

Osseruazioni intorno agl' animali viuenti &c. pag. 135.

colo, e la membrana glandulosa certi tuberco-„ letti biancheggianti, che da me gentilmente „ separati, e tratti fuora, sono stati trouati auer „ la figura simile ad vn fiaschetto col collo, la „ di cui bocca fosse diuisa in due ritonde apertu-„ re, per vna delle quali parea che vn vermic-„ ciuolo cauasse fuora souentemente la sua sotti-„ lissima testa. E veramente sdrusciti per lo lun-„ go quei tubercoletti, vi ho trouato sempre in „ ciascuno d'essi vn verme sottilissimo nel capo, „ e nella coda, ma molto tronfio, e grosso nel „ ventre; e sta colá dentro radoppiato in modo „ che per vna apertura della bocca del fiaschet-„ to puo cauar fuora la testa, e per l'altra apertu-„ ra può cauar fuora la coda &c. Ex quibus verbis patet ideò tales lumbricos incolere dictas glandulas, quòd humor ciborum solutivus indiget prætereà aliquo alio principio, pro yſdem in chylum conuertendis: atque hoc quidèm principium, cùm *vitale* esse debeat, in ipsis porrò Vermibus, aut in ipsorum ouulis quærendum esse.

VJ. In OEsophago Canino.

Liquet nihilominùs istud adhuc magis in Quadrupedibus, præsertim Iumentis, atque intèr hæc demùm maximè in Cane. Videre est namque in hoc animali, idèst in ipsius glandulis, quę OEsophago insunt, & fermen-

mentùm digestivum ministrant [prout nimirùm latiùs ostendetur *infrà*] innatare huic humori quosdam Vermes teretes, oblongos, rufos, capite crassiusculo, & qui tandém alibi solitarij, nonnullibi complicati, aut ex parte tantùm implexi conspiciuntur. Cætera narrabuntur *posteà*. Quod impræsentiarum ; Lumbricos itèm ad OEsophagum, atque ad istius glandulas in Lupo Leone, Taxo, Hystrice aduertit idem Naturę Perscrutator indeffessus *Franciscus Redus*. Cum verò eiusmodi glandulis intersit succum illum elargiri, qui exigitur ad ciborum solutionem [perindè scilicèt, ac de modò memoratis in Volucribus fassus est Vir nunquàm satis laudatus] quid est, amabò, cúr Vermes paritèr non concurrant ad illorum fermentationem? Argumentum certè huiusmodi concursus, imò & quòd inseruiant Chylificationi, idest ciborum iàm à digestiuo menstruo fusorum in chylum conuersioni, non contemnendum porrigit idem *Redus* animaduersione in Hinnulum pręepinguem, in Damam lactantem &c. vt qui nempè intùs Vermibus etiàm innumeris referebantur, aliòqui sani ac viscerum optimé conformatorum. Quæ cum ità sint, qui

Art.22.

Ibid.

porrò

porrò neget tales beſtiolas non aliquid conferre ad Chyloſin pręfatam? Sed vtcùnque ſe res habeat, inquis, Vermes tamen non vbìque ad OEſophagum proſtant. Reſp. nihil intereſſe hìc ne, an illíc habitent eę beluę; dummodò indè illam exerere valeant actionem, quę alimenta liquefacta in ſuccum vertit nutritivum, mobilem, & in vitalem. Quæ res eſt iccircò, vt in OEſophago, Ventriculo, aut in Inteſtinis vtplurimùm conſpiciantur, fortę quòd exhinc tale quid audeant luculentiús, quám ex alia quacunque parte. Sic Uermes in Aſino ad Ventriculum conſiſtere refert *Malpighius*; in Tigride ad Inteſtina *Redus* &c. vt qui in his recenſendis nimius eſſem. Sufficiat, igitúr obſeruaſse, non aliam exiſtere Vermibus, in brutis omnibus hoſpitandi cauſam, niſi vt alimenta inſtruan ad congruam ipſorum nutritionem.

VIJ. In OEſophago humano.

His animaduerſis, fortis me coniectura deprehendit, eſse lumbricos, qui & in homine chylum perficiunt. Neque enim pręterierat qualis & ipſe ſim, *putredo & vermis*: memor etiàm talia inſecta vbìque in humano corpore ſpectata fuiſse; ſic eadem in febricitantium ſanguine obſeruarunt *Kircherus*, *Petrus á Caſtro* & aly quamplurimi.

Certo refertur, inquit *Borellus*, *in ſanguine febricitantum vermes reperiri*, *& non ſemel legi hiſtorias de vermibus per vulnera venarum elapſis*. Jn venis paritèr hos luſtrauit *Riolanus*, & cum eo *Zacutus*: itèm *Preuotius*, *Spigelius*, & aly plures: Prætereá in hominis Veſſica fellea eoſdem inuenit *Vvierus*; in Hepate *Bartholiuus*, *Kerkringius* &c. Denique in Vrina à non paucis deprehenſi fuere lumbrici ac vermes, vti nempè à *Chriſtoph. Tinctorio*, referente nupèr citato *Bartholino*, á *Ronſſeo*, *Rhodio* &c. Nec ſatis: noueram adhúc ipſos non procùl ab OEſophago ſuas colonias habere: quandoquidem in phaſibus verminoſis ſempèr aut viuos eoſdem conſpexeram per Os exire, vel vomitus inducere, aut ſtrangulationes.

VIIJ. Glandula *Thijrordæa* merum eſt Ouarium verminoſum.

Quibus indicijs permotus curaui noſse vbi-nàm ad OEſophagum ſtabularentur talia inſecta; & quidèm an (quemadmodùm in Canibus) in glandulis humorem alimentorum ſolutivum ſequeſtrantibus forté cubarent? Verùm ademit dubitationem hanc ſtatim, quòd adſpexeram eiuſmodi animalculorum veſtigia ibi nunquám extitiſse: inuenta verò fuiſse, & quidèm crebrò, abs me in glandula *Thyroidæa*, prout videli-

videlicét in ſequentibus enarrabo.

IX. Probatur Experiẽtiâ.

Anno elapſo 1710. quo tempore *Foſſanum*, vt & alia complura *Pedemontana* loca febre Petechiali Epidemica tantùm non deleta ſunt, *Cellis* (paruo cuidam *Aſtenſium* pago) qvùm idem contagium interueniſſet, videre fuit ibidèm *primò* die 18. Ianuarij ferè quartam partem Incolarum ceú fulmine tactam; *deindè* ſingulis inſequentibus Nouilunijs, Februarij nimirùm, Martij & Aprilis (abhinc nàmque Peſtis illa ſenſim remittere inchoauit donèc ad extremũ Æſtiuo tempore omninò extincta eſt) tria reliqua quartaria [adeò vt intrà dictos menſes ſaluis pueris, ijſdemque magis tenellis, aut qui à Variolis, & Morbillis, qui, nempè affectus, longè latèque pridèm debachati tali tempore etiamnúm ſæuiſſimè graſſabantur, eluctati cenſum immaniſſimo tyranno perſoluerant, vix tres omninò è mille, quantus ſcilicét tùm eſse poterat in eo Oppido numerus perſonarum, ſoſpites atque ab eiuſmodi contagio immunes euaſerint] decumbere nimirùm ſimúl tot homines vno eôdemque morbo, vno atque eodem die, imò & eadem hora. Morbus autèm ille erat ferè huiuſmodi. *Tuſſicula* quædam *ſicca* Oppidanos primitùs, ac de re-

 pentè

pentè corripiebat aliquali vtplurimùm *Cephalagiæ* coniuncta : deindé Febris, quæ tunc aberat, vel á paucis horis inuadebat *lenta, absque horrore* cum *pulsu paruo, irregulari, profundo*, atque in aliquibus *vix perceptibili*. Accedebant posteá ad hęc *Lassitudines*, ac *subitaneę Virium prostrationes*, *Cordis angustię*, *anxietates* aut *pressuræ*, nonnunquàm etiàm *Animi deliquia*, *Syncopæ*, aut *Lipothymię*, plerùnque verò, imò infallibilitèr *Cardialgiæ*, eędemque crebræ & contumaces cum *irrito vomendi conatu*; ac postremò apparebant vbique in vniuersa cute *maculæ*, siuè *petechiæ paruæ* ac nigræ; quæ tandèm vel à *Delirijs* excipiebantur, vel abs *Motibus conuulsiuis*, *Lethargo*, aut demùm ab *affectu* aliquo *Comatoso*. Nouissima verò hæc sympomata initio quidém, hoc est hyemali tempore, ad summũ quarta die obueniebant, mòx septima, atque vltimò etiàm vndecima, eâdemque, aut postera die lugubrem scenam claudebant cum hac tamen differentia, vt quò citiùs aduentaret Æstas, quemadmodùm Epidemica constitutio minorabatur, sic Ægroti minùs itèm periclitarentur, & qui præsertim per contagium non fuisent infecti. Cæterà prętèr nonnullos, & quod in totum dixerim duode-

duodeviginti Jnfirmos partim Senes, partim ad extremam pauperiem, eò videlicèt anno vel post hominum memoriam calamitosissimo, redactos, nemo Diuina largiente clementia desideratus est, imprimis quisquis mihi tùm è proximo, sed longè nobiliore vico vbi conductus eram, certa per interualla ad illorũ visitationem accedenti, stabilito ob id annuo stipendio[si summam spectes miserando,nisi ex alia parte suppleuissẽt preces, quibus me & per DEI amorem publicè ad sui curam inuocare non dubitarunt] morem (absit arrogantia dicto) gessisset, atque ipsâmet, ad summum altera inuasionis die pharmacum abs me excogitatum, eâque ocasione magnarum virium expertum [de quo porrò *alibi*] assumpsisset : quo factum vt quotiès illúc adirem, vix ab equo delapsus vbique in platæis ac vicis magna confluentium iàm laborare se sentientiũ hominum caterua stiparer,aut obsiderer, quòd nimirùm truculentissimum morbum vel vnico prȩsidio tempestiuitèr tamẽ adhibito omninò profligatum pluriès aduertissent: è contrà verò, hoc non, vti decebat, propinato Verùm satis extrà oleas. Quod rem: Cùm itàque satagerem callêre ferocissimi affectus

Pathologiam: nec tamen in dicto pago proptèr ægrorum ad me nullo non tempore accurrentium importunitatem, additis dierum breuitate, iſtorumque impendio hinc in viſitandis ęgris faciendo, indè verò túm in acceſſu, tum & in reditu ab illo territorio [ad hoc ettenim infirmi, quos alibi quotidiè bis inuiſere tenebar, me obligabant] vijs exiſtentibus quaſi inuijs, ac tempeſtate iniqua, *Anatomiæ* iccircò [cuius fax à *Medico* in eruendis morborum cauſis præmitti debet] ibidèm ſtudere poſſem, fato euênit, vt laborante vniuerſo, vt ità loquar, *Cellenſium* mundo, Cognati iſtorum, qui ex finitimis, præſertim *Antiniano* (quò ſubindè ad Ægrotantium curam aſſiduò vocatus ſum) nec non ex *S. Damiano* (quò videlicet conductus fueram) alijſque Oppidis eòdem ad aſſiſtendum Conſanguineis ſuis accedere debuerunt, diro illo contagio infecti cum his xenijs ad Patriam ſuam reuerti coacti ſint; quibus tandém, vt fas erat, extinctis, ea demum occaſio vltrò, domique mihi oblata eſt, quam ſecùs captare non potuiſſem. Hinc igitúr clã proptér Indigenarum in *Medicos Anatomicos* abſurdam præuentionem diſsectis quà hic, quàue illic, in alterutro nempè Oppidorum

vltimò

vltimò nominatorum, plus decem Denatorum bustis, quoniám porrò ex ſymtomatibus pręnarratis, ęgrorum itèm deiectionibus alyſque ſignis, quæ ſuo loco explanabuntur, conſtiterat mihi iamdudúm Peſtem, quam deſcripſimus, eſſe à Vermibus (*vti nimirúm etiam Vermes*, inquit *Tilingius*, *pro uera febrium cauſa & præſertim malignarum ac conſequenter etiàm Petechialium plurimi agnoſcunt*. Gregorius *enim* Horſtius [ſubdit paulo poſt] ſect. 18. Epiſt. Medic. pag. 498. *Vermis in quartana, & alterius ſtriati in febri tertiana notha meminit. Sic lumbricus latus in febri putrida euacuatus fuit*, *vt* Jdem dict. lib. pag. 500. *notauit Anno* 1597. *priuſquàm lues peſtilentialis* Serueſtam *infeſtare inciperet, febres graſſabantur malignæ, epidemicæ. In Adultis quidèm plerumque cum petechijs. In Iunioribus autèm cum Vermibus, qui & ipſo poſtmodum peſtis tempore á multis pueris per os & Inteſtina reijciebantur*. Salmuthus Cent. 3. obs. 54. *Vermes è capitibus febri Vngarica mortuis proruperunt*. Conradinus cap. 11. de Febrib. malign. Volck. Coiter in appendic obſeru. Chirurgic. & Anatõ. *in Matronæ cuiuſdam peſtilenti hæmitritæo extinctæ capite aperto vermiculi cum cimicum copia reperti ſunt*. Cornel. Gemma in appendic. oper

de Febribus petechial. c.6.

Coſmocrit

Coſmocrit. *Iuuenis quidam in febre acuta duos treſue Vermes ad formam granorum pini reiecit.* Valeſc. de Taranta lib 4. cap. 30. *In febri quadam maligna vermes excretos vidit* Foreſtus lib. 6. Obſer. Medic. 4. & 5. Zacutus Luſitanus lib. 2. prax admir. obſer. 42. & lib. 4. Medic. Princip. Hiſtor. 46 queſt. 42 *in peſte ſæuiſſima, quæ totam* Luſitaniam, *& in ea* Vliſſiponem *depopulata principio morbi omnibus vermium rotundorum nigrorum copiam per nares emanaſſe obſeruauit: Variolas verminoſas in puella quadam vidit Excell.* Ehrenfried. Hagendornius &c) eò propterea direxi aciem Mentis meæ, vt illorum, nempè Vermium cubilia mihi forent aliquandò perſpecta. Aperui itáque OEſophagum, Ventriculum, Inteſtina: nec Vermes indé porrò aberant; ſedità tamen proſtabant, vt in aliquibus, quos paucis ab obitu horis exentraui [citiùs nàmque, quám vt aliás licuiſſet, humari poſcebant cadauera peſtiferorum.] compererim Vermes OEſophagi, aut Ventriculi incolas vitæ indicia adhùc exhibêre, cùm interim aly Jnteſtinorum flacceſcerent, marceſcerent mortui. Hoc adeò indicio fretus, & cúm inſupèr recordarer, quemadmodúm aliàs in affectibus itèm verminoſis ad-

uer-

uerteram quotquot ab ore erumpebant, esse vitales, aut saltèm magis viuaces ys, qui ab aluo descenderent, in eam incidi opinionem, vt censuerim Vermium genesin secùs quàm in inferioribus, in superioribus potiùs trunci corporei partibus quærendam esse. At quod Ventriculum: intuitus sum porrò eundem in nonnullis, eiusmodi insectis vacvum, & quorum nihilominús corpora eâdem, vt suprà pestilentiali labe, dùm viuerent, erant infecta; quod pròindè in causa fuit, cùr coniectatus sim ad extermum, esse OEsophagũ, qui velut Emporium sit talium belluarum, quemadmodùm ibi etiàm ostendimus. Et sanè quis non nouit plura in verminosis ægritudinibus accidere phœnomena, quæ haudquaquám apparerent, si ydem Vermes in Ventriculo, aut in Jntestinis progignerentur, qualia nimirúm sunt *Pleuritis spuria*, *Tussis*, *Saliuatio*, *Narium pruritus*, atque alia, quæ identidèm recensitum ibimus & coniunctim tandèm explicabimus inferiùs? Ob hanc rem igitùr totus in eiusdem OEsophagi partìbus enucleandis esse volui. Nec frustrà; siquidèm à Pharinge orsus, atque ab ys locis in quibus *Strangulatiõem* aliquandò à Vermibus induci adnotaueram, apertâque *Thyroidæa* glandu-

la, quæ in præfatis cadaueribus plus solito turgidam e iccircò ad ipsius sectiõem antè alia inuitauerat (& cùm prætereà dicti Ægroti omnes indice externè ad *Pomum Adami*, vt vocabant, admoto ibidém dolere se se plerunque significarent) inueni continuó illic vermiculum quendam albissimum, diaphanum, parvum atque ità tenellum, vt vix è glandula eductus confestim euanesceret, sæpè etiám papyro impositus indidém lique sceret relicta duntaxát nota ceú loturæ carnium, aut guttæ lochiorum, quæ muliebre indusium intinxerit: atque hęc profectò ratio fuit, quòd mutuò licét accepta ob id vna atque altera vitreâ lente à Famigeratissimo Viro, Litteratorum Fautore eximio, ac de Republica Medica optimè merito D. *Ioanne Baptista Vulpina Astense* [cuius adeò nomini, vtpotè immortali cùm ficulneis his corollis pro dignitate satis litare nequeam, dicam cùm quodam Poeta:

,, *Non canto Lui, peròche Lui non posso*
,, *Degnamente onorar, se non tacendo;*
,, *E riuerendo: ma non fian giammai*
,, *Gl' altari soi senza i miei fiori, è senza*
,, *Soaue fumo d' odorati incensi;*
,, *Ed allor questa semplice è deuota*

Rel-

„ *Relligion mi ſi torrà dal' core,*
„ *Che d' aria paſceranſi in aria i Cerui,*
„ *E che mutando i fiumi è letto, è corſo*
„ *Il Perſo bea la Sonna, il Gallo il Tigre.*]

organicam tamen illorum ſtructuram nullatenùs obſeruare valuerim: aduerterim autèm probè, quatinùs compendia erant ipſa eorum lumbricorum, qui *Rotundi* appellantur, & à quibus etiàm non, niſi in magnitudine differrebant adeò, quòd illic natos autumare poſſem tales vermiculos, & ſi eiſdem indè abeundi poteſtas facta fuiſſet, vltrò in ingentem molem, cuiuſmodi nempé ſunt *Rotundi*, excreturos. Et certé vndè-nam ys textura illa effatu facilis, ſeú, quæ nullo negotio ſufflaminabatur, color itèm vanidus, ac pelluciditas, niſi ex eo, quòd corpora erant illa viuere incipientia, ac recens ex ovulis ſuis excluſa? Denique volutabantur ydem Lumbrici in quadam ſanie veluti cœnoſa & ſanguinolenta, quæ, expreſsâ glandula gemebat in OEſophagum, per concauas quaſdam fibras iám alibi adnotatas; fuitque hoc ipſum pus, quod mihi demonſtrauerat *Thyroidææ* glandulę excretoria vaſa. His porrò ſic conſideratis ſuperfuit concludendum iſtiuſmodi glandulã eſſe ipſum purũ putum

ouarium verminoſum, prout nimirùm ſequentia perpendenti adhúc vlteriùs res inclareſcet.

X. Et Ratione autoptica.

Primò nàmque ſi vera eſſet glandula, à quâ nempè aliquis determinatus humor filtraretur, vt reliquę tàm *Veſſiculoſæ*, quám *Vaſculo-veſsiculoſæ* &c. eôdem intimè maderet: cùm verò tantùm abſit, quin ſuccus qualiſcunque ſtagnet in illius cauitatem, vt hęc potiùs ſitiat, ac perpetuò quaſi areſcat, ſequitur iccircò ipſam nequaquàm fungi munere glandularum. Et de facto quomodò fungatur, ſi è *Bronchialibus* ramuſculis tàm parùm ſanguinis imbibit, vt hic nedùm ad recrementi cuiuſdam procreationem, vix ſufficiat ad ipſius glandulæ nutritionem? Cũ verò iſthęc magnitudine innumeras ſuperet, quæ glandulæ nihilominús pluribus ac maioribus arteriolis irrigantur, dicendum venit, vel quòd Natura prouiſis cœteris ſoli *Thyroidœe* deeſſe voluerit, vel quòd hæc non ſit vera glandula, vt patet. Ac *rurſus*, ſi vera eſſet glandula quidni proprio inſigniretur excretorio vaſe? Licèt autèm ſpiraculis quibuſdam pateat, ſeú fibris fiſtuloſis, de quibus ſuprà; fibrę tamen iſtæ in emunctoriorum cenſu minimè ſunt collocandę, vt-

quæ

qúæ nimirùm impares existunt humori cuilibet exantlando, nouerimque ipse sępiùs in recensitis casibus, quemadmodùm expressa vtcùnque, licèt fortitèr, illa glandula, pus in ea contentum ęgrè nihilominús, ac nonnisi per binos, tresue porulos seorsim, idest in OEsophagum cogi potuerit. Proptèr quod, & quià cœteris *Thyroidœum* illud, nempè corpus, destituitur qualitatibus, quæ exiguntur ad verę glandulæ rationem; næ ego ipsum istiusmodi titulo iure fraudabo? Substituam igitùr huic novum istud, scilicèt *Ouary* nomen vel ex hoc protinùs, quòd tale corpus fistulis illis pervium spectatur. Hinc enim clarè satis euincitur inesse ibidém virtutem quandam, quę in OEsophagum per eiusmodi tubos irradiat: hęc autèm virtus cùm in Vermibus fundata sit, qui in alimenta tàm soluta, quàm proximè soluenda chyli symbolum & vitalitatem conferunt, vt denunciauimus, ab istorum ovulis propterea esse debet, ac rursúm quià ydem Vermes visi sunt illic pullulasse. *Tertiò* quià interior *Thyroidœæ* glandulæ præfatę facies aspera, squallida, informis, cauernosa cryptas, antra, specus aliaque huiusmodi latibula, in quibus colubri, angues,

 viperæ

viperæ oua ſua condere conſcueuerunt, proximè repreſentat : & *quartò* denique quiá eadem interior ſubſtantia qvùm diſcinderetur fragorem edebat, qualem lendes, aut bombycina ſemina vngue diſcuſſa aut lacerata.

XJ. Oua Verminoſa homini Sunt; connaturalia.

Haud itàque omninò temerè dictum eſt abs me, glandulam *Thyroidœam* Seminarium eſſe, aut germanum Vermium *Ouarium*, lũbricoſque in eâ repertos ibidèm prorsùs, & non alibi ſatos fuiſſe. Sed quæ poſteá ſic me ſentire fecit, conſideratio illa fuit, quä denique perſpectum habui hactenùs venditatas de Vermium Generatione ſententias friuolas, ob aliud non ſubſtitiſſe, quàm ex eo, quòd à grauiſſimis vtcùnque Viris excogitatæ, ſubindèque pro Sacris habitæ anathemate peſſimo ferire poſſe viſæ ſint, quiſquis non crediďiſſet. Quæ nihilominus libero hoc ſcholaſtcè fandi tempore, ab aliquibus, prout decebat, carptę ac ſugillatæ; iamiam patronos non habent alios, quàm obſtipas ceruices, ſolo ſilentio, atque contemptu dignæ.

XIJ. Eluitur Sententia Veterum de

Et primò quod *Ariſtotelicorum*, vt & *Galenicorum* mentem : hanc tàm felicitèr cicurarunt hodierna die *Redus*, *Craanen*, *Svuamer*

merdamius, *Bidloo*, *Leueneok*, vt nec eius, quod sibi volebat, qvùm Vermes ex putri nasci assereret, vspiàm recordetur. De facto quid sibi vult *putredo*, nisi *Corruptionem*? Corruptio autèm cùm sit *subita mutatio ab esse ad non esse*, iuxtá declamatum illud ipsorum-met Aristotelicorum axioma, quo pacto, quæso, materiam congregare, eidemque formam conciliare verbo, viua animalia gignere valeat? Dixi putredinem intendere non nisi corruptionem; quippè putredo ab eodem *Aristotele* deffinitur quod sit *corruptio propry & naturalis caloris in vnoquoque humido á calore ambiente externo*. Jn quä deffinitone corruptio generis locum occupat; *putrefactio enim est contraria generationi simplici mixtorum* (ait *Tilingius*) *corruptio verò adæquatè repugnat generationi*: Ergò putrefactio & corruptio non differunt.

Uermiũ Genera tione.

XIIJ. Reijcitur altera Recentiorum.

Carthesianos autèm, *Gassendistas*, & quotquot demùm Vermes ex Jnsectorum ovulis plerùmque per os siuè cum alimentis, siuè alitèr in Ventriculum introductis generari asseuerant, non ità dudùm pessundedit *Vallisnierus*. Atque hìc ego planè non possum non gratulari Sorti meę, qui cum *Helmintologiam* istam conficerem, ac Neotericorum

rum opinionem illam refellere per consequens tenerer, impegi fortè in Epistolam quandam Italicè conscriptam, & quæ Tractatui similitèr Italico *de Remedi delle Malatie del' Corpo Humano* annexa est; in qua porrò comperi tales partes ab eôdem *Vallisniero* egregiè nauatas. Destiti itàque ab opere, ne videlicèt actum agerem vt aiunt; vtque ostenderetur, picturas has ce nostras iàm inuenisse amasios suos, Epistolæ illius verba hic tantúm transcribere operæ pretiũ duxi. *Si fermò assai sú l'vltima opinione* „ (nempè quam posteriori loco attulimus) „ *comme la piu applaudita ed abbracciata da tut-* „ *ti, & vltimamente anchora dal' Sig.* AndsFran- „ cese *nel suo libro de Vermi humani stampato* „ *in Parigi. Prouó con euidenza non puoter* „ *nascere questi da V oua, che si ritrouano ne frut-* „ *ti, erbe &c. imperoche non essendo il suo nido il* „ *nostro corpo, subito calati nel Ventricolo doue* „ *sta quel merauiglioso fermento, comme spezie* „ *d'aqua forte, che continuamente vi cola, è ge-* „ *me da certi canoncini ò siphoncini, vengono* „ *assaliti, stritollati, è consumati dal medesimo* „ *Mà dato anche, che la buccia loro durissima* „ *lo vieti, è che piu tosto aiutati, è fomentati da* „ *quel calore vi nascano, essendo i vermi appena* „

nati

nati di vna tenerissima tenereza, saranno subito da que sali pongenti, è roditori traffitti ed,, vccisi. Il che accaderá parimenti, se nasceranno negl' Intestini, ò in altri couili, ó nascondigli,, piu reconditi del nostro corpo, stillando da pertutto sughi attiuissimi, e per lo piu impregnati di sali, che sarranno sempre basteuoli per isminuzzare e diuidere la loro gentilissima machina. Non puotranno in oltre rintanati, è rachiusi in que caldi è tenebrosi repostigli non soffocarsi, auendo à questi la natura destinata l'aria,, libera ed aperta per il loro mantenimento, è,, respiro. Jl nutrimento anche diuerso sará cagione, che perano, essendo à tutti destinato il,, suo frutto, il suo fiore l' erba sua, ó quello,,, che è piú conuenneuole alla lor tessitura, il che,, facilmente si vede da chi si diletta nutrirne,,, comme hà fatto tanti anni il Vallisnieri. *Non,, viuono, se si tenta mutar loro il nutrimento,, abenche à Vermi delle frutra si dyno altre frutta, á que de fiori altri fiori, à que dell'erbe,, altre erbe, e cosi discorriamo di tutti. Anzi,, se á loro si tritano, ò si sminuzano, non li,, mangiano parimenti, tanto sono delicati è gentili. Dal che si vede, che maggiormente periranno, se saranno dalli attiuissimi fermenti,, del nostro corpo adulterati, è mutati comme in,,*

vn altra ſoſtanza. Non eſſendo anche i uermi ,,
de frutti legumi, erbe è ſimili auezze al notto ,,
reſtaranno dalle beuande, e tanti liquidi che s' ,,
ingolano, eſtinti, oltre ì ſughi, che continuamente ,,
gemono in ogni luogo. Ciò pure fece vedere con ,,
molte iſperienze; poiche niun verme auezzo ,,
ne frutti, legumi, e coſe ſimili può campare ,,
nell'aqua non che pura, è tepida, è piutoſto muo- ,,
iono col' vaſo ſtrettamente chiuſo, ò anche ſe ,,
ſi rimeſcolano con poltiglie, è ſughi, è muchi, è ,,
impurità liquide d'animali. Guaia a Noi, di- ,,
ceua, ſe doueſſer naſcere i pellegrini ſemi, ò vi- ,,
uere i piccoli bacheroluzi, che inauedutamente ,,
di continuo inghoiammo.

Oltre à ciò non puoteua capire, ſoggiongieua ,
egli, comme da mille ſorti d' voua, è minuti ,,
inſetti, che inoſſeruati continuamente s'inghiot- ,,
tano, tre ſole ſpezie di Vermi ſi ritrouaſſero con- ,,
tinuamente in Noi. Ne l'vom cauto ingegno- ,,
ſo molto per la ſua gola mangia ì grani è ſemi ,,
crudi ne le frutta ſenza maccinarle coi denti ,,
ne l'erbe ſenza cocerle, ò almen condirle con ,,
oglio, ſale, acceto, ed anche pepe, tutte coſe ,,
che ſono generoſe eſterminatrici de vermi. Ma ,,
il piu forte argumento, che aduſſe à mio pa- ,,
rere, fù l'auere egli cercato con ſudata diligen- ,,
za fuora di noi nell'ampio ſeno de campi, è nel' ,,

po-

*portentoſo numero degl' Inſetti i Padri è Ma-,,
dri conſimili de noſtri Vermi. Gia ſi sà l'im-,,
menſo ſtudio, ch' hà fatto in cercare con iſcru-,,
poloſa eſattezza la generatione, le mutationi,,
i coſtumi, le virtù mediche di tutti quanti gl',,
Inſetti, che gli ſon potuto capitar alle mani.,,
E pure non ha mai potuto trouare i ſimili à,,
que communi del noſtro corpo. Cõme addonque,,,
conchiudeua, puoſſono venir dal' fuori, ſe non,,
v' è ſimile di luoro? Ogni ſimile naſce dal' ſuo,,
ſimile per autorità anche del' grande* Ariſtotile,,
*è la gran' mano omnipotente d' Iddio ha ſtabi-,,
lito le ſue leggi finite à tutti. Non naſcon ſem-,,
pre monſtri, è ſe pure ne naſcon alcuni, v' è la,,
ſua legge anche in queſti, che non è monſtroſa,,
Non ſuccedono è per diritto è per trauerſo, com-,,
me penſano alcuni. Da vn Volatile non naſ-,,
ce vn Peſce, da vn Peſce non naſce vn Qua-,,
drupedo &c. V' è anche ne moſtri il ſuo termi-,,
ne, è non poſſono paſſar que confini. Da ciò,,
fortemente moſtrato deduceua, che da vermi de,,
frutti, erbe, è ſimili non puoſſono naſcere i ver-,,
mi communi á noi, imperciòche per centina-,,
ia d' oſſeruazioni da lui fatte ha conſtantemen-,,
te veduto mutarſi quaſi tutti quegli in Volatili,,,
cioè in Farfalle, ò in Moſche, ò in Cantaridi,,
in Ibini, Troci, Scaraffaggi, è ſimili, ed i ver-,,*

 mi

mi ordinary del' nostro ventre restar sempre „
vermi.

Mà se alcuni ve ne sono, che non si muta- „
no in volatili, comme i Pidochi dell' erbe non „
alati, ed altri simili, ò comme certi vermic- „
cioli, che soggiornano nell'aque, in grembo al- „
la terra, sono però di così strana è diuersa fi- „
gura, che è ridicolo il pensar solamente, che „
syno genitori de nostri: Sono addunque tutti di „
spezie totalmente diuersa: onde con mutar su- „
ol luogho, non puossono mutare di spezie. Que- „
sta puó bene alterarsi, puo alquanto confon- „
dersi, non cangiarsi. Oltre à ció, se sono di „
que di fuora, e perche anche fuora del nostro „
corpo vsciti che sono qualche volta, non cam- „
pano? E perche subito si contorcono, s' illangui- „
discono, se ne moiano, se tornano nel' loro pri- „
mo Elemento à goder l'aure, che à loro sono „
connaturali, è piu libere.

Mà sempre più incalzaua l' suo argumen- „
to. Concediam, diceua, che nascano in noi, che „
si nutriscano, che crescano; gionti che saran- „
no alla loro perfezzione, comme fà il verme „
da seta, que d'ogni moscha, d'ogni farfalla &c. „
douranno incrisalidarsi; cioè mutarsi in altra „
apparente figura, cessando di cibarsi all' hora „
per poi spogliarsi anche di quella, ed vscire „
vo-

volatili : altrimenti, ſe ciò non fanno, periſcono. „
Quella è la ſua meta deſtinata à loro, quella „
è la luoro inuariabile legge. Così noi dentro „
l'vtero delle noſtre madri gionti, che ſiammo „
á quella determinata grandeza, ſquarciam- „
mo ì veli, che c' imprigionano, ed vſciammo „
per le note lubriche uie, ò periammo. Tutto „
è fatto con regole indiſpenſabili, è con un or- „
dine eterno inalterabile di arriuare á quel ter- „
mine, è non paſſare più oltre; altrimenti ſa- „
rebbe una perpetua confuſione nella natura è „
torneremmo all'orrore del Chaos. Se donque non „
ueggiammo in noi queſte mutazioni de noſtri „
Bachi, è ſegno, che ſuono di una diuerſa è par- „
ticolariſſima ſpezie; donque non dobbiammo „
per ignoranza confonderli con que di fuori „
Ne uale il dire che nel mondo grande ſono ì „
lombrici terreſtri ſimili à noſtri, che ſi poſſono „
dire del mondo piccolo, onde queſti ſaranno ì lo- „
ro Padri, è Madri.

Poiche fatta eſattiſſima Notomia è degl' vni „
è dgel'altri, trouò le loro parti interne tutte di- „
uerſe comme diſſe auere oſſeruato il Vuillis „
il Redi, *& il ſuo caro amico* Ceſtoni &c.

Oltre à tutto ciò, aggiongeua, chi mai s' ingi- „
ozzarebbe di quelle uoua, che ſempre ſi tro- „
uano molto bene uiſibili, è palpabili ſotto ter- „

ra? Comme uerebbero ne cibi? E ſe per qual-„ che accidente ueniſſero, comme dal mondarsi„ è lauarsi le herbe non si raderebbero via? E fi-„ nalmente inghoate, comme la loro tenera è„ facile bucbia reſiſterebbe alla macina de denti„ ò al fermento dello ſtomacho? comme le galline„ è molti altri animali, che ghiotiſſimi ſono á„ mangiare ſimile ſorta di vermicioli, non ſa-„ rebbero pieni Zeppi de medesimi? Ed ì fan-„ ciulli finalmente, che non ſuchiano, che latte„ dalle poppe, come inuerminarebbero? anzi„ comme nel Ventre delle luoro Madri anchora„ chiusi dentro quella gelosiſsima, e ben' guar-„ data prigione, farebbero vermi nel loro Ven-„ tricino, è dentro ì loro innocenti Inteſtini &c.?

Hęc vbi ab Excellentiſſimo Viro prælu-ſa audiui, reliqua etiám facilè ad meum modulum cantatum iri poſſe credidi. Verúm tantúm abeſt, quin tonum is illum obſecundare voluerit, vt potiùs relicto pluteo in Sacrarium ſe receperit. Sic enim de eodem iterùm Author Epiſtolæ allegatæ: *Preſo fiato il* Valliſnieri *moſtrò facile, non tanto foraſtiera, comme si vede la loro origine, mà nota, dimeſtica, e troppo familiare. Diſse naſcere in noi da loro genitori, è venire tranſmeſsi dalle noſtre Madri à figlioli, come male ereditario,*

tario, e qualche volta anche dal latte materno, dentro il quale souente s'annidano. E qui ripeteua molto alta la loro origine.

Iddio, diceua, quando creó questa gran mole del Mondo, mise comme in Iscena (che quasi chiamó Tragica) gl'Abitatori soi, con tal ordine, che vno cedesse finalmente il luogo all'altro, è che vno si seruisse dell'altro, mà peró con modo più innocente di quello segui doppo il peccato à tutti fatale d'Adamo. E ció per soi lodeuolissimi fini non ben capiti dalla nostra troppo corta intelligenza. Così anche creò ne primi parenti i Vermi ò perche con innocenza, è più tosto con vtile [notetur hæsitantia *Vallisnieri*, & si nondùm nostram de verminosi seminis facultate sententiam olfecerit] *che danno, si nutrissero degli excrementi superflui* (quid, si dixisset potiùs, vt chylum homini conuenientem, ideſt nutritium ac vitalem, perficerent, ac præpararent) *è fosse à loro il nostro Ventre il suo mal noto mundo, per domare la nostra preuista superbia, è castigar noi quando era il tempo, con vilissimi nemici collocati dentro di noi, è senza nostra saputa.* Reliqua videri possunt apud dictum Authorem, imò & apud præfatum *Vallisnierum* (audio namque hunc specimen ſvum

de

de Vermibus nouissimé edidisse) Vides igitur *Lector* quò istorum, nempè Vermium generationem refundat Vir Illustrissimus: ego autèm, quamuis reor interesse candoris Christiani Summum Opificem etiam in culicis aculeo contemplari; in ijs tamen quæ ex materiæ iàm creatæ necessitate dependent, minùs candidè me facturum ducerem, si Creatorem implìcarem; & cúm preſertim idem Deus morborum causa perpetuò statueretur. Quod verò subdit indè de Vermium seminio è Parentibus in Posteros per traducem propagato, præterquamquòd inintelligibile, est etiàm falsum. Cum enim idem è Matre in Filios transmandatum velit, idque aut cum illius sanguine, aut vnà cum lacte, patet recurrere in hoc argumenta, quibus ipse Vermium generationem ex ouis ab homine inter vescendum simùl cum esca deuoratis impossibilem demonstrauit. Et de facto, si cum materno sanguine in fœtum emanaret tale semen, quamobrèm in tot vys, in tot liquoribus, Menstruis, fermentationibus, in ipso denique tot annorum curriculo non suffocaretur? Si verò cùm lacte, nonné obseruauit idem *D. Vallisnierus* Vermes in ipso infantis recèns nati mœconio? nonnè hoc ipsum

ipſum didicit itèm ex *Hippocrate*? Quid igitur, & cúm homini inſint antè lactis ſuctionem, Vermes tamèn é Matris vberibus erunt accerſendi?

Grates nihilominùs, & quidèm maximæ, agendæ ſunt eximio Profeſſori eatenùs ſaltim, quòd excuſſá vetere calligine novum Poſteris Philoſophandi campum potuit aperire. Et quod mea; eidem hoc etiàm nomine obſtrictus ſum, quòd ipſis Philoſophis nobiſcum opinandi neceſſitatem imponat. Ettenim ſi Vermium oua neque ex alimentis neque aliundè nuncupanda ſunt, quòd nimirùm hinc *Sparsimargia* [ſiuè ſententia eorum, qui oua quotlibet, etiàm humana, vbique, ac per aera præſertim volitare docent, quorumque Coryphœus eſſe creditur Reu. P. *Magnan*, referente D. *Chirac*], indè verò altera *Suuamerdamij* opinio perhibens oua quæuis ad hominem procreandum neceſſaria in vno *Euæ* Ouario delituiſſe, nec non conſimilia alia Phyſicorum placita in hoc caſu leuia, vilia, inſtabilia exiſtant, concludendum remanet idem, nempè verminoſum ſemen inſitum, aut ingenitum, hominiue connaturale eſſe, planè vt, & oua, quibus parua hominum rudimenta conti-

XV. Confirmat Noſtram

nentur, Mulieribus essentialitèr competunt. Quaproptèr vt his Testes concessi sunt, siuè Capsulæ ad oua huiusmodi asseruanda, sic & cuilibet homini Ouarium verminosum; quod quidèm ouarium siuè vna nostris cum Patribus à Summo Protoplaste creatum, vel *Damascenico* in luto, quo eos plasmauit idæatum, siuè denique, quòd ex peculiari hominis, hocest fibrillarum humani corporis constitutione (id scilicèt, quod probabilius arbitror) pendêre dicatur, ità nimirúm, vt non magis mutilus censendus sit qui pede, brachio &c., quám qui eòdem careat, nempè *Ouario*, parùm moror: illud autem maximè, vt ceù pars humano corpori essentialis, ac veluti consubstantialis consideretur. Ob quam rem, cùmque nulla alia esse posſit pars istiusmodi, quàm Glandula *Thyroidæa* [quemadmodúm nempè ostendimus, vtque adhúc pluribus ostensuri sumus infrà] superest, vt dicatur hanc ipsam glandulam esse idem Ouarium verminosum præfatum.

Suadet rursùm maximè realem huiusce Ouary existentiam in homine dispar Vermium magnitudo, vtpotè nimirum, quòd plurimi conspiciantur pusilli, tanquám modò é testula egressi, aly magis grandæui, atque

ado-

adoleſcere incipientes &c. Prioribus affines erant quotquot nos in Thyroidœis Peſte cnectorũ glandulis obſeruaſſe diximus, ideſt tàm tenelli, vt non credam aliundé prouenire potuiſſe, abſque quód in via fuiſſent diſiecti, ac lacerati, & cùm porrò aeri expoſiti, etsì cartha obducti extemplò ſufflaminarentur teſtibus huius rei exiſtentibus tùm alys quãplurimis, tùm & interdùm in Cœmeterio Eccleſ. Parochialis *SS. Coſmę & Damiani* in Oppido prędicto *S. Damiani* Reu. P. *Vrbano Carmelita Excalceato*, D. *Ant. Georgio Bochino* Med. Doc. ac Diſcipulo meo dilecto, D. *Io. Iacobo Rouagnono* Chirurgo, quem etiám in pleriſque Diſſectionibus Anatomicis adiutorẽ atque inuentorum meorũ teſtem ocularem & aſſiduum habui; prętereà D. *Franciſco* eiuſdem fratre itidèm Chirurgo &c. Quæ proindè ratio fuit, vt illorum oua exiſtimauerim ibidèm condita, appulsòque illúc aliquandò vapido quodam, aut aliuſmodi ab arterys ſero, velut menſtruo idoneo atque appropriato, incubata aut excluſa, planè ſcilicèt vt obſeruare eſt raras plenaſque aquę plvuiæ guttas, cúm pulueri ſuperexoidunt, æſtiuo tempore Ranunculas virides viuas de improuiſo producere. Eadem quòque Vermium teneritu-

do prædicta metum iniecit ne fortè istorum oua oculo vtut microscopys adiuto reuelatura essent se se, & cum in hunc finem aperiri postulet Thyroidœa glandula, cùmque in viuo homine nunquàm aperiatur. Quo non obstante non diffido rem prosperum aliquandò non habituram exitum, acremque Philosophorum industriam quod natura negat, id tandém non esse euicturam.

XVI. Sola Verminosi seminis fœcundatio homini est præter-naturalis

His ergò positis uenit arguendum, ab ipsa hac Natura haudquaquàm tanta Zelotypia conseruatum iri illud semen (quanta scilicèt in *Thyroidœa* glandulæ tàm imperforatione, quàm firmitudine elucet) nisi vtile esset idem atque humano corpori summè proficvum. Sed oggeris non esse vtile, quod horrendas [imò & ipsum *vltimum terribilium*, mortem] parturit calamitates. Resp. & hoc ipsum esse, quod illius, id est vermi nosi seminis comprobat vtilitatem. Vt enim *Corruptio Optimi pessima*, iuxtá vetus axioma, sic tale semen, quod corruptum, summè noxium euadit, antè corruptionem maximè conducibile sit opportet. Et de facto non sunt oua verminosa, quibus hominum strages fiunt, sed vermes, hoc est horum oua corrupta, siuè fœcundata, quęuę

desi-

desierunt esse id, quod erant priùs [in quo scilicèt corruptio consistit] nam nihil annihilatur. Quid? quòd vitæ eadem valdoperé expedire rursùs censendum est, cúm ad ipsorum iacturã siuè corruptionem adeò vita commoueatur. Quaproptèr & tritissima vel apud Nostrates mulierculas obseruatio est, infantes, qui plures quàm par est, lumbricos excernunt, longùm non esse viuaces. Dic igitùr potiús sperma verminosum homini esse auspicatissimum non aliás tamen, quàm antè eiusmodi encheiresin.

Eatinùs autèm vitę conuenit idem, quatinùs chylum, vndè vita est, essentificat, vt patet. Patet etiam denique Conclusio nostra, tale semen esse *principiũ vitale trasmutativum* alimentorũ debitè per soluentia OEsophagi menstrua præparatorum in dictum chylum. Pro cuius confirmatione sufficit attendatur lumbricorum humanorum fabrica. Hanc ego qvùm aliquando perlustrarem, vidi eos porrò secundúm externam speciem punctulis albissimis passim consimilibusque ramusculis, velut candentibus arteriarum finitionibus identidèm distinctos; quos adeò quoniàm nusquàm repereram ab aliquo obseruatos, accuratione indagine inuestigandos duxi. Se-

XVIJ. Probatur denique oua verminosa esse principiũ illud *Chylificã iuum* supra dictum, ex ipsâ Uermiũ structura

cui igitúr aliquot ex ys lumbricis, queque oculis ſtatim ſe obtulerunt ſunt ſequentia. 1. OEſophagus, idéſt canalis quidam tranſparens, prætenuis ac membranoſus à Faucibus quęHirundineas propemodúm ſimulant, hoc eſt Sanguiſugarum ora, fermè duorum digitorum tranſuerſorum [pro magnitudine nimirùm Vermis] longitudinem excedebat nonnulibi ſtrictior, alibi laxior, diuerſęque texturæ nunc rarioris mòx ſpiſſioris (de quibus conſulatur *Redus*) à clariſque initys vbi totam Oris aperturam excipiebat, ſiué talitèr, vt hęc illius dametro & viciſſim correſponderet, terminabatur vltimò in Corpus quoddam *praſinum*, ſeù *oliuare* paulò infrà Fauces, ac iuxtà Dorſum ad Caudam vſque protenſum. Hanc itáque inſertionem contemplatus aliquandò idem *Redus* cenſuit tale corpus ductum eſſe alimentorum & foecum: verùm [prefata priùs apud tantum Virum venia] inſignitér deceptus eſt tùm ob alia multa, cùm præcipuè proptèr hæc. Ettenim 1. eiuſmodi inſertionem anticipat dictum corpus, videturque ab vno tranſuerſo digito è faucibus ortum capeſſere: quamobrèm & trans ipſum OEſophagum vtpotè pellucidum, probè ſpectatur. Hinc

igitur

igitùr liquet quòd si huiusmodi canalis cum *Oliuari* corpore continuaretur, istius portio, quę antè controuersam insertionem cernitur, esset omninò superflua: cúm verò absurda, sit hæc sequela, dicendum venit OEsophagum cum illo corpore non esse continvum: & si adeò deest huiusmodi continuatio, deest similitèr ratio dicendi alimenta ac fœces per tale corpus egeri. Quòd autèm non detur ista contínuitas, euincitur postea ex eo, quòd diuersissima est vtriusque substantia: OEsophagi videlicèt membranosa, vt suprà adnotauimus, *Oliuaris* verò corporis vessiculosa, futilis ac mucillaginosa; & prætereá, quiá nec prior sensim abit in posteriorem, sed illa eadem in fine est, quę fuit initio, vt & hæc, antequám OEsophagum excepisset. 2. quià statim ab insertione prædicta videre est aliam canalem itidèm membranosam è Dorso, ad quod desyt OEsophagus, horizontalitèr [at per breuissimum tamen interuallum] descendere adhùc in alium amplissimum ac rectangulum inque eo puncto, in quo istius latera se contingunt, porrò defficere. Cum igitúr nouissimum hoc omniũ longè capacissimum vas se habeat instar Ventriculi, illud verò breviusculum atque angu-

ſtũ, inſtar Pylori, ſupereſt concludendũ quòd OEſophagus in hoc potiús, quàm in corpus *praſinum* ſupradictum inſeratur. 3. quià ſępę numerò mihi contigit vidiſſe in OEſophago Vermium humanorum eandem ſpecie materiam, qua Ventriculus atque Inteſtina farciebantur, ſcilicèt chilum: plerùmque verò hoc ipſo chylo infectus, ſiuè tinctus idem OEſophagus compertus eſt. Vndé colligitur ad extremum non comitti hunc cum corpore diuerſimodè colorato, ideſt *praſino* prædicto; ſed cum Pyloro & Ventriculo, ceú vaſis concoloribus, vt eſt manifeſtum. Colligitur etiàm indè, hunc ipſum Ventriculum. Inteſtinaque, quæ illi hinc indé apenſa ſenſimque gracileſcentia innumeris circunuolutionibus Vermis longitudinem deciès ſuperant, non eſſe mera Spermatica vaſa (prout etiàm arbitratur *Redus*) materiamque in ÿs contentam non eſſe liquorem ſeminalem verúm purum putum chylum, vt partim ex colore ac saporè deprehendere potui, partim etiám ex eo, quod puncta illa candenteſque venulæ abs me in externa Vermis habitudine obſeruatæ, atque inciſæ, viſæ ſint eôdem chylo manaſſe. Quæ cauſa eſt porrò, cùr hoc ipſo ſucco nutriri lumbricos humani corporis

ris demúm cognouerim eosdemque *Chylisorbas* citrà iniuriam posse vocari. Coeterà, quod totiès memoratum *Oliuare* corpus, didici nihil aliud esse illud quám Vermis Pulmonem qualem scilicèt in Bombyce alysque Jnsectis obseruarunt *Malpighius, Vvillisius* & aly passim: nec diffitetur idem laudatus *Redus* aduertisse se quandòque, vti expresso dicto *Oliuari* corpore, aer per quoddam foramen non procùl à Pulmone in Cauda situm, & quod proin *Podicem* appellat, eruperit. Sed quod illi *Podex*, mihi verosimiliùs *Trachaę* caput est. Quandoquidém Intestina ibidèm non exonerabantur, atque ex alia parte OEsophagus ità Fauces occupabat, vt non superesset pro aere inspirando locus. Insupèr solemne est Vermibus, vt vndecùnque, præter quàm ex Ore, Spiritũ trahant, quod & præcitati Viri testantur. Postulabis iccircò è quânã parte lumbrici foeces egerant? Resp. negando suppositum; quoniàm scilicèt chylo ij vel purissimo aluntur: Sugunt autém ex hoc quantum vel capacissimus ipsorum venter patitur, aut vegetatio poscit, tùmque pleni, languidi, inertes facti humano Ventriculo, aut Intestinis, quæ depopulabantur, vale dicunt, ac foras exturbantur. Quæ cùm

ità sint, vela contrahamus, dicamus nimirùm bruitèr, quòd, quemadmodùm axioma est illud penès Aristotelicos infallibile, quòd *ex ys constamus ex quibus nutrimur*, sic in casu nostro, Vermes cum chylo alescant, vigeant, viuant, eo etiàm principio constent, quo chylus producitur: dicamus, inquam quòd & vti oua illorum exordia sunt, sic ipsa hęc, dúm ad OEsophagum sistuntur, inspirent dictum principium chylificativum, cuius ratione alimenta iam præparata, siuè per fermentum digestivum iam soluta, aut soluenda in chylum conuertantur mobilem ac vitalem.

XVIJ. Ex accidentibus verminosis & remediorũ anthelminticorũ actione.

Apparuit tanto magis hypotheseos eiusmodi soliditas, vt ad Praxin, velut ad incudem reuocata nitidior quotidè fieri visa est. Etenim, siuè *causam* consideres accidentium, quæ Vermium generationem comitantur, siuè *Curationem*, vtrumque in illa, perindè atque in speculo, elucet. Quod priorem: *Tussicula* imprimis *sicca*, Vermium prodroma, explicatur sufficientèr ex eo, quòd oua iàm affœtescentia ad glandulæ peripheriam mota, in transitu suo per fibras fistulosas, quę excretoriorum vasculorum vicariæ ad OEsophagum desinunt, membranam, vndè eæ

ha-

habentur, quæque Laryngem exteriùs obducit, pungant, aut titillent: quamobrèm & reliqua Trachæa nonnihil corrugata aer præposterè inspiretur demúm necessum est. 2. *Saliuatio* á Vermiculis interiorem Gulæ tunicã vellicantibus procedit, raptâ nimirúm in consensum etiàm intrinseca Palati membrana, vtpotè cum quà OEsophagœa illa continuatur. 3. *Pruritus Narium* ab eâdem vellicatione pendet, interno scilicet istarum velo cum prioribus communicante; ac denique contingit indè etiàm *Nasi extenuatio*, siuè compressio, emuncta nempè ipsius membrana interiore. 4. *Sitis* itidèm pari ratione fit, quòd videlicèt Disgregatæ Faucium & Gulæ glandulæ nimiùm exprimantur. 5. *Cardialgia* in ascensu ac descensu Vermium in Ventriculum succedit, aut, si mauis, in transitu eorundem per sinistrum Ventriculi orificium, cuius proindè fibras ij lacessitum eunt. 6. *Marcor Tabes*, *Atrophia* Infãtibus familiaris, sicuti vel à quolibet *Medico* in Vermes refundi solet, ità neque continens eiusdem causa ipsi ocultaretur, vt si sciret talia insecta chylo victitare, istumque in Stomacho porrò depascere. 7. *Copiosæ deiectiones fętidæ, cineritiæ, virides*, nonnun-

quam etiám *Sanguinolentæ* &c. peruersam, Chylosin à Vermibus, intestinorumque irritationes, aut erosiones inculpant. 8. *Febres* presertim *lentę* á chylo effœto ac pauco in Sanguinem per lacteas *Asellij* venas introducto &c. dependent, ob quam rem vitiata istius crasi, sèù eiusdem cruoris coagulatione facta, *Exanthemata* 9. petechiæ, aut maculæ emergunt. Mitto 10. *Syncopæ*, *Deliry*, *Lethargi*, *Conuulsionis* consimiliumque affectvum verminosorum explicationem, vt quę ex praua sanguinis diathesi á vapido, seù minus balsamico chylo inuecta, hinc satis seruí possunt. Sed 11. *Cephalagia*, quæ in Peste suprà memorata vná cum Tussicula primariò angebat, in eandem causam retorquenda venit, siué in eandem membranosę Laryngem succingentis tunicæ titillationem, quà nimirùm *Tussim* illam excitari diximus. Ex ea námque irritatione concussis, aut alio modo motatis nervulis Sexti, præcipuè verò Octaui paris, quod iuxtà latus *Asperæ* arteriæ in Thoracem illabitur, Dolor Capitis *grauatiuus* accedat decet. 12. *Dolor* autèm alius *ad Iugulum*, seú qui mihi nonnunquám ad carthilaginem *Scutiformem* indicabatur, paren-

rentem agnoſcit ſempèr *Thyroidææ* glandulæ *inflammationem*, fitque hæc á Vermibus, qui in ea nati, cúm deindè ob corporis incrementum momento factum forinſecùs excedere non valeant, ſuis propterea mo- tationibus corrugatis atque irritatis fibris, ſanguinis affluxum prouocant, refluxum inhibent. Quocircà ruptis ad extremum arterioſis vaſculis venoſiſque, illa phlogoſis excitatur, quæ in pueris, ſiquidém præ mollitie partium facilè turget, compreſſa proin Larynge, vel iſtantaneam aliquandò parit ſuffocationem; non ſic in Adultis, vtpoté complexionis robuſtioris. Conſultò itàque ſolidam Natura comparauit glandulæ *Thyroidææ* conſtructionem, hinc videlicet, ne aeri exponerentur oua verminoſa, indè verò & ne hęc cùm ibidèm nullo negocio fœcundentur, ſtrangulationem iccircò, nec citò, neque frequentèr inducerent. At nihilo tamen ſeciús lethalis ſempèr abs me obſeruata eſt *phlogoſis* præfata, iungitque aſſiduò etiám ſibi in comitem *notham Pleuritidem* (vt centiès aduerti) ob Pleuræ tunicæ diſtenſionem, ac Pulmonum ſpaſmum, quę fiunt tali membrana contracta ac vellicata. Quamobrèm catharro denique ſuffocantur ęgroti, & ſi in-

flammatio illa suppurauerit, purulentam saniem post fata euomere porrò solent, quæ idiotis quidèm *Capitis aposterna* audit, cùm tamen ea visa sit ex prędicta glandula erupisse. Coeterúm hæc desultoriè tantúm, atque obitèr abs me prolata non ideò hìc insinuanda censui, quòd meam quadantenùs probent Conclusionem. Tot enim verbis benignum *Lectorem* distinêre impium fuisset in re scilicèt dogmatica, & quæ nulli sic opinandi necessitatem imponere pręsumit: duntaxát vt à *Practicis* nondùm animaduersa deinceps attendantur, & cùm ex ys non tám recta pharmaciam administrandi ratio, quàm veri saltim *Diagnoseos*, aut Prognoseos fontes (vndè porrò, absit iactantia dicto, non mediocrem, vtut vanam, genuini Medici æstimationem mihi conciliasse scio) in Verminosis affectionibus deriuari queant.

Jgitùr quod Therapoeiam [ne itèrúm vana ganniam, aut ab alys iàm effutita] dicam sollummodò, quòd inhærendo indicationibus præfatis, applicui sępenumerò externè remedium aliquod *antelminticum* glandulę *Thyroidææ*, vt folia persicorum cum allio & aceto malaxata, petroleum, aut aliud, quoduis Rure præsto esse, aut citiús

ad

ad manus uenire poterat; ex quò planè mirùm, quantam ægri faterentur ſe percipere alleuiationem. Narrabant ſcilicèt ſenſiſſe ſe confeſtim glomum quendam Fauces occupantem deſcendere ex hac parte atque in Jnteſtina rapi; id quod enemate impoſito poſteà comprobabatur, ſubductis vermibus quamplurimis ſimulque conglomeratis. Quę res eſt etiàm, cùr Fœminę noſtrates puellos ſuos de lumbricis ſuſpectos amuleto illo, aut ſimile alio, quo eorundem Colla deliniunt, aduerſús haſce beluas inſtruant, aut præmuniant. Nec immeritò. quandoquidèm id properè vſurpatum in multis occaſionibus profuiſſe author ſum; nonità, ſi ſeró, chyloſi iàm inuerſa, ſanguine fœdato, aut *Thyroidæa* glandula abſceſſu ex phlogoſi periclitante. Vt verò curationum, morborumque huiuſmodi verminoſorum proceſsus aliquis habeatur, ſubiungam tibi ſolemnem hiſtoriam, quæ, vtpoté de caſu nupèr [dùm hęc ſcriberem] mihi oblato, quemadmodùm Rationi, vt in immoto perſiſteret, imperauit, ſic propoſitam quęſtionem, ſiuè connaturalem verminoſi ſeminis in *Thyroidæa* glandula exiſtentiam non parùm itidèm dilucidabit. Caſus autèm ille fuit huiuſmodi. Tertio Idus

Iu-

Iuny (si benè diei memini) accitus sum ab Illustrissimo D. Comite de *Priocca*, Dom. in *Castro-in-alto* &c. ad inuisendum eius filium natu minimum, infantem videlicèt duodeviginti mensium, nondùm ablactatum. Huius igitùr statum mòx ab ingressu ad illum sciscitato, retulit Generosus Dom. suspicarì se puellum *difficili dentitione* laborare, prętereà verò nihil. Quæ vt accepi, vnà simùl pergimus ad Nutricem. Ostendit porrò hęc statim alumnum svum *oculis cauis, querulum, facie liuida, genis concidentibus, pallentem labys, capite, dorso, brachys* quasi *relaxatis, languidum, tabescentem cum pulsu paruo, febre lenta &c.* Quibus conspectatis, reposui Nobilissimo Parenti, ipsius filium plusquám *difficili dentitione*, vexari insupèr *febre hectica, verminosa*, & ni DEVS rem benè verteret, ipsum ægerrimè euasurum. Haud dedignatus est is sermoni meo statim fidem exhibere (cèu cui aliàs cùm in alterius filioli, tum verò maximè in Eximiæ sui ipsius Matris ferè octogenariæ hinc *Tertiana Maligna* indè etiam *Quartana duplici* laborantis felicissimis curationibus summè probatus extiterã) recordatus etiám, quatinùs pręsens Infans vel à primis incunabulis (testibus de

hoc

hoc insupèr existentibus Nutrice, Matre, cœterisque Domesticis) insignem quandam totius *corporis alterationem* singulis *Nouilunijs* pati consueuerat, & quæ túnc duobus, nonnunquàm etiàm pluribus diebus perseuerabat cum *siti maxima*, *rubedine membrorum &c.* Proptèr quod rogatus quid hìc opus esset? reposui, quòd stantibus *Dentiendi difficultate* præfata, *Abdominis intumescentia ac duritie* aliqua, benè satis quoddam pharmacũ propinari potuisset. Exhibui ergó sta tim cochlear vnum atque alterum syruppi de Cichor. comp. [eius scilicét syruppi, quem ad Vermes vnicè commendat *Redus*] ac confestim ij ab Ore exire cęperunt viui, teretes, oblongi, subrufi, numero, ni fallor, nouem, quos deindè Nutrix, imò & ipse-met Infans digitis extrahebat. Postridiè, iterato eiusmodi helmintagogo, Vermes perindè, ac tot, quot anteá eiecti sunt, at cum molestia tamen minori. Quocircà territi Adstantes, & prognosin illam, quam suprà innui, iàm in deteriorem partem accipientes operam meam irritam futuram deprædicabant. Nihilominùs ipse, indicto, vt & ad peiora adhùc spectacula se componerent, de fausto alioquin exitu mecum tacitò gratulabar. Nondũ enim aderant signa *nouę fœcundationis*

in *Ouario verminoso* : & ni hęc daretur, coetera facilè vtcùnque expugnatum iri posse existimabam. In quem finem, præscripto cathartico validiori (in quo tamèn syruppus pręcitatus, veluti pro base, perpetuò collocabatur) in residentiam meam me recepi, ratus nimirùm opus esse duntaxàt, vt Vermes alicũdè exturbarentur, vtque experto aliquo remedio *hecticę febri* succurreretur. Verúm perendina die nuncius mittitur mali ominis. Cúm autém Excell. Dom. *Cauda* illius Castri Medicus Ordinarius, quique Nobilissimo Infanti continuò assistebat, absente me nihil vellet innouare, eò propterea reuersus resciui ex eo, quatinùs Ægellus Noster pridié ex dicto phermaco alios septem lumbricos de more euomuerat, vespere tribus alijs mortuis ex aluo depulsis; vtque hac ipsa die, qua hęc agebantur, Vermibus in consueta cùm qualitate, tùm & quantitate per superiora eiectis, atque eâdem hora, idest ferè quarta matutina, sub declinium deindè solis *syncopam*, aut animi deliquium [arbitror ego potiús *Insultum* aliquẽ *Epilepticum*] pertulerit, quo per semiquadrãtem horæ pro mortuo habitus est. Ad hęc ergò credidi Vermes nuperrimè generatos fuisse, & cum insu-

pèr

pèr obseruarem in illo adhúc validam *deglutiendi difficultatem, suspiria, languorem, lamentationes, &c.* Ob quam rem porrò totis viribus depræliandum esse censui, & ne talis generatio succederet. Ut verò hæc impediretur, antelminthicis validissimis Collum illiniri, aliquot itidém istorum guttas in Fauces instillari, curaui denique, vt Enemata ex lacte semel, aut bis de die imponerentur, &c. Neque omisissem iterúm prę-laudati syruppi dosin quotidiè tradere; sed renuit Parens veritus, ne ex eo fortasse verminosa syndrome augeretur. Quicquid nihilominùs post, Vermes numero tres, aut plures in dies singulos exsilire è consueta latebra anguium more non destiterunt adeò, vt octidui spacio plus centum sexaginta indè, hoc est ex Ore eiecti sint, non computatis qui cominùs, siuè ex ano suffugerunt. Resciui præterea eò reuersus (ettenim præscriptis, quę ad antedictam indicationem facere visa fuerant, ad mea denuò me contuleram] quandoquidèm primis ab vsu eiusmodi remediorum diebus Illustrissimus Patiens adhúc aliquali *Cardialgia* correptus fuerat, febre tamen minùs exacerbata. Causa itàque noui mei ad ipsum reditûs non alia extabat,

quám quòd efflagitaret Parens generoſus, vt Vermium prouentus ſupprimeretur penitús atque extingueretur; hoc enim laboris exanthlandi adhùc ſupereſse !. Cui tamèn optato an facile fuiſset reſpondêre, alij videant; cùm nimirùm, Vermium geneſis, natura, qualitas, nondùm *Medicis* ritè perſpecta ſit. Quocircá eiuſmodi deſiderio planè ſubridebat alter Doctor, actionum mearum teſtis: non ſic ego, quòd Verminoſarum affectionum indaginem plús milliés inſtituere debueram, cùm incubuiſſet onus plus quàm ſeptem milliùm perſonarum valetudini conſulendi. Repoſui ergò, hàud ęgrè id exęquatum iri poſſe, ea nempè fiducia fretus, qua idem aliàs ſæpé præſtiteram. Ob quam cauſam propinatis mane ac veſpere guttis quinque, aut ſex *Balſàmi Peruuiani* in hauſtulo vini oligophori tepidi, mirúm, quàm breui euentus exſpectationi ceſſit. Namque à tertia potiuncula Verminatio illa, ceù nebula, diſcuſsa eſt; ſerpentillorum eiuſmodi nemo deinceps eſt inſidiatus: tametsì ex alia parte ob talem tantamque vitalium particularum iacturã tàm inſignitèr debilitatus fuerat puſio gratioſiſſimus, vt etiamnùm ambigã, an vires ſit recuperaturus, quin imò & an diú

ſu-

superstes futurus sit. Quandoquidèm obseruaui hinc inuerti *concoctionem* iis Infantibus, qui valdoperè verminarunt; hac autèm lęsa, eosdem futilem constitutionem nancisci. Iunge communem animaduersionem de ijsdem puellis, quam alibi attulimus. Uerúm quod impræsentiarum est, ideò noueram resistere generationi Vermium præfatum *balsamum*, quià serum sanguinis compescit, ne illorum oua fœcundatum eat: inque hanc rem porrò *Corallia*, *terram sigillatam*, *bolum armenam* & reliqua *adstringentia*, quemadmodùm etiàm *acida*, *succos citri*, *limonum*, *&c.* item *amara*, *stiptica* & innumera alia, quæ idem serum valdoperé alterare, aut im mutare valent, in malignis febribus [quas potiori iure vocarem Uerminosas, quatinùs vermibus nusquàm expertes sunt] pręcipuè verò in quibuslibet Infantum morbis vtilitèr vsuuenire, ipsa bis mille annorum [quandiú videlicèt Medicorum Sacra constare perhibentur] Praxis insinuauit.

XIX. Satisfit Obiectis & respondetur aliquibus quæsitis.

Undè nec difficile est porrò rationem reddere, propterquam pueri, secùs Adultos, magis subiacent affectibus verminosis. Quandoquidém nempé, vel iuxtà *Galenicos*, maior in illis pituitę copia fomenti loco inseruit,

 aut

aut masculini seminis, ad ouorum verminosorum fœcondationem. Quod autèm & in nondùm à lacte depulsis [vt in puero, cuius ægritudinem modò recitauimus] huiusmodi fœcundatio contingat, hoc docere debet opinantes oua illa nobis non esse ingenita. Quid enim? nonnè contrariam sententiam altè menti nostræ infixam esse voluit vel ipse Summus *Medicinæ* Dictator *Hippocrates*, quandiù hanc pluribus inculcauit lib. de Morb. *Nunc autèm & de lumbricis latis dicam*(inquit) *assero enim ipsos in puero*, dùm adhùc in Vtero est, *nasci. Postquam enim semel ex Vtero egressus est* [addo istahæc in gratiam Antiquorum] *non tanto tempore stercus in aluo manet, vt ex eius diuturnitate ac putrefactione tantæ magnitudinis animal generari possit: excerni enim sempèr hesternum stercus per omnes dies, si sanus homo esse debet. Tale verò animal nasci non potest* (quod nimirúm aduersatur etiàm opinantibus procreari Vermes é semine vnà cum alimentis ingesto] *etiamsì homo multis diebus stercus non egereret: multa enim nascuntur dum puer in Vtero est.* Et paulo post. *Nascuntur autem, & rotundi lumbrici isthic eodem modo. Signum verò, quòd hœc res ità se habet, hoc est. Postquam*

4. Num. 27.

in lucem editi ſunt pueri, mulieres ipſis in cibo offerunt medicamenta, quo ſtercus ex inteſtino exeat & non comburatur, & ſimul vt inteſtinum dilatetur (conſeruatur etiàm nupèr hodièque laudabile hoc inſtitutum potionandi recens natos felici ſempèr cum ſucceſſu, licét potiori de cauſa (*Vbi verò*, pergit, *cibum obtulerunt, multi ſanè pueri & rotundos & latos lumbricos vna cum ſtercore excernunt.* Quę quidem verba vtut *Hippocrate indigna* nuncupet *Marinellus*, indignum potiùs *Medici* nomine dixerim, quiſquis ab illius doctrina deflexerit, vbi nulla validior ratio ipſum cogit. Quæres 2. cúr in noſtro caſu puer ille inſultus verminoſos vel ab ipſo exortu perferre debuerit. Reſp. quià laxus nimis, albus, Matre etiàm ſatus erat albâ (vtpote nobiliſſimæ ex *Alderamo* familiæ] teneræ nimirùm euanidæque conſtitutionis. Quapropter quæres 3. & quemobrèm comedones pueri, fuluis crinibus, alba cute, atque huiuſmodi alij citiùs verminaſcunt ys, qui minùs voraces, graciles, nigri &c. apparent Reſp. 1. quod helluones, vt ſic dicam; aperiri in his ob Pharingis dilatationē, bolis craſſioribus minùſque maſticatis exiſtentibus inductā poros fibrarū eôdem è *Thyroidæa* glandula

in Comment.

dula

dula desinentium sic, vt oua verminosa hinc illecta, aut prouocata, veluti quà data porta irruant in Gulam, vbi mòx ab influente, etiám insità, hnmiditate turgefacta in Vermes denique abire debent: quod autèm reliquos; satis patet disparitas corporum, siuè diuersus in vtrisque habitus ac textura. Sed opponenti circà præfatum verminosi seminis descensum in OEsophagum, non posse videlicét hunc accidere proptèr crassitiem eiusdem seminis, nec non præ viarum, per quas denoluitur, angustias atque obliquitatẽ, Resp. haut itá crassum supponendum esse tale semen, cúm videamus Bombicinum e. g. [quod tamen semen insecta perhibet ipsis Vermibus longé crassiora] tenuissimum existere, sinapi granulum plantam edere sublimem &c. adeòque nihil obstare quominus Vermes initys vtcùnque licèt minimis constent, perque imperuios, hoc est imperceptibiles mæandros dilabantur, Adde, quod huiusmodi gurgustia, vtpotè membranosa, cuicunque etiàm paulo maiori corpori cedere, siuè transitum permittere apta sunt. Et rursùs, quod magnitudinem ouorum verminosorum: hanc vix sensibus subiectam esse, indicabat paruitas Vermiculorum, quos

quos in dicto Ouario conſpexeram. Aſt regeris, plùs, quám in *Thyroidœa* glandula, animaduerſos etiàm alibi fuiſſe lumbricos, & præcipuè in ſanguine, quod propterea denotat germanum Vermium *Ouarium* eſſe vniuerſum corpus, vt liquet. Ad quod reſp. obſeriuationem hanc de Vermibus in ſanguine, quam nempè alibi adduximus, quamque athanatos ille *Athanaſius Kircherus* benefficio microſcopij nobis non monſtrauit solùm, ſed non vnà deſcripſit, aut depinxit, prę̨ter quamquòd incredibilem appellat *Simon Pauli*, alijs etiám valdoperè ſuſpectam eſſe, vt *Martino Scockio*, cuius hæc ſunt verba: *Nec tamen putandum eſt, in febribus, quæ vocantur putridæ, Sanguinem vſque adeó corrumpi, vt reddatur verminoſus, quemadmodùm vellet Vir aliàs polimateſatos* Athanaſius Kircherus *Scrutin. de Peſte part*. 2. *pag.* 240. *ubi non dubitat profiteri, ſe obſeruaſſe ſanguinem per venæ ſectionem febricitantibus ſubductum, vná aut alterà horà poſt emiſſionem plenum Vermibus, detegente illos ſcilicet microſcopio; quod vt res exiles facit grandeſcere, ità grandior ſpecies, iuxtà quam viſui ſeſe res minutæ perhibent, ſæpè iuxtá analogiam duntaxát explicanda eſt: adeòque mox non debent haberi*

Digreſs. de Febr. Malign.

Tract. de Ferment.

vermes, quę interueniente vitreo instrumento illorum speciem referre videntur, &c. Vtut ergo (concludit sic deindè *Mathias Tilingius*) *microscopia nobis inseruiant ad multos praclaros vsus, tamen sine vllo partium studio falsò eadem nobis repręsentare in sanguine humano vermes omninò nobis persuademus, ob varias modo dicti salis volatilis figuras, hispidi hirsuti, setosi, sabulosi, cubiformis &c. adeò ferè teneri, vt omnem sensus captum eludat, & quod maximum pro nobis argumentum, quòd vna, aut altera hora post missionem sanguinis demùm se in conspectum det benefficio microscopij. Nám longè rationi congruentius est defendere sal in superficie sanguinis humani roris vel pruinæ instar, vbi is nempè sanguis perfrixerit, & efflorescens minutulos vermiculos falsò repræsentare, quám astruere, modò descriptum sal volatile vel viuos, vel mortuos esse vermes. Vsque ergò dúm quis non obseruauerit imaginarios illos vermes, loco, & quidèm spontaneo, voluntario aut proprio motu moueri, vt cyrones ex cute exsculpti scabie infestatarum manvum pedumue super nitidissimo speculo errant, nulla ratione induci possumus, vt putemus febricitantium sanguinem totum ordinariè vermibus scatere.* Jnterim tamen [subiungam hæc iterùm

ex

ex eodem *Scockio*] non ſum vſque adeò incredulus, vt fidem derogem illis, qui ſubindè vena ſecta vná cum ſanguine prorepſiſſe vermes perhibuerunt. Videatur *Borellus loc. alibi citat.*. Sed vt hoc referri debet ad rarò contingentia, ità reſp. 2. quòd in tali caſu putandum eſt illos vermes ouis prognatos fuiſſe è *Thyroidæa* glandula dilapſis, & quæ porrò chyli motu obſecundato in lacteas *Aſellij* venas, ſubindèque in ſanguinē intrusi fuerint; vbi, vel alibi poſt excluſa, vermes produxerīt maiores vel minores, prout hi magis minùſue eòdem chylo fuerint enutriti. Hoc etiàm pacto oriuntur lumbrici, quotquot in Hepate, Pericardio, Corde &c. ſub conſpectum cadunt. Quę res eſt profectò, vt vniuerſum corpus minùs rectè [niſi metaforicè fortaſſis] pro genuina Vermium Matrice, ideſt Ouario deputetur. Mitto circulum, qui in hac ſententia cōmitteretur, aliaque argumenta, quæ abs *Valliſniero* contrà alios, quęque abs me aduersùs iſtum in ſuperioribus adducta ſunt. Replicabis iccircò, ſi *Tyroidæa* glandula verum eſſet *Ouarium verminoſum*, lumbrici humani omnes ſolius cuiuſdam ſpeciei forent: quod cúm falſum ſit, & eorum alij *lati*, alij cucurbitini, *aſcarides &c.*

 ſpe-

ſpectentur, venit concludendum eoſdem diuerſam originem agnoſcere. Reſp. dari & inter homines monſtra, vt quorum alij pygmœi alijCilones Strabones,Silones,Loripodes, Scauri, Panſæ &c. vocitantur; vtque ſinguli hi homines ſunt eodẽ ſpecie vtero egreſſi, ſic lumbrici, qui deformitatem aliquam fuerint ſortiti. Et ſanè rari ſunt *Cucurbitini*, faſcię, ſeù lati lumbrici; *Aſcarides* plerunque in pueris obſeruantur: cœteri, ſi demas *Teretes*, nec nomen habent. Huius ergò differentiæ cauſam ſi quæris, præſto eſt dicere cum *Broe-nto*, quòd *illorum diuerſa figura, magnitudo &c. dependent maximam partem ex diuerſo nutrimento, quod in diuerſis animantium partibus inueniunt* ſic nempè, vt *Aſcarides* extremum Jnteſtinum incolere dicuntur, & *Lati* Jlia vniuerſa. Verùm, quatinús vermes [quoſuis in *Thyroidœa* glandula obſeruaui] erant *teretes*, ſiuè rotondi, eatinús porrò cenſeo germanam hanc eſſe lumbricorum figuram, reliquas autèm pręternaturales, uel adſcititias. Rogabis denique, cùr in homine duntaxat oua, in Cane verò, atque in alys animalibus etiàm vermes conſiſtant in glandulis OEſophagœis? Reſp. quiá animalium quorũcunque diuerſum eſt inſtitutum, ac diſpar

in Not. ad Prax. M. d. Hen. Reg. *Medi 33. lib. 3*

viuendi

viuendi ratio. Quamobrèm & vnaquęque ſpecies ſuis peculiaribus gaudet vermibus, ideſt ſpecie inter ſe omninò diuerſis. Cùm igitùr Cani e. g. ad oſſa in chylum conuertenda, vitęque principium eidem chylo inſpirandum ſufficere minimé potuerint oua uerminoſa, factum eſt proindè, vt Omniſcius ille rerum omnium Architectus, Deus Vermes inſupèr illi conceſſerit, qui dùm in cryptis ſuis, hoc eſt glandulis OEſophagœis morarentur, nullatenùs ei noxy forent; non ſic homini, vtpotè alimenta millenis modis ſibi condire gnaro & ſpecialis uitalitatis indigo, quę à Vermibus haberi non potuiſſet. Cœterò uitalitatem hanc aliundè, quàm ex proprio mechanicismo expectandam eſſe, docent animalia inferiora quamplurima, quæ uitam extrà ſe, atque ab alys adhuc uilioribus præſtolantur. Sic ſerpentes nonnulli rubetas uiuas deglutiunt, quas deindè fracto à Nobis carcere uidimus effugiſse. Narrauit etiàm Venator fide dignus anguem ſe in inſidys exſpectaſse, à quo buffonem uiuum pridiè deprædatum aduerterat; ſed cúm re infecta abire exindè coactus fuiſſet, poſtera die redijſe; in quâ denique voti compos factus, exentratoque angue, buffonem adhùc pal-

palpitantem, neque vllatenús læſum extraxerit. Araneæ etiàm muſcis ueſcuntur, utque uitale principium ab ijs meliùs hauriant, cirris ſuis irritant ac flagellant. Sic denique Catus mures concutit ac fatigat &c. Sed ad rem. Quandoquidém ergò in hoc ſyſtemate claré, ni fallor, ſatis dilucidari poſsunt accidentia, quælibet uermes concernunt, idipſum propterea hoc etiam titulo amplectendum fuit, dicendumque, exiſtere naturalitér in *Thyroidæa* glandula illorum, nempè Vermium, oua, eſsêque ipſa hæc, unde alimentorum in chylum conuerſio, iſtiuſque uitalitas pendent.

XX. Vndé cõcluditur nihil deeſſe humori gl-andularũ conglo--merata--rum OEſophagi ad *veri fermenti digeſtiui* rationem

Quę cùm ità ſint, cùmque ouorum uerminoſorum actio in cibos refundatur ad eum modum, quo & reliquarum OEſophagi glandularum recrementa, liquet abbundè nihil deeſſe ys, quominús uerum *fermentum digeſtivum* conſtituant, ſiuè tale, ut edulia quęlibet deglutita ſoluat, ſolutaque in *chylum*, idoneũ ſcilicet hominis nutrimentum, tranſmutet.

XXI. Probatur 5. hæc cõcluſio à ſimili.

Verùm, vt hoc adhùc ulteriùs pateat, imò & ne alicuius palato nouitatem ſapiat libamen iſtud, ſiuè aſſertio, uenit inueſtigandum, an nouum ſimilitèr in Naturæ cenſu ſit, ut digeſtiuum menſtruum ab OEſo-

ſophago euocetur. Iàm adduximus ſuperiùs teſtimonium Expertiſſimi *Franciſci Redi*, quo quamplurimę glandulę ad OEſophagum quarundam Auicularum indicatę ſunt, quæ tali menſtruo plorabant adeò, vt idem propemodùm & in reliquis eiuſmodi animalibus euenire denique faſſus ſit Vir ſuprà omnem laudem poſitus: Nunc & qualitèr deprehenderim talem ſuccum ex eâdem parte in alys beſtys prouenire, paucis expediam.

XXIJ. In Cane.

Princeps Iumentorum Canis hoc nomine haudquaquàm dignandus eſſet, niſi cœteris claſſis eiuſmodi belluis virtute meritôque prçcelleret. Vigilantiâ etenim nulli par, obbedientiâ in hominem tanta pollet, vt ne latum quidêm, vt aiunt, vnguem ab eiuſdem imperio nutûue recedere audeat, gnarus proin inſidiantibus adlatrare, aggredientes impetere, mordêre, hinc indé excurrere, omnia percuntari, attendere, inueſtigare, vtque tandèm *iuuamenti* omen omne contineat in ſe atque exequatur, hero ſuo vel alimoniam ipſam comparare. Atque in hunc quidèm finem ſolus venari didicit, ſolus feras indagare, perſequi, aſſequi, tenêre, conſeruare vbique porrò ſagax, impauidus, intentus, aſſidvus ſempèr. Quid plura? adiecta de-

demùm, quasi superpondium, est hæc vtilitas ex Cane, vt nempè, postquàm homini diu assentatus, diù adblanditus fuerit: postquàm indè eiusdem emolumento inhiauerit, opibus inuigilauerit, inglvuiem expleuerit, voluptatem satiarit, qùm denique aliorum iumentorum nullus amplius vsus est, illius porrò incipiat esse maximus. Siquidèm plané in Theatrum Anatomicum inductus [ne videlicèt ignobilitèr periret tàm nobile animal] Magistrum statuit se se doctissimis Spectatoribus, dumquè pręda istorum fit, eosdem vicissim prædatur ac venatum ducit. Et sanè inuersa propemodúm lege venationis [vt nempè ibidèm Canis ac Venatoris officia etiàm permutantur] non is ampliùs odorat, nictit, incurrit: verùm clauso rictu ligatis artubus, ventre velut ad haruspicinam composito, linquit vt experiantur, inuestigent, clamitent aly. Iámque adeò carpitur ac laniatur Canis, colliguntque exhinc Anatomici novum aureum vellus, id-est *notitiam sui*: planè scilicét, vt cùm intér bruta idem rationis capax magis si, sic & ad hominis constitutionem magis accedat. Quę cum itá sint se ipsum in illo inuenire, hominem, inquam, in Cane lustrari dicendum

dum eſt, atque ex hoc porrò Anatomen cumulatam, veriùs dictatam fuiſſe. Sic enim & in tali libro Lacteas venas legit *Aſellius*, chyli Receptacula *Pecquetus*, quorum deindè indicio conſimilia in homine reperta ſunt ad maximam ipſius vtilitatem, *Medicinæ* gloriam atque ornamentũ &c. Mihi verò (vt ad rem tandèm redeam) quod ſecús quàm in Cane, innotuerant aliquandò in homine Conglomeratę glandulę præfatæ, à quibus nimirùm vtrumque menſtrvum tàm ſolutivum, quàm alimentorum tranſmutativum ducitur in OEſophagum, onus propterea incumbere viſum eſt, vt qualitèr hæc & in illo haberentur minimè præteriret. Ob quam rem Trachæam, Pulmonem, OEſophagum verbo Thoracem vniuerſum interiùs atque in eodem Cane nonnunquàm etiàm rimatus cúm vidiſſem deindè rem reſpectu glandularum prędictarum heic longè alitèr ſe habere, quærebam cauſam huiuſmodi abluſionis. Sed patuit hęc vltrò, attento quòd diuersùs eſſe debet vtriuſque animalis chylus, hic videlicèt homini nutriendo par, ille autèm Cani. Atque adeò in iſto animaduerſum eſt abeſſe imprimis glandulam *Thyroidæam*: tùm alias *Tracheales* abs Nobis in-

digetatas, quęque tergeminæ ſunt, atque iñumeræ circà Mediaſtinum conſpiciuntur; rurſùmq; alias *Dorſales*, vt & glandulas *primę diviſionis Aſperæ arteriæ*, *Bronchiales*, *Gaſtricas &c*: adeſſe verò loco iſtarum, atque ad OEſophagum, è media vſque ad imam partem glandulas quaſdam, vt ſic dicam moſtroſas aut inſuetas, quæ vel omnes omninò extrá eundem OEſophagum prominebant, vel partiatim tantùm, vel denique vniuerſim etiàm in ipſius viſceris ſubſtantiam erant abſconditę, numero plerùnque tres, interdùm plures, ad ſummum autèm ſex. At qvùm ternarium excedebant, ficvum figuram repręſentabant, rotundarum verò duritatum & quas ferè exoſtoſes dixiſſes, qvùm pauciores numerabantur. Quod materiã; videbantur penitùs carthilaginoſæ, tales nempè, vt cultello ægerrimè ſcinderentur, conſtabantque ſingulæ ipſis tunicis OEſophagœis vnà, pręter *externam*, in talem materiam induratis: quę nihilominùs tandèm abſciſſę, compertæ ſunt veras non eſſe glandulas, ſiuè quæ alys minimulis glandulis ſimul congregatis compingerentur; Sed capſulas eſſe quaſdam carthilagineas, ſpiſſas, internè cauas inſtar ſpecvum, plurimiſque fornicibus inę-

qua-

qualibus cameratas, quas pilæ variæ informes fulciebãt distinguebantque. Stillabat pręterea vndequàque in illas aqueus limpidusque succus, qui tamen post, mixtione cum Vermibus eiusmodi cryptas incolentibus, in limosum, siué flavum mutabatur. Aderant námque insupèr vbìque circa illas pilas, salebrasque, lumbrici teretes rufi parui, atque ab humanis longè absimiles, qui porró humori eiusmodi innatabant vnà cum ipsorum semine, quod nonnunquàm visum est minimis pulueris pyry granulis assimilari, eàdemque fermè muccilagine obduci, quâ & ranarum oua. Postremò hiscebant eæ glandulæ orificio quodam instar aperturæ marsupiorum, quæ scilicèt minús exactè concluseris; idque porrò abindè in OEsophagum peruium spectabatur, non ità, si secùs setam inrudisses: cum verò constrictorys, siuè musculosis fibris, more sphincterũ, minimè donaretur idem orificium, exitum proin sempèr humori illi flauo supradicto concedebat. Atque hinc planè cúm perpetua Canum appetentia sequatur, *humor* istorum *digestivus* aliundè incassùm deriuabitur. His ergó sic consideratis, nullo negocio inductus sum ad credendum Vermes, aut istorum oua requiri ad

cibos in verum chylum *transformandos*, succumque ipſorun *ſolutivum* ab OEſophagœis glandulis vtcùnque petendum eſſe.

XXIIJ. Sue

Hanc poſteriorem effati noſtri partem fulcit hæc altera obſeruatio. Jpſe nàmque in Sue obſeruaui aliquot conglomeratas glandulas Dorſo Ventriculi incumbere, nonnihil verſùs Pylorum, numero quatuor, quinque ſex, nonnunquàm etiàm plures: craſſitie fabam æmulantes, figuræ lenticularis, coloris denique ad liuiditatem vergentis. Licèt autèm proptér circonfuſam pinguediem texturamque obindè laceratu facilem ipſarum emunctoria toto ductu perſequi non valuerim, inuento tamen copiosò eodemque flauo ſucco, qui ab yſdem glandulis atque intrá vtramque Ventriculi tunicam in inferiorem iſtiuſ-met Ventriculi regionem terminabatur, non ineptum fuit colligere talem fontem ab eiuſmodi laticibus exſilire. Meminit eiuſce riuuli ante me ipſe etiàm *Malpighius*, vt qui ità loquitur. *Color eius* (hoc eſt Ventriculi porcini) *varius eſt. nám in parte propè os ſuperius ſubalbus eſt, ſicut & in parte ſuperiori horizontali; reliqvum colorem rubiginoſum refert, & circà pylorum iuterdùm aſperſa bile flaueſcit*. Verúm enim verò non eſſe bilem,

quod

quod é prædictis ſcaturit adenis, hoc ex viarum, per quas idem labitur, obſeruatione iám patefactum eſt; remanet itáque, vt dicamus humorem eſſe illum alimentorum fermentativum, quemadmodùm ex loco, in quē deſinit, abbundè probari poteſt. Etenim illic Ventriculus ſpiſſioribus, craſſioribuſque, quàm alibi, rugis ſcatet[vt nimirúm ibidem cum ſuo menſtruo eſca diutiùs ferietur, ſicuti & ob conſimilem rationem locus ciborum ſolutionis in Boue eſt Omaſum, ſiué Echinus, aut ſinus ventris interior cancellatus.]Sed dices interiorem dictarum glandularum ſubſtantiam albam liquore etiám candido, ac tantùm leuitèr ſalſo ſcatere. quì fiat igitùr vt hic deindé ſtatim ab exitu in flavum, degeneret? Reſp. hoc diú meum animum torſiſſe, neque demùm aliam huiuſce phœnomeni cauſam aſſignare potuiſſe, quàm, quòd ſalia eiuſmodi fluoris poſt egreſſum præfatum areas ſortiantur diuerſas ab antè occupatis: hinc enim, & luminis globulos ſecús, quàm dudùm ab eiſdem ſalibus reflecti debere: quę ſcilicèt ratio ipſa eſt eadem, quam alibi redidimus quòad apparentiam vaſculorum ab OEſophagœis glandulis prodeuntium in homine, & quę, nem-

pè excernicula, ceù croceo colore delibuta, venas proindé ſimulabant.

XXIV. Vitulo

Denique in Vitulis, prætèr Conglomeratas, de quibus alio loco, videre eſt adhùc alias eiuſdem generis glandulas ſed maiores quæ itèm inflvunt in Omaſum. Adſtant autèm hę à parte eiuſdem poſteriori tres plerùnque numero, humaniſque Renibus craſſitie ſimiles, vt & figurâ, quamuis colore non itá: habentque ſuos excretorios ductûs, qui albidum ſalſumque ſuccum in idem deferunt Omaſum. Sed quid de his plura commemoro? Si autopſiam conſulant, vix dubito, quin refractariæ quæuis ceruices, *Dialecticotoni* &c. huic ſententiæ ſubſcribant, *humoremque* alimentorum *digeſtivum* in pleriſque animalibus aliundè, quàm è Conglobatis Ventriculi glandulis proueni re tandèm admittant.

XXV. Explicantur phœnomena *Digeſtionẽ* concernentia, & 1. Fames

Quo non obſtante libet vlteriùs animaduertere, an poſito, quòd talis liquor in homine ab OEſophagœis glandulis eructetur, accidentia porrò, quibus Naturalis facultas ex eo interdùm læſa ſpectatur, ritè explicari queant: quod tamen in tali hypotheſi tàm bené ſucceſurum reor, vt etiamnùm teneam contrà ſentientes exin' facilè confuſum iri.

Jd

Jd itàque vt, experiar explicetur v. g. *Fames* Hanc Philologi deffiniunt, quòd ſit. Moleſta ſenſatio vellicationis in Ventriculo orta ab acido quodam fermentatiuo, quod in abſentia ciborum dentes ſuos infigit in Stomachum, ac præſertim in eius orificiũ ſuperius Verùm, 1. *Famis* ſedem non eſſe Ventriculum, aut aliquam ex ipſius partibus, docet abbundè ea conſideratio, qua perſpicvum eſt irritari non poſſe *Nerueam* Ventriculi, aut ſiniſtri eiuſdem orificy membranam, abſque quòd Vomitus, ad minimum Nauſea, vel Cardialgia ſequãtur. Quandoquidem ſcilicèt *embeſis* non alitèr porrò excitatur. Pręthereà verò, *ſi alimenta* (verba ſunt Inſigniſſimi *Vulpini*) *nedùm viſa, & olfacta, ſed oretenùs prolata, ſaliuam, vt conſtat, in faucibus mouere, quod idem ac appetentiam excitare communitèr ſolent, cùr tàm nobile munus, fluenti machinæ inſtaurandæ tantoperè neceſſarium, vbi r liqua etiàm ad melius eſſe ſenſuum organa in capite locantur, ſi pro faucibus* (addo ego & OEſophagum) *tot militant argumenta, ad viliſſimæ culinæ fores latrabit? tantòque magis cum extremis in inædys, ſyncope lypothimia, deliquys alyſque exſolutionibus, gutta vna, aut altera ſpirituoſi liquoris faucibus inſtillata, imò narribus*

Spaſmolog. Pag. 177.

bus illita, absque eo quod os Ventriculi appellat dictum factum languentes suscitat, & fouet. 2. si acidum illud fermentativum descenderet iugitèr in Ventriculum, sicuti interius huiusce inuolucrum ab illo assiduè stimularetur, itá & vt *Fames* perpetuò vrgeret necessum esset, quod est contrà experientiam. Dicere autèm, quòd acidum illud eòdem influat, tempore duntaxàt nutritionis, hoc omninò licentiosum dixerim, quatinus scilicèt propellitur continuò ad prædictæ tunicę glandulas arteriosus ille latex, qui pro acido Ventriculi habetur, neque in ys desupèr tantum capacitais est, vt hoc ad tempus ibidèm asseruari queat. Adde, quæ alibi attulimus de falsa eiusmodi *acidi* existentia, quæque de palpabili talis hypoteseos vanitate. Quamobrèm, vt quod, ego de *Famis* essentia teneo, paucis exponam, eam sic describam, quòd nempè sit *Molesta sensatio vellicationis in faucibus & OEsophago orta ab humore præsertim glandularum huiusce conglomeratarum, qui in pastu exhaustus, atque ab hoc iterúm post aliquot horas illic coaceruatus, vbi mox turgente copia in eandem Gulam fluere incœpit, salinis suis spiculis Nerueam ipsius tunicam feriat, atque absumi denuò exposcat.* An

au-

autèm hoc rectè dictum ſit, nec-nè, attendatur imprimis oblectamentum illud, quod in ciborum aſſumptione Famelici experiuntur. Hoc enim, quatinús non in Ventriculo, ſed in OEſophago perſentitur, ex abraſione ſcilicét illius ſucci, qui interiorem iſtius tunicam vellicat, decidere ſufficientèr poteſt, quòd ſi ipſius oblectamenti ſedes Gula eſt, quidni etiám *Famis*, ſeú *moleſtæ ſenſationis?* Prætereà, quoniam maiorem inuenire eſt in OEſophagœo ſucco aptitudinem ad moleſtiam illam inducendam, quã in quocunque alio, fruſtrà proin *Famis* cauſám repetis ex Ventriculo. Non abnuo tamen, quominùs in hoc interdùm cibi reliquijs vacuo collectus idem ſuccus ibi etiàm infeſtus eſſe queat, vt nempè in *Cholera* morbo, in *Vomitu* &c. Verùm quòd *Famem*, hanc ibidèm nunquàm orituram crederem. Uetat enim hoc deſupèr *Vvilloſa Cruſta*, quæ in Ventriculo craſſa, ſubtilis autèm in OEſophago ſpectatur planè, vt & exhinc cognoſcere queas, vtrum in Famis ſedem elligere debeas. Quid enim aduersùs tam firmũ ſcutũ valeant imbellia iacula? E contrà verò OEſophagum leui tantùm, quaſi lanugine Natura intús obduxit, ne membranæ *Neruoſæ* pru-

ritus tàm ad Vitam necessarius [vtpotè nempè ex quo Homo viuere se se identidèm recordatur] porrò impediretur. Postremò, quià ex allata descriptione satis, meo videri, percipitur, cùr abeat, ac recurrat *Fames*. Recedit nimirúm hæc, quandò liquor glandularum Conglomeratarum OEsophagi ab alimentis abstergitur, vnàque abindè per cōpetentem *Deglutitionem* exanthlatur: redit autèm, eôdem liquido in eisdem glandulis recollecto, ac præ copia foràs, vt sic dicam, ebulliente, id videlicèt, quod quatuor, quinque, aut sex &c. horarum interuallo à pastu contingit. Ad hæc, obseruo quosdam nullo non tempore inappetentes, & qui nihilominús intèr edendum esuriunt planè: quod quidèm non aliò refundi potest, quàm in dictas glandulas pigrè admodùm secernentes, & quarum iccircò recrementum non, nisi diutina prolectione obtineri potest; vt verò exire inchoauit, sequente *musculosæ* tunicæ actione, faciliùs prodit. Aduerto itèm alios esurie percitos, bolis tamen vix quinque voratis, ampliús non appetere, proptér videlicét idem recrementum, quod in glandulis diù moratum, vt vrina in Vessica, magis salsum euadit: non sic, quod posteá succedit,

vt-

poté naturâ serosum.

Sequerentur explicanda adhúc plurima phœnomena, quæ ab alys diuersisq; eiusdem recrementi conditionibus proueniunt, nisi interpellaret me *Sitis* [tot nimirùm blateratis nugis] quæ principem, post Appetentiam, locum sibi concedi postulat. Huic itàque vt mos geratur, dicam *Sitim* excitari cùm alibi, túm specialitèr in OEsophago, absumpto hìc à cibis, veluti per spongiam, humido, quod hinc ab arterys, indè verò é glandulis *Iugularibus* emanat, vt vnicuique in propatulo esse potest.

XXVI. Sitis.

Quapropter redeundo ad fermentum supradictum atque ad ea incomoda, quæ ab eôdem ipso præternaturalitér affecto gignuntur, considera 3. *Bulimum*, sèu Magnam Famem [ità nempè, vt ægri ob *nimiam Famem* Deliquium animi patiantur.] Adscribi is vulgo solet liquori cuidam corrosiuo in Stomacho residenti, atque huius orificium sinistrum insignitèr mordicanti: in quo tamen latet manifesta contradictio. Quid enim? aliquid *in Ventriculo residebit*, atque interim *superius eiusdem orificium vellicabit*! Si propterea regeris, iaculari hùc aliquandò posse à Flatibus e. g. corpuscula complura volatilia, quæ

XXVIJ Morbi.

aliquandò inter fermentandum in Ventriculo ab alimentorum maſſa fuerint ſeparata, non habebis me repugnantem. Neque enim ignarus ſum idem in *flatulentia hypocondriaca* ſæpiſſimè accidere, *Nauſea* nimirùm, & nonnunquàm etiàm *Cardialgia* ob eadem miaſmata ſurſúm per *Ructús* eleuata contingere ſæpè compertis: verùm in *Bulimo*, quemadmodùm non ſunt hi *flatus*, ſic neſcio quidnam ſales illos *corroſiuos* in ſuperius Ventriculi orificium ſit impacturum. Obſtat enim præterea ſalium eiuſmodi euaporationi ipſe ſaltim ciborum deſcenſus in Ventriculum, & nihilominùs tamen tali imprimis tempore animo linqvunt ægri. Rursùm *Bulimus* conſtans affectio eſt: talis autèm, quaſi effumatio, diutina eſſe non poteſt. Quamobrèm Rationi magis conſentaneum exiſtimarem dicere quod eiuſmodi paſſio à *corroſiuo* quidèm aliquo ſucco procedat, ſed qui abs OEſophagœis glandulis ſequeſtretur: adeòque hinc è forti *Neruoſæ* tunicæ in Gula veluti lancinatione *Magnam Famem*; in ſuperiori autèm Ventriculi orificio *Defectum animi* ob eandem cauſam debere contingere 4. Multo minús culpanda eſt eadem lympha Gaſtrica in *Fame Canina*, *Nauſea*, vti & in

Soda, quatinùs uempè ſiniſtri totiés nominati orificij potiùs, quàm ipſius-met Ventriculi paſſiones ſunt: quarum propterea causam ſi in prauam ſalium humoris *noſtri* digeſtiui conſtitutionem retorqueas, ipſe propiús rem attinges. Peculiare paritèr eiuſmodi fermenti vitium ſupponunt 5. *Pica* & *Malacia*, conſiſtitque id in ſpeciali configuratione ſalium componentium aliquem ex ys, qui ſucci labuntur in OEſophagum á glandulis huiuſce viſceris Conglomeratis; ſi videlicet eiuſmodi configuratio analoga ſit configurationi particularum, quæ res prætér naturam expetitas conſtitvunt ſic, vt dùm ſalia talis humoris deſcendunt per OEſophagum, rerum iſtiuſmodi caracter imprimatur fibris Nerueis:ex quâ poſteá impreſſione feratur animus ad eaſdem appetendas. 6. adhùc aliã *fermenti digeſtiui*, ſiué eius, quod ſic nominauimus, ideſt OEſophagœi ſucci, malitiã parentẽ agnoſcunt *Inflatio Ventriculi*, *Ructus*, *Cruditates* cúm *acidæ*, túm *nidoroſæ*, *Vomitus*, *Cholera ſicca Hypocondriacorum*; eaque ſiué *originaria*, à praua glandularũ, vndé idem menſtrvũ oritur, conſtitutione contracta, ſiuè *adſcititia*, in ipſo-met Ventriculo à rebus vna cum eôdem menſtruo admixtis, nec ritè cõgruentibus ge-

 nerata

ta; quam tamen malitiam, hoceſt peculiarem in vnoquouis morborum eiuſmodi [vt & in alys *Chyloſin* adhuc concernentibus, *Bradipepſia* nimirùm, *Apepſia* &c.] ſalium partiumque laudati ſucci caracterem deſcribere non eſt huius loci. Sufficiat igitùr hęc vel ſummis, vt aiunt, naribus olfeciſſe, quo poſitionum mearum Veritas magis ſplendeſcat.

XXVIIJ. Remediorum Stomachicorũ actio.

Atque vt Therapia denique eôdem paritèr conferatur; docuit quotidiana praxis, in modò ſcriptis ęgritudinibus *Martialia* medicamenta in debita cum præparatione tùm & coniugatione adminiſtrata reliquis palmam præripere. Cùr autem hoc? Reſpondent nonnulli, quòd virtute illorum inciſiua Meſenterij, atque aliorum Viſcerum glandulæ [quarum obſtructiones ſtatvunt in cauſa eſſe Ventriculi malè affecti] ab infarctu, & ſarcinâ ſua, quaſi gypſea, liberentur. Sed, præterquamquòd videre eſt aliquos *inappetentia* laborantes, & quorum tamen viſcera nullatenùs obſtructa ſunt, refragatur ys inſupèr hæc altera obſeruatio. Jpſe ſcilicèt noui plures, quibus appetitus vel à longo tempore deiectus triduano *Martis* vſu fuit reſtitutus. Vndè verò tàm

cita

cita sanatio, si *Mesentery* glandulę fuissent obstructæ? Excipis porrò non esse conglomeratas Pancreatis, Mesentery &c. quæ glandulæ in tali casu obstructæ fuerint; sed Ventriculi glandulas miliares, siuè conglobatas Resp. hoc gratis dici, quatinùs huiusmodi glandulæ non, nisi à frigore, vt à potu niuato e. g. obstrui possunt, planè, vt & cutaneæ corporis glandulę, quarum succus abs nitro aereo coagulatur. Demus nihilominùs illas sic fuisse constipatas; nonnè tamen citiùs Diaphoreticis, quám chalybeatis pharmacis fuissent reserandæ? Ad hęc propter eá aly cum *Helmontio*, *Tachenio* ac propè vniuerso Chymicorum Choro perhibent *Martis* vsum intantùm prodesse in morbis á *Chylificatione* lęsa, inquantùm quòd alkalicæ eiusdem moleculæ *acidum* Ventriculi absorbent. Ast contrà reputando, si *acidum* Ventriculi [per illos] iuuat *Chylificatonem*, cúr remedys esset absumendum? Etsi autèm quantitate fortè peccaret, nonné idem per emetica veriús, quàm per incisiua, aut aperitiua medicamina posset euacuari? Mallem itàque autumare, *Martis* vim ferri in sanguinem, cuius deindè principia minùs vnita, minusque salis suppeditantia in

Glan-

Glandulas OEsophagi Conglomeratas, ſeri autèm magis, præfatis affectionibus velut anſam præbeant: quæ nihilominùs poſt, operante ſtiptica *Martis* natura, ſeú corpuſcularitate, reductâque ad congruentem craſin vniuerſa maſſa, remittantur protinús, debito nimirúm fermento prædictis glandulis reſtituto. Quam quidèm rem ità profecto ſe habere oſtendit mihi hæc nupera obſeruatio. Quatinus videlicét comperi, quotquot iàm ſæpè memoratis infirmitatibus tenebantur, citiùs, aut tardiùs curari, prout nempè minora, vel maiora eiuſmodi diſcraſię ſigna apparuiſſent. Et quod ſanguinem; vidimus dudùm eum, qui in totiès nominati fermenti materiam abit, é puriore fonte manare hoceſt ex Corde, à quo ſcilicèt in *Bronchiales*, *Mediaſtinas*, *Cœliacaſque* arterias [quibus OEſophagi glandulæ allvuntur] immediatè tranſcurrit: id profectò, quod me etiám induxit ad opinandum, glandularum huiuſmodi ſuccum ideò fermentativum eſſe debere. Secùs enim, quorsùm talis deriuatio? et ſi eędem glandulæ lympham colligere, aut alio quopiam ignobili munere fungi debuiſſent? Infero prætereá exindè, quòd tale fermentum ſummè activum, ſummèque mobile,

bile esse debet, quatinùs scilicèt hinc nitrum aereum, quod in Pulmonum vessiculis se se sanguini incorporauit, nondùm de acutie suà quidquam remisit, indè verò sanguis sumptum à Corde motum per breuem illum tractum, qui ab hoc ad glandulas iàm citatas intercedit, oppidò conseruare valet. Sed iuxtá hanc talis menstrui originem aduerto rursùs odora corpora, etiàm non vesca, appetitum inducere. Hoc autèm ego non aliò retorquendum putarim, quàm in miasmata eorundem corporum volatilia, quæ in Pulonem introducta vti sanguinem attenuant, huncque posteà in Cor atque in arterias supradictas solito citatiore cursu impellunt, ità humorem OEsóphagi ad exitum è suis glandulis illiciant. Obseruo itidém ad hunc modum instigari Famem ab aere puriore, vt Matutino e. g., à lætitia quôque & gaudio alysque rebus motum sanguinis sollicitantibus, sicuti è conuerso minuitur eadem ab aura minús temperata, idest paulo crassiore, atque humida: itèm à mærore, tristitia, metu, iracundia similiibusq;, quotquot nimirùm pathemata, vel respirationē cohibendo, vel alio quocunque modo sanguinem afficiendo, istius motum remorantur, atque ab OEso-

phago, siuè ab huius glandulis abstrahunt. Cœterùm, quod *Stomachica* nuncupata medicamenta: hęc, quandoquidèm plerúnque amara, salsa, aut potiús vrinosa, atque acria, seù aromatica existunt, patet ratio, proptèr quam Ventriculo amica sunt, ac *Digestionem* ivuant. Cum etenim analoga sint *fermento digestiuo* [quod scilicèt salsum comperimus, subamarum, atque vrinosum] ciborum fermentationem non procurare, Ventriculi sordes non abstergere, cruditates non attenuare nequeunt. Iàmque adeò ipse sententiam meam vndequàque confirmatam video, ac talitèr, vt obices illi non formidandi sint, in quos hactenús impegerunt, quotquot tandiù decantatum Ventriculi *acidum* quòcunque intrudere, atque extollere perrexerunt.

Acidum sanè bilem mouens, Veritatis laruâ, secùs quàm facie tumens, & quid? si reliqua eiusdem probra singillatim persequi liceret! Sufficiat igitúr demonstrasse, non existere in Humano corpore tale *acidum* Chylificativum, quo porrò consequentiæ ex eiusmodi positione hucúsque diductæ meritum iudicium subeant. *Semel* enim *falsum sempèr est falsum*, ex vetusta Philosophorum sanctione: siué, *cúm falsum est, quod pręcedit,*

falsum

falſum etiám eſt, quod conſequitur; & *rursùs, cúm falſum eſt, quod conſequitur, neceſſe eſt, vt falſum ſit, quod præcedit:* quæ regula eſt *D. Auguſtini.*

Falſitas autèm eius opinionis (quâ nempè lympha Ventriculi *acida* prætenditur à pleriſque in cauſam alimentorum Digeſtionis) tàm quod antecedentia quám quod conſequentia luculentiſſimè, ni fallor, ex dictis euinci poteſt.

l. 2. de Doct. Christ. c. 32.

Epilogus, ſeù Concluſio.

I. Ergó liquor glandularũ OEſophagi verũ eſt fermentũm digeſtivum

JTàque collige *Fermentum* verum *Digeſtivum* abs vno *OEſophagæo humore* manendum eſſe, &cùm ex hac hypotheſi præſertim rité intelligatur quamobrèm *Stomachica* vocata medicamenta eiuſmodi nomine dignanda ſint, & quomodò *Chiloſis* plerùnque labefactetur. Deindé, qualitèr *Sitis*, *Fames*, & quamplurima huius pediſequa accidentia pangantur, & rursùm cúr *comparatiuè ad Bruta* ſucci *chylificatiui* ſcaturigo ſcorsúm à Ventriculo, ideſt in *OEſophago*, vtplurimúm auguretur &c. Hæc nàmque genuinos laudati menſtrui titulos conteſtari debere.

IJ. Et eſt duplex

Ulteriùs; ambigua vox *Fermentum*: huius ergò ſignificationem aliquanto certiús exponendã fuiſſe; quæ in noſtro caſu non tàm *ſolutionem*, quàm ipſorum-met alimentorum in aliam materiam *conuerſionem* importare videbatur. Quatinùs *chylus* quidpiam eſt aliud ab alimentis quantumuis fuſis, aut aliquo quocunque modo liquatis. Cùm igitur *liquor* OEſophagi ſupradictus vtrum-

que

que illud præſtare poſſe viſus ſit quidni proin ambiviſſet *fermenti digeſtiui* dignitatem?

IIJ Solutiuus

Etenim ex vna parte *ſalſus* glebulis etiàm pollet talis humor, quarum aliæ integrantes *analogæ* ſunt poris ciborum aſſumptorũ; aliæ verò eſſentiales eiſdem poris penitùs *incumpetentes*: Vt verò ex iſta cum proportione, túm & diſproportione particularum reſpectu obiecti fermẽtabilis intercipi debet æther vndèquàque excurrens, ſic & fermentatio cum eâdem materia contingat decet. Nec ivuat profectò iſti, hoc eſt alimonię, diuerſimodè figuratis particulis conſtare. Quandoquidém liquor ille pluribus etiàm ſcatet quæ eidem hinc homogeneæ, indè verò & etherogeneæ exiſtunt alkalicę nempé, acres, nitroſæ armoniacæ, ſiuè vrinoſæ &c., quæ propterea plùs, quám vulgare menſtrvum, ipſam aquam, regiam conſtituere aptæ forent.

IV. Et tranſmutatiuus.

Ex alia autèm continet in ſe atque amplectitur præfatus liquor *chyloſam* radicem, ſiuè baſin, quæ eſt inſtar pulueris proiectionis in opere philoſophico. Vt enim hic centuplo craſſiorem mercurij debitè alterati maſſam in verum aurum transformat, ſic

 illa

illa in chylum, cui analoga, est deglutitam escam sibi assimilat.

V. Hic é glandula Thyroidœa

Sed profectò chylus viuida materia est: huius iccircò basis, seù principium, itèm viuat opportet. Quæ quidem vita in fluidis humani corporis radicalitèr non inuenitur; ergò neque in humore OEsophagi solutiuo, saliua, humore Ventriculi, &c. vtpotè quæ principiata sunt, non principia [principiatum autem nequit ellicere effectum potiorem se, qualis in chylo percipitur] vndè fit, vt tale *Viuens* esse debeat quidpiam principale, distinctum, in Viuente animali consistens. Cùm verò obseruentur in vnoquolibet istorum [etiám Vegetabilium] alia diuersi generis, quæque propria ac speciali vitâ vivunt animalia, plerùmque Insecta, seù *Vermes*, dispeream, ni istorum sit principium illud vitale chylificativum præfatum. Sic enim ordinatum est in naturà omnium animalium, vt alterum alteri alimento sit, & cùm denique chylo viuere conspiciantur etiam Lumbrici, quotquot incolunt humanum corpus, vt nouimus. Quamuis in Homine animantium prę̄stantissimo, sibique idoneā escam apparare gnaro hàud opus ys specie *Vermibus* ad chyli formationem: sufficit

ipso-

ipſorum ſemen, quod vt vitę primordia in ſe fouet, ſic & baſi gaudet quâdam vitali, alteri materiæ conciliabili, eique analogâ, quâ vtrique vivunt, Homo & Vermis. Atque hæc quidèm baſis radix illa eſt, ſiué fermentum alimentorum *tranſmutativum* cius neceſſitas luculentèr, ni fallor, ſatis alibi fuit demonſtrata.

Porrò autèm tale ſemen, hoc eſt oua verminoſa, conduntur promunturque à glandula *Thyroidœa* Ouarij nomine idcircò indigetanda; ſuntque illa oua in ouo muliebri quemadmodúm reliqua Fœtus rudimenta, à Natura deſſignata. Hem! par Teſti Muliebri eſt itèm *Thyroidœa* glandulæ in Ouo delineatio: ſed fęcundata illa, nempè oua verminoſa, innumerabilium morborum portenta ſunt: non ſic quæ è Muliebri Ouario ſecedunt.

VI. Ille emanat é reliquis.

Quod vero ſpectat fermentum *ſolutivum*; exprimitur hoc è reliquis conglomeratis OEſophagi glandulis, nominatim, è *Trachealibus* triplicis ſpeciei, è glandulis *primæ Diviſionis* Aſperę arterię, *Dorſi*, *Bronchiorum* ac *Ventriculi*, prout nimirùm in Anatomicis enarrauimus; adeó vt tandèm concludere liceat, in vno liquore glandularum enunciata-

ta-

tarum reperiri illas omnes conditiones; quę ad humorem digestivum verè talem attestandum necessariæ existunt.

VII. Vera OEsophagi descriptio.

En igitùr paucis, qualem [consequentér ad dicta] publicandam duxi OEsophagi descriptionem. OEsophagus *est canalis membranosus á Faucibus ad Ventriculum protensus vt esculenta ac potulenta* Humore Digestiuo *suffundat, imbutaque in eundem Ventriculum diducat.*

VIII. Perfecta denique pegluti-tionis explicatto.

Sic itidèm quomodò *deglutitio* absoluatur nempè *Constrictionem OEsophagi, adeóque cibi potùsue protrusionem vlterius continuari vsque ad Stomachum per dilatationem fibrarum* annularium *tunicę Musculosæ, & constrictionem fibrarum* longitudinalium *Antagonistarum eiusdem tunicæ ità scilicèt, vt quo tempore dilatatur OEsophagi pars inferior, constringatur eiusdem pars superior: dùm verò eadem Musculosa tunica ampliatur* tubuli *glandularum OEsophagi conglomeratarum excretorij altiùs invaginentur* à trochleis *dictam membranã perforantibus eòdemq; tempore magis, quàm aliàs patefactis; dùm autèm constringitur, exprimantur eidem tubuli ac veluti emungantur, propter nimirúm coarctationem* trochlearum *tunc temporis accedentem; humore interim fontium memoratorũ*

large

largè in OEsophagum collacrymante per plures poros siuè conglobatas, aut, si mauis, disgregatas glandulas per nerueam eiusdem canalis tunicam disseminatas. In his etenim Ratio antè procellis agitata securè, velut in portu, tandèm quiescere comperta est.

DIXI.

BIBLIOPOLA
LECTORI
S.

PRomiserat Preclarus Author heic Figuras exhibère, quibus Facti Veritas magis indicaretur. Verùm, cùm hoc Sibi per ocium, atque ob defectum Instrumentorum in eà, quam colit Uillam, minimè licuerit, rescripsit prestiturum Se id in alterà Editione, quam ornatiorem parat, & auctiorem; postquàm scilicèt in Urbem (prout destinat) exceptus

me

meliorem ibidèm Operibus Suis consulendi copiam nactus fuerit, hàc, quòd Se absente facta quamplurimis mendis scateat, minùs arridente: Interim nihilominùs his vel absque eiusmodi Tabulis vti cuilibet integrum esse. Uale.

IACOBI VERCELLONI PEDEMONTANJ

Phil. & Medic. Doctoris

DE

PUDENDORUM MORBIS

&

LVE VENEREA

Tetrabiblion

Illustrissimo

D. LVCÆ PERTVSATO

Dicatum.

ASTÆ MDCCXVI.

Apud Ioannem Baptistam dè Zangrandis

Superiorum permissù.

Hoc lege, quod poſsit dicere Vita, meum eſt.

Martial. Epig. 5. lib. XI.

MAGNI NOMINIS VIRO,

Illustrissimo Domino

D. LVCÆ

PERTUSATO

SACRI

SENATUS MEDIOLANENSIS

PRÆSIDI,

Supremi S. R. J. in Italia Consilij Regenti Comiti, &c.

Domino ac Mecœnati suo Gratiosissimo

JACOBUS VERCELLONUS PEDEMONTANUS

S. P. D.

NOUVM Munificentię Tuæ Argumentum hìc Posteri inueniẽt, PRÆSES AMPLISSIME. Discent siquidèm ex me qualis ergà Literatos extiteris, qui idiotam, hominem à Musarum comer-

cio alienum ſiſti Te coram iterùm non dubitaueris. Stupebunt nihilominùs adhùc magis, vbi me non, quemadmodùm anteà, ex audacià; verùm ex nutu, ex inuitatione Tua ad Te nùnc acceſſiſſe comperient: quùm nimirùm nouerint; vti ex inſcitia inſipiens factus cùm poſt editionem priorum Commentationũ mearum in Publicum vidiſſem nihil plùs profeciſſe apud vulgum, quàm ſi in folle nugas obtuliſſem, aut ollas, iuxtà adagium, oſtentaſſem; cùmque adeò melius actum iri putaſſem cum rebus meis, ſi qualibet *didaſcalię* cura poſthabita, qua Medici ſcientiarum auidi hodierno tempore obolum in triuio emẽ-

dicare coguntur, in illorum partes transiͯssem, qui verbosi & iactabundi Magnatum fores obsidere, cultè luculentèrque viuere satagunt, Tu, PRÆSES AMPLISSIME, indicto per humanissimas litteras *phasmatum* eiusmodi contemptu, morum huius seculi & calamitatũ tolerantia inculcata ità me in pristino instituto meo confirmaueris, vt non tàm ad noua Studia, quàm ad nouas insupèr ipsorum euvlgationes impulieris. Dicent equidèm tùnc Mecœnatem Te omnium maximum, ad dirigendas præuaricationes hominum veluti natum, Legibus condendis parem dignissimumque & quem *Consultissimi*

ipſi ſuſpiciãt, & *Reges Cæſareſque* in difficillimis negotijs adhibeant, & totus demùm Orbis veneretur. Aſt miſsis Proprijs Tuorumque laudibus, à quibus abſtinere Tui etiàm pars Conſilij eſt, dicam futurum rurſùs hinc, vt & grates quandòque plurimas Tibi ſit habitura Poſteritas; vbi nempè intelliget Opellam hanc Tibi ortũ ſvum debere. Debebit etenim & Tibi quicquid emolumenti ex ea percipiet; nec dubito, quin multum ſit perceptura Auſpice imprimis Te, PRÆSES AMPLISSJME, qui omnes Liberalitate, Sapiẽtia, Conſilio iuuare conſueuiſti. Vale.

Aſtæ Kalend. Auguſti
1715.

AVTHOR
De Editione huius Operis ad Lectorem.

QVód Libellum hunc ROMÆ inchoatum anno 1701. nonnisi nunc ASTÆ absolutum videas, ne mireris Lector. Fuerat ad lucem nimiúm præcox; vtque *plus satis festinata seriùs ad finem* (inquit *Plato*) *perducuntur*, sic Libri præmaturi. Scilicét, eram paulo iunior, annorum circicitèr 23., quùm illum edere incæpi. Jbidém nēpé in Archiospitale S. Jacobi Incurabilium ad Praxin medicam exercendam accitus cúm offendissem statim numerum propé incredibilem eorum qui non tàm Fortunæ, quàm *Veneris* flagris pessimè subacti [plané iuxtà illud; *Venus etiàm paruis in tectis habitat*) opem imploratum veniebant, mearum partium esse duxeram neruos intendere, vt ijsdem opitularer; insupèr, & quià á Medicis passim per Italiam obuijs didiceram non esse tutum ad Jnfirmos absque *Antiuenereis* accedere, notas mihi compilarem, quibus in reliquis morbis pro ijsdem exhibendis ad Cynosuram dirigerer. Propositi igitur tenax congesseram toto biennio, imò & triennio, Obseruationes de *Pudendagra*, quæ ibidèm pleno velut horreo dabantur: cúmque ijs mox iuxtà quatuor Medicinæ partes Physiologiam, Pathologiam, Simioticem & Therapeuticen

[Hy-

[Hygiene ad Physiologiam relata] distributis, Tetrabiblion compegissem ad meum ipsius modulum & eorum, quæ nupèr *Monspellij* habueram ab eximio Professore eodemque Præceptore meo D. D. *Petro Chirac* Aurelianensis Ducis nunc Medico celeberrimo [cuiusque siué hospitalitatis, siuébeneficentiæ, amoris, institutionis, aut laudum denique in me túm adolescentulum atque immerentem clam, coram, vbique ac passim effusarum memoria apud me posterosque meos æterna erit] operæpretium fore duxeram si idem publici iuris efficeretur. Nedúm autém ordinato prælo monuit me Jllustrissimus *Bartholomæus Torini* Archiater túm Pedemontanus præclarissimus, cum quo consilium communicaueram, *non decere*, inquiens, *imberbem Medicum typis quidpiam mandare, seniumque esse exspectandum.* Quamobrém pænitentiâ ductus manum ferulæ, vt aiunt, libentér subduxissem, nisi præualuisset in iuuene inanis gloriæ œstrum, quo iám, quò non licebat impellebar. Nihilominùs acceptis posteá literis ab Excellentissimo D. *Fantono* Professore Taurinense, quibus sciscitabatur *Ecquid mihi videretur* Nicolaum de Blegny, *aliosque plurimos de tali argumento digné satis non disseruisse*? abstinui ab opere. Jgnarus quippè eorum, quæ in Medica Republica hactenùs gesta fuerant, censueram ante me neminem extitisse, qui *Venereorum* morborum Causas, Differentias, Signa & Curationem denique tradidisset, meque adeò potissimo iure talem impressionem meditari debuisse? Euertit veró denique & tale propositum

om-

omninò, idem D. *Fantonus* nuncians transijsse illàc Nepotem Doctissimi *Musitani*, Patrui scripta, intér quæ primo loco Tractatus de Lue *Venerea* reperiebatur, Geneuam adsportantem Typis mandanda. Quid igitùr reliqui, nisi vt tempori inseruirem, expectaremque quid noui hic esset allaturus; interim & vt comparatis laboribus eorum, qui hactenus de *Pudendagra* scripserant, discerem mei ne alicui interdum vsuuenire possent, nùmque adeò fortè cum tempore proferendi, an frustranei inuenti ad extremum essent sepelliendi? Hinc porró à NaturæLibro [quem in Anatomijs peruolutum ad alios congregandos sufficere vsque credideram, quoque adeó in meo casu duntaxát vsus fueram alijs vtpoté destitutus] lectione ad carthaceos translata Scriptitationum mearum ità obliuisci cæpi, vt reuersurus in Patriam Amico commiserim colligendas, mihique, si daretur occasio, transmittendas. Redux autem factus, cúm non, nisi de *Pudendagrographis* mihi comparandis sollicitus essem; nec, nisi Librorum huiusmodi lectitationi incumberē, nescio quo fato [siué id cōtigerit, ex eo quòd suum cuique pulchrum [*delectat veluti Balbinum polypus agnæ*, ex *Horatio*] siuè, quód expectatione mea fraudatus ipse viderer, meorum desiderio iterùm carpi cæpi: Jàmque reddita mihi aliquandò fuerunt ea scripta, sed lacera acdúm humentia ex naufragio, quo in transitu per mare fuerant periclitata. Cùm verò vix recuperata deserere, instante scilicêt obsidione Taurinense, Librisque illìs valedicere vná debuerim Corde

Pudendagrologica omnia exciderunt; conuersoque alió, rure [quò diuerteram] animo, Dissertationes Anatomicas paraui [quarum prima vulgata iam est] aliasque Exercitationes Practicas, inter quas *Tetrabiblion* postremo loco reponebatur. Nihilominús hic hostiles flammas tandem eluctatus, adeòque ab aqua & igne, cui meritó erat deuouendus, incolumis factus gratiam aliquam inire cæpit: eò magis, quód noueram iàm, *Musitanum*, *Blegny*, *Le Monier*, aliosque de Lue *Venerea* Scriptores rem minùs propiùs, quám crediderá, attigisse. Quo factum, vt Lucubrationibus alijs, quæcunque licèt ad manum essent, amotis, ipsum quamuis in Exercitationum Practicarum ordine quartum anté alia in lucem prodire maluerim, & ne demùm longiùs pressus plus quàm Elephanti partum fortassis audiret. Cœterùm quid in Exercitatione huivsmodi præstiterimus suprà tot *Pudendagræ* Dictatores ipse idem nosces, Lector ingenuè. Mihi certé in ea nil magis cordi fuit, quam vt *Brunoni* satisfacerem sic loquenti: *Vix, ac ne vix quidém adhuc de vera & accurata huius morbi* (nempè Gallici) *indole, causis & generatione certos nos esse licet ob indeterminabilem symptomatum in diuersis indiuiduis varietatem*. Eapropter, si parùm á scopo aberrauimus, intentum obtentum est; sin itá, aliqualé saltim ordinem tot varietatibus nos posuisse gloriabimur. *In sparsa namque & confusa quâuis materiâ* (ait *Lipsius*) *ordinem seruare id Socrates apud Platonem diuini viri censet, ego diuini doni*. Vale.

CONSPECTUS

CONSPECTVS
Eorum, quę in Quadripartito hoc Opere continentur.
CAPVT PRIMVM Theoreticum.

PROLOGVS.

PROPOSITIO 1.

E purâ *Venere* etiàm impuram nasci pag. 3.

I *Probatur exemplo proprio* Jbid.
II *Et alieno:* Jb.
III *Itèmque ex aliorum Authoritate.* p. 5.
IV *Quæritur, an Fœmina Masculo citiùs inquinetur?* p. 6.

PROPOSITIO 2.

Ab excessu in Coitu *Muliebre Pudendum* primariò infici. p. 7.
I *Quià Mulier est magis libidinosa,* Jb.
II *Et magis pathica* p. 8.
III *Præsertim quòd* Pudendum; p. 9.
IV *Et quià magis conspurcatur.* Jb.

*

PRO-

PROPOSITIO 3.

Succum *glandularũ Vaginaliũ* ab insolentiori *Venere* lædi ante reliqua *Muliebria* p. 10.

I *Ob* Calorem, pag. 11.

II Agitationem Ib.

III *Dissimilium corporũ* commixtionẽ Jb.

IV *Et quiá denique liquida præ solidis magis subiacent fermentationi.* p. 12.

PROPOSITIO 4.

Quamobrèm Succus *Vaginæ* præfatus ab intẽperantiâ in Coitu corrumpatur? Ib.

I *Effectus* Caloris *immodici*, Ib.

II *Nimiæ* Agitationis, p. 13.

III *Et* Confusionis *corporũ extraneorũ.* p. 14.

IV *Corollarium de Natura succi* Vaginalis *mutati.* p. 16.

CAPVT SECVNDVM
De Pudendagra Muliebre.

JNTRODUCTIO.

J *Qualitèr* Uaginalis *humor corrumpatur.* p. 17.

II *Natura corrupti eiusmodi liquoris.* p. 18.

III *Eiusdem profluuium;* p. 19.

JV *Vndè Gonorrhœa.* p. 20.

§. 1.

J *Muliebris Gonorrhœę diuisio in simplicem & compositam.* p. 20.

II *Sim-*

II *Simplex non est á* Lacunis, pag. 21.
III *Neque ex Vtero;* p. 22.
IV *Sed à* Glandulis Uaginalibus *suprà memoratis.* p. 25.

§. 2.

J *Composita, siuè Virulenta vndè?* Ibid.
II *Et hinc vlcerum ratio* p. 27.
III *Et Symptomatum concomitantium.* p. 29.
IV. *Eiusmodi morborũ causę remotiores* p. 35.

§. 3.

J *Fluxuum Muliebrium differentię;* p. 37.
II *Signa Gonorrhœæ diagnostica;* p. 39.
III *Signa Prognostica.* p. 44.
IV *Prognosis Vlcerum.* p. 47.

§. 4.

J *Indicationes curatiuæ Gonorrhœæ simplicis.* p. 50.
II *Et Gonorrhœæ virulentæ.* p. 56.
III *Cura accidentium istius morbi.* p. 58.
JV *Curatio diætetica.* p. 59.

CAPVT TERTVM
De Mentulagra
PROLVSIO.

J *Capitis argumentum:* p. 60.
II *Obseruatio Anatomica;* p. 61.
III *Vsus huius Obseruationis,* p. 62.
IV *Et diuisio prȩsentis capitis.* p. 63.

ARTICULVS PRIOR
De Affectibus partium Obscænarum, siuè Genitalium Exteriorum in Viris

§ 1.

J *Morbi extrinsecè* Præputio *contingentes*, Jbid.
II *Morbi intrinseci*. pag. 65.
III *Labes* Fræni, Coronę & Glandis, p. 67.
IV *Et tandèm* Scroti p. 68.

§. 2.

J *Accidentia Vlcerum in* Prępùtio *externo*; p. 69.
IJ *In* Prępùtio *interno*; p. 70.
III Coronæ, & Glandis: p. 72.
JV *Accidentia Verrucarum & Excoriationum*. p. 76.

§. 3.

J *Signa causarum distinctiua*: p. 79.
II *Prognosis Vlcerum*, p. 85.
IIJ. *Verrucarum* p. 87.
JV *Et Excoriationum* p. 88.

§. 4.

J *Curatio Vlcerum*, Jb.
IJ *Phymoseos & Paraphymoseos*, p. 92.
IIJ *Bullarum Crystallinarum*, p. 99.
JV *Verrucarum & Excoriationum*, p. 100.

AR-

ARTICULUS POSTERIOR
De interiori Virilitate læsâ

§. 1.

J *Obſeruatio Anatomica de Lymphæductibus* Penis. p. 101.
II Sidenhamij *Opinio de Sede Gonorrhœę Virilis*; p. 104.
IIJ *Vera eiuſdem ſedes*, p. 106.
IV *Et proceſſus morboſus* p 110.

§. 2.

J *A Gonorhœa incõmoda in* Proſtatis, p. 112.
II *In Vrethra*, p. 115.
III Ueſſiculis Seminalibus, p. 122.
IV Teſtibus & Perinæo. p. 125.

§. 3.

J *Diagnoſis Gonorrhœæ ſimplicis* p. 128.
II *Et Virulentæ*: p 132.
III *Prognoſis prioris*, p. 134.
JV *Vt & poſterioris*. p. 135.

§. 4.

J *Cura ſimplicis Gonorrhœæ* p. 136.
II *Nec non Complicatæ, ſiuè inueteratæ* p. 145.
IIJ *Curatio Hyperſarcoſeos* Uenereæ, *ſeu Carunculæ meatus Vrin.* p. 153.
JV *Et Herniæ* Venereæ. p. 158.

CAPVT QVARTVM
De Morbis Utriusque Sexûs, &
De Affectibus Totius, ubi
DE LVE VENEREA:
ARTICVLVS I.
De Pano inguinis.

§. 1.

I	*Bubonis nomenclatura*	pag. 164.
II	*Causa*	p. 165.
IIJ	*Ortus,*	p. 169.
IV	*Incrementum*	Ibid.

§. 2.

J	*Maturatio,*	p. 170.
IJ	*Abscessus,*	p. 173.
IIJ	*Suppuratio & vlcus,*	Ib.
JV	*Gangrana.*	p. 175.

§. 3.

I	*Signa Diagnostica*	p. 177.
IJ	*Prognosis Bubonis non aperti;*	p. 179.
IIJ	*Vlcerati,*	p. 183.
IV	*Gangranosi.*	p. 185.

§. 4.

J	*Cura Bubonis* Venerei *benigni;*	p. 186.
IJ	*Maligni, siuè non suppurantis,*	Ib.
III	*Aperti*	p. 190.
IV	*Sphacelati.*	p. 191

AR-

ARTICULVS 2.
Subsidiarius.
De Morbis Femorum

I *Rhagades & Verrucæ* Coxarum, pag. 193.
II *Mulieribus præsertim famuliares* p. 195.
III *Vt & aliæ ad* Interfæminium. Ibid.
JV *Earundem cura.* p. 196.

ARTICULVS 3.
De Ani Condylomatis.

§. 1.

I *Inuectiua in Pædicones.* p. 197.
II *Condylomatum generatio simplex,* p. 198.
III *Complicata.* p. 199.
JV *Viri præ Fœminis sũt huic morbo subiecti* Ib

§. 2.

I *Condilomatum numerus, mollities, rigiditas.* p. 200.
II *Pruritus,* p. 201.
III *Inflammatio & Exulceratio,* p. 202.
IV *Mortificatio & Gangræna.* p. 203.

§. 3.

I *Signa diagnostica Simplicium.* Ib.
II *Nec-non malignorum.* p. 204.
III *Prognostica priorum,* p. 205.
IV *Vt & Posteriorum* Jb.

§. 4.

J *Cura cum ferro & igne* p. 206.
IJ *Et cum localibus* p. 207.

III *tam*

IIJ *Tàm ad Cristas simplices*, Jb.
IV *Quám ad virulentas* p. 208.

ARDJCULVS 4
De Lue Venerea

§. 1.

J *Causa morbi remota*; p. 209.
II *Eius diuisio in* Legitimam, p. 210.
III Spuriam, p. 211.
IV *Et* Hęreditariam. p. 213.

§. 2.

J *Causa proxima* p. 214.
II *Accidentia Morbi Gallici* Legitimi. p. 217.
III *Accidentia* Spurij. p. 247.
IV *Et* Hęreditarij. p. 251.

§. 3.

J *Natura eiusdem Morbi.* p. 256.
II *Differentiæ* p. 257.
III *Diagnosis* , p. 260.
IV *Prognosis* p. 270.

§. 4.

J *Cura Luis* Uenereæ Legitimæ p. 176.
II *Curatio* Spuriæ, p. 308.
III *Et* Hereditariæ. p. 309.
IV *Cura Diætetica.* p. 311.

TYPO-

TYPOGRAPHVS LECTORJ BENEVOLO.

ERratis in hâc prima Editione cùm neque ipſe ob ruditatem, neque Author mille curis diſtractus occurrere potuerit, Tvum erit *Lector Candide* vel ignoſcere, vel ſupplere, vtro, quem libuerit modum, de vtroque benemeriturus. Vale

IUSSU A. R. P. Lectoris Jo. Caroli Bordini, Uicarij generalis S. Officij Astæ, eiusque Dioecesis, Librum perlegi, cuius Titulus, JACOBI UERCELLONJ PEDEMONTANI Phil. & Med. Doct.; *De Pudendorum Morbis*; cumq; in eo nihil repererim, quod bonos mores, aut Orthodoxam Religionem offendat, Typis permittendum censeo. Dat. Astæ, in Conuentu S. Mariæ Magd. Ord. Præd. die 16. Augusti 1715.

F. Dominicus Antonius Maria De Quinqueuijs, de Medico Lectori Præd.

APPROBATIONES

DE Mandato A. R. P. Jo. Caroli Bordini Uicarij Generalis S. Officij Asten. legi Librum cuius Titulus est JACOBI VERCELLONI PEDEMONTANI Phil. & Med. Doct. *De Pudendorum morbis*, in eoque nihil quod ortodoxæ Fidei Principibusque aduersetur inuento Typis committi posse testor. Astæ die 5. Augusti 1715.

Io: Baptista Vulpinus, Asten. Vrbis, eiusque Ditionis Pro Archiater, & Serenissimæ Cariniani Celsitudinis Medicus Cubicularius &c.

Attentis Præfatis attestationibus

JMPRIMATUR

F. Io. Carolus Bordinus Ordinis Prædicat. Vic. Generalis, Sancti Officij Astæ.

JACOBI

JACOBI VERCELLONI

PEDEMONTANI

PHIL. ET MED. DOC.

DE PVDENDORVM MORBIS

TETRABJBLION

CAPVT PRIMVM

THEORETICVM

Prologus.

SEPOSITIS, exemplo *Syluij* & aliorum [quotquot res magis, quám verba curant] quæstionibus prooemialibus quibuſcunque, dicam more meo, breuitér, intelligere me 1. *Pudendorum* nomine *membra quacunque Veneri inſeruiunt*, ità ſcilicèt appellata, quód *libidinis* (ait *Auguſtin.*) *nos* *ma-*

l.15.Ciu.

A

maximè pudeat, siuè, vt mavult *Commenius*; *quòd eadem nominare multòque magis reuelare intemeratus vetet Pudor*. Quo fit, vt in ijsdem dessignandis diutiús immorari non libeat. *Quæ enim natura occultauit* (inquit *Cicero*) *ea omnes, qui sanà mente sunt, remouent ab oculis; quarumque partium corporis vsus sunt necessarij, eas neque partes, neque earum vsus suis nominibus appellant: quodque facere turpe non est, modò occultè, id dicere obscœnum est*. Quàmuis tamen ab hoc officij genere dispensandus est Medicus, & cum officiosissimum ei sit Impudicorum probra, meritasque idcircò poenas manifestare; nobis propterea decursu istius Tractatus hęc ipsa præstituris, & si minús, quàm pro officio quid dictum fuerit, hoc ipso in limine veniam præfaturis.

Comprehendere me, iterùm & consequentèr ad dicta, sub *Pudendorum Morbis*, *quotquot à Venere sunt*, cœteris aliundé genitis, illegitimis, in istorum cœtum haudquaquàm cooptatis. Excludimus propterea hinc vitia omnia tùm naturalia tùm prætèr naturam ab intrinseco principio [pręcisa tamèn sempèr *Venere*) *Pudendis* aduenientia, aut à violentiâ aliquâ externa

terna

ternà, puta, ex uulnere, casu ab alto &c. Sed insurgis, *Venerem* innoxiam mali nihil vnquàm intentare. Prò responsione sit.

PROPOSITIO I.

Ex pura Venere *etiàm impuram nasci.*

PVritatem voco hìc, quę in Uirginum corporum munditie consistit: quà non obstante, assero, quòd, si coniuges partibus *Venerem* spectantibus abutantur, ex munditie sordes, ex his earundem partium labes oriantur. Patet res exemplo: vna è nostris Virginibus spectatę, & formæ, & virtutis, ętatis anno sextodecimo, viro pugili trigenario nupsit, à quo velùt ab equo, & mulo (seruatis seruandis, vt dicitur, vtque in *Sacris Paginis* legitur] idest enormitèr agitata, perendino post coniugiũ die inferiùs tota madere, deque fastidioso mixu querula esse cœpit; negocio cum Præceptore meo communicato, inuenta est Gonorrhæâ laborare, quà tamen neuter coniugum ante, neque per Parentes, fuerat afflictatus.

I. Probatur exemplo proprio.

Obseruatio

Simile aliud affert *de Blegny*, cuius adeò verba,

II. & alieno

verba, proût extant, heic ad vlteriorem fidem duxi tranſcribenda. Vne Fille [in-„ quit]de quatorze a quinze ans eſtant pour-„ ſuiuie par ſa mere, qui la vouloit battre,„ allá ſe ietter entre les bras d'vn des freres„ d'vne certaine Communautè d'Ovriers,„ qui eſt eſtabilie dans vn lieù, qu'il'n'eſt„ point neceſſaire de nommer. Ce frere la„ conduiſit dans ſa chambre, & la força: il en„ fit enſuite confidence à vn autre, qui cou-„ choit ordinarement auec luy, qui ne man-„ quá pas de proffitter de l'occaſion, & de„ l'indiquer ancore à vn autre, en ſorte, qu'„ en trois iours, qu'elle y fut, il y en fut ſix,„ qui en abuſerent. A la fin, le plus prudent„ d'entre eux voyant que cette rencontre„ pouroit amener quelque facheuſe ſuitte,„ enuoya cette Fille par vne femme, qui„ feignit de l'auoir trouèe dans vne Egliſe.„ Elle fut auſſitot enfermèe dans vn cabinet,„ ou perſonne ne povuoit entrer, que ſa me-„ re; a qui elle ſe plaignit ſix jours apres de„ ce qu'elle ſouffroit des tres grandes dou-„ leurs en vrinant. Elle fut dabord viſitèe„ par vn Chirurgien, qui aſſeurà, qu'elle„ auoit vne Chaudepiſſe venerienne. On„ negligeà de la penſer, parce qu'elle ſoutint„

que

que celà n' etoit pas veritable; & douze „
iours après il luy vint vn bubon dans l' „
aine droite. Comme ce nouel accident „
acheuá de conuaincre sa mere, elle fut con-„
trainte de declarer tout ce, qui s'estoit passè, „
pendant sa fuitte. Les freres furent visitez „
par ordonnance de justice. On les trouvà „
tous sains & netz; & celui, qui m'a fait „
part de cette histoire m'a assevrè, qu'il les a „
touiours frequentez depuis familierement „
sans auoir rien vú paroitre d'eux: quoy „
qu'il y ait Enuiron deuze ans, que la cho-„
se soit arriueè.

Quamobrèm in nostras partes venire non dubitarunt cum alij plurimi, tùm imprimis *D. Vcay*, cuius textus itá habet: On scait „ que si vne fille parfaittement saine & pucel-„ le, si on veut, afin qu'il n'y ait pas au-„ cun supçon de mal venerien, se meloit „ parmi vne demi-douzaine de garçons aussì „ sains, qu'elle, & se debauchoit tour a „ tour auec eux, ou les vns, ov les autres aurient bien-tot la verole, & tous ensemble la con-„ tracteroient enfin par la repetition des „ actes veneriens. On a que trop d'exem-„ ples [subdit paulo inferius] de ces verites „ & on ne scait que trop de malheurs, qui „ sont

IIJ. Jtemque ex aliorũ *Authorũ* consensũ

ſont arriuez au debauches de cette ren-„
contre. On lit pluſieurs de ces hiſtoires dans „
les liures, & les perſonnes raiſonables ne „
doutent plus, que la verole ne ſe produiſſe „
de cette façon. Sic Indi non ob eſum animalculi Inquanas, vt *Recentior* quidam ſomniauit, neque ob anthropophagiam, Syderum influxum aliaſque, quotquot commenti hactenùs ſunt ludiones Pudendagrographi; verùm ob illam cauſam, quòd nimirùm, effrænis luxuriæ ſint, veluti pro vernaculo habent *Pudendis* laborare. Sed audiamus nunc demùm adhúc *D. de Saint Romain*: qui croiroit en effet [ſunt eius verba] „
que le ſeul vſage immoderè de Venus fut „
capable de doner la Verole? il n'y a pourtant „
rien de plus certain: & nous pourions rap- „
porter icy l'experience de pluſieurs perſon- „
nes, a qui ce malheur eſt arriué, s'il eſtoit „
permi en cette matiere, comme en plu- „
ſieurs autres de nommer les gents par leurs „
noms, ce que nous ne faiſons pas icy pour „
eſpargner leur honneur.

JV. An fęmina citiùs Maſculo inquinetur?

Cùm itàque in plano iàm Theſis noſtra verſetur, venit inquirendum mas-ne, an fœmina citiùs ab aſſiduis eiuſmodi exercitijs fædetur. Dubium nàmque mouet, quòd,

dum

dúm hæc ſcriberem, venit ad me quidam novus maritus benè humeratus, neruoſus, retulitque vti octiduo poſt, quàm nuptias celebraſſet cum virgine alioqui pudicà, probis parentibus & ſatis honeſto loco natà gonorrhæam contraxerat, qua tùm magnoperé affligebatur, ob id ſolúm, quòd per id tempus ab appetito cuncubitu nunquàm ſe temperare valuerit. Verùm, vt casus iſte rarus eſt, cenſeoque ortum à latente aliquo ſeminio [quidquid contrà vir idem reclamaret] & quod túm fortè, dato impetu, fuerit ſuſcitatum, ità ſuperiores creberrimos, & conſtantiſſimos habeo, ſiué tales, vt baſeos loco eſſe poſſint dicendis infrà, inter quæ incipit.

Obſeruatio.

PROPOSJTIO II.

Ab exceſſu in Coitu Muliebre Pudendum *primarió infici.*

NAM, ſi *Laſciuiam* conſideres, invenias in eo Sexu parentem Otivm, inuenias Mollitiem, Intolerantiam, Infidelitatem, Auaritiam, Suaſibilitatem & ſexcenta alia ità, vt nihil deſit ad illius nutricationem è con-

I. Quià mulier eſt magis libidinoſa.

è contra in Uiris Labor, Prudentia, Gloria omnes eiuſmodi ſtimulos aueruncant;

II. Et magis pathica.

Si veró *libidinandi patientiam*? videas Semiramidem, anum peſſumam hirciſſantem non ſolúm admittere, aſt etiàm provocare pleroſque è ſuis militibus, qui formà eſſent elegantiore; filij quòque & equi congreſſum appetere &c. teſtantibus id *Diodoro*, *Trogo*, *Plinio* & alijs plurimis: videas Meſſalinam, illam indomitæ libidinis catulam, ex *Suetonio*, eligere præſtantiſſimam ex proſtitutis ancillis mercenariæ ſtipis, eamque die ac nocte ſuperare quinto ac viceſimo concubitu; videas Cleopatram, quæ ſub vnà nocte ſumpto cucullo in lupanari proſtribulo centũ & ſex virorum amplexus pertulerit: videas quid, inquam, videas? nonnè proſtant palàm, vbique & diù nouæ ſemper Laides, ad quas ciues turmatim conuolant, nouæ Thaides iuuentutem corrumpentes, nouæ Cœliæ de quibus *Martialis*;

Das Catis, das Germanis, das Cælia Dacis,
Nec Cilicum ſpernis, Cappadocumq; toros:
Et tibi de Pharia Memphiticus vrbe fututor
Nauigat, è rubris & niger Indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum &c.?

cum his igitúr etiamsí Commodos, Gordianos,

dianos, Proculos, aliosque notissimæ lasciuiæ viros conferas; tantum abest, quin superatas censeas, vtij vel à vili qualibet meretricula rideantur. Et de facto, si Mas, dùm in micronepilepsiam, *Hippocratis* verbo, siuè in parvum illum morbum comitialem incidit, tantam sui iacturam facit, vt Vertigines, Tabes, Fatuitates [quarum non ignarus testis sum] aliquandò patiatur, quid est amabò, quod suprà fœmininam libidinem præsumat?

III. præsertim quód *Pudendum*:

Verùm neque hìc profectò sistitur omninò, mulierum maior in se conspurcando facilitas; consistit vel maximè in eo, quòd in Coitu plura patiuntur, quàm viri. Etenim in eo actu *Exterius* Vteri *Ostium* comprimitur; *Alæ* extenduntur, nonnunquàm etiàm: diuelluntur: *Clitoris* vnà cum inhærente smorchià conquassatur; *Rugæ* tandèm *Vaginales* annexæque partes ampliantur, locomouentur, agitantur: è conuerso *virile membrum* nihil tale perfert, nisi, ad summum, quòad *Frænum Glandis*, vt si mulier fuerit Atreta.

IV. & quià magis cō spurcatur.

Prætereá mulier partes sui Sexus discriminatiuas habet omni inluuie deformes, latrinas iccircò, aut, cum *Scaligero*, recessus

Cloacarum appellatas. Fluunt quippè exindè, prætèr lotium, menſtrua diuerſi generis, Saliua *Lacunarum*, vdor *Vaginalis*; quę porrò vel retenta innumeros pariunt morbos, vtcunque verò eiecta ipſi *Pudendo* noxia eſſe non deſinunt, vt ſi per ſe, vel [quod crebriùs contingit]ex intẽperanti coitu fuerint alterata. Iunge demùm, quòd *Pudoris* ille *ſinus* quaſi ſordium ſibi non ſit ſatis, *Priapi* amurcam auerrit in eo luſu, mariſque ſemen recipit, iſtò interim, nempè *Priapo*, nil, niſi *humorem Vaginalem* lambente. Quæ cúm itá ſint, liquet Muliebre *Pudendum* præ Virili ſubiectum eſſe *Venereis* affectionibus, principemque iſtarum ſedem in priori potiùs, quàm poſteriori quærendam eſſe. Vndè adeò emergit.

PROPOSITJO III.

Succum Glandularum Vaginalium *ab inſolentiori Venere lædi antè reliqua* Muliebria.

PAtet Aſſertũ. Quò námque actio coitûs tota collimat, indè, & ipſius effectus ſequantur neceſſum eſt: vt verò eadem actio in *Vaginam* omninò refunditur, ſic etiám illius

illius malitia, in hanc, indè eſt attendenda. Probatur anterior pars conſequent. Nàm *Venerea* actio in *Calore*, *Agitatione* diuerſorum corporum *Commixtione* conſiſtit: Et *Calor* quidém vtut toti corpori per id tempus communis ſit, potiſſimùm tamen *Vaginam* vrit [vt nempé & vulgo vſitatum ſermonem vſurpem, qui in Ippomaneas, hoc eſt libidinoſas, iactatur,) cùm nimirùm ſanguis, impellente animo, tùnc ſolito magis illam ſuffundat, eique calori adiungatur alter ex *Priapo* itèm in tali œſtro valdoperè ferueſcente: ſimilitèr neque *Agitatio* aliud, quàm *Scaphium* (*Satyrici* appellatione) reſpicit, inſtante ibidem imprimis *Glande Penis*, quæ illius *Rugas* principalitèr obtrectat; ac denique *Commixtio* corporum extraneorum: cùm hæc in eo loco tota perficiatur, nec tantùm quòad Organa, quàm quoad Inorganica. Quippè dicere, quód ſemen in Vterum inijciatur Coitüs tempore, vanum eſt [vti ſcilicèt ex *Diſſertatione* noſtrà *Anatomico-Medica quarta de Conceptione muliebri in Vtero* fiet palam.] Remanet igitùr, vt concludamus, quemadmodùm actio *Venerea* omnis, ſeú quód ſingula ſua conſtitutiua, *Vaginam* intendit, ſic & paſſionem

1. Ob *Calorem*;

2. *Agitationem*,

3. Ob diſſimilium corporũ *Comixtionem vaginam* precipue affligentẽ.

quamlibet *Veneream* isti indè obuenire; & rursùs, quandoquidem intèr *Vaginalia* nihil æquè obnoxium est dictis causis, atque succus *Glandularum* eiusdem *Vaginæ*, & præsertim, quiá fluida solidis citiùs alterari consueuerunt, propereá humorem hunc præ cœteris mox indicatis partibus *Venereæ* corruptioni subiacere. Iàmque adeó modum rationemque huiusmodi alterationis demonstrabit.

4. Et quia liquida solidis magis subiacent fermentationi.

PROPOSJTIO IV.

Quamobrèm Succus Vaginæ *præfatus ab Intemperantià in Coitu corrumpatur?*

LEX Chymicorum est inconcussa [quam etiam *Willisius* docet] pleraque fluida, alterari, corrumpi, mutari in alia *Calore* immodico, nimiá *Agitatione* & corpore extraneo & non miscibili ipsis *confuso*: prorsùm, quasi Chemiam Thesi nostræ videas prolusisse. Et, quod Calorem: *Vina tenuuia* [exemplum est præfati Authoris] *aut cereuisia generosior dolijs inclusa, tempore æstiuo radijs solaribus exponuntur, aut etiàm, bruma vrgente, propè hypocaustum in loco calido deti-*

de Ferment. C. 7.

J. *Effectus Caloris* immodici,

nen-

nentur : hoc modo dùm ſpiritus nonnulli euaporant, reliquis ſub iugum miſſis partes ſalinæ exaltantur & acore ſuo totam liquoris maſſam inficiunt; nec tantùm vina diutiùs ſeruata, aut cereuiſia inueteraſcens, à quibus ſpiritus ſuâ ſponte exierunt, ſed recens muſtum, at cereuiſia nouella hoc modo in acetum tranſeunt. A pari ergò *Vaginalis* humor poſtquám importuna libidine excalefactus volatiles partes amiſerit, quid eſt, quòd, remanentibus in eo duntaxàt fixis, ijſdemque loco-motis atque ſubuerſis, in acidum non degeneret? Aduerti non raró in nouis nuptis recrementum illud ex laſciuia ſic efferbuiſſe, vt internum *Præputium* excoriarit, *Glandem* eiuſque *Coronam* rhagadibus edolarit: quæ propterea iſti monſtratum veniebant dolore perculſi; nec *Vuluæ* arctitudinem incuſabant, quam non erant experti ex feruore in coitu percepto ſibi talia inaugurantes.

Obſeru.

Quod Agitationem; in comperto eſt vel ligna, vtcùnque etiàm dura torno circumacta odorem (notante Nob: *Greuu*) emittere, & quæ antè erant inodora; poma, & Vegetabilium folia digitis attrita fortiùs olêre: ipſa denique *Verenda* in Virginibus minùs ſordeſcere, quàm in fœminis iàm à longo

IJ. Nimiæ *Agitationis*

 tem-

tempore ſubagitatis. Efficit namque hic Affrictus, vt *Glandulæ Viginales* (quemadmodum aliàs etiám Cutaneæ) liberiùs perſpirent, ſaliaque in ijs contenta citiús in actum exerantur. quapropter earundem ſuccus paulo petulantiùs conquaſſatus, vt oui albumen, ſpumeſcere, euaporare, ſolito magis excandeſcere debet.

JII. & *confuſionis* corporum extraeorum.

Poſtremò, quod attinet extraneorum corporum, nec miſcibilium, ideſt fermentorum, *Confuſionem*; huius encheireſis, aut in alterandis liquidis energia, nedúm in Spagyricis, & Pharmaceuticis in ipſis etiàm Vinarijs &cereuiſarijs operationibus elucet. An autém maſculinum præcipuè ſemen ſe habeat ad dictũ *Vaginæ* humorem tanquàm menſtruum quoddam, aut fermentum, nulli dubium eſſe poteſt, qui aduertat ab eodem ſemine ipſum etiám muliebrem ſanguinem alterari, vt videre eſt in imprægnatione; & prætereà ex eo, quòd fæminę quotquot pluribus ſui corporis copiam faciunt (Spadones itèm & Eunuchi) languidę proſtant, non arrogant, fiunt deſides corpore debilitato, rancidæ axungię nidorem exhalant &c. Quæ cumità ſint, ſi complures idcircó eiuſmodi *commixtionum* perferat præfatus

fatus

fatus humor, considera qualis eiusdem sit futura mutatio, eius, inquam, succi, qui prior sanguine iroratur abs tali menstruo, quique isti immediatè nubit. oppones fortassè, non posse còmmisceri semen cum succo in *glandulis* stabulante. Ad quod resp. 1. quód, cùm hic *Vaginæ* inseruiat lubricationi, vt proindé assiduò stagnat in idem vas, sic ibidèm cum semine confunditur coitùs tempore, confusus autém quandòque absumitur à venosis ductibus, inque eiusdem *Vaginæ* substantiam vltimò adsportatur. 2. trãsuolare nihilominùs semper salia seminis volatilia in dictas *glandulas* ibique nubere eidem succo: id profectó, quod sufficit ad istius alterationem. Replicabis iàm suprà obiecta, eiaculari nimirum Virile sperma non in *Vaginam*, sed in Vterum. Ad quod tamen & ibidem responsum est, huius assertionis falsitatem tàm clarè abs me *alibi*, Deo dante, ostensum iri, vt non dubitem, quin vel obstinatissimus quisque opinioni meæ valeat acquiescere; & prætereà illùc licèt inijciatur semen, secùs ab impraegnatione tamen, nunquám retinetur: quamobrèm, dùm à fœmina reijcitur *Vaginamque* præterlabitur, vltrò istius colliquijs valet inhęrere. Summa igi-

Differt. Anat. 4. citat.

igitùr Masculinum semen habere rationem menstrui respectu succi *Vaginalis*, eique hunc in coitú vtcúnque commisceri.

IV. Corollarium de Natura Succi *Vaginalis* mutati.

Sed hàud satis est diuisim expendisse allatas Causas; contemplandæ veniunt etiàm coniunctim: considera verò, cùm vnaquęque earum per se muccum *Vaginalem* temerare valeat, quid non ausurę sint vnitim, & cùm in actum incessantèr fuerint exertæ? dices equidèm saliuam *Vaginæ* præcitatam indè oppidò corruptum iri. Superest nunc porrò exploremus quæ natura sit corrupti huiusmodi liquoris. Pro quo libet aduerere, quòd, vt in Cane saliua vitiata [vndè Rabies, & Hydrophobia] omnium calculo est acido-fixa, sic in muliere catuliente sputum *Vaginale* (Neque enim alitèr, quàm Caninę linguę assimilari solet *Vagina* túm quoad *Rugas* tùm quoàd *Glandulas*.) Adde his modó vitium commune lymphæ [quæ matrix eius est;] annè porrò, quemadmodúm hoc in aciditate consistit, sic, & labes *Vaginalis* fluidi? Lymphæ autèm acor ex eo dependet, quòd oleosa est, seú chyli portio butyrosa, digesta ac diu elaborata: quam adeò si inficieris abire posse in succum *Vaginam* oblinientem, nil moror; erit hic saltim portio eiusdem

chyli

chyli ſeroſa, ac propterea faciliùs aceſcere apta nata. Cœterum fixitas ob amiſſas in fermentatione vel, ſi mauis, in efferueſcentia magis volatiles particulas, eidem fluori corrupto tribui debet. Quo poſito pergo ad

CAPUT SECVNDVM

DE PVDENDAGRA MVLIEBRI

JNTRODVCTIO.

VAGINÆ Succum ſic, vti nouimus, excalfactum, agitatum, fermentatiuis ſalibus imbutum naturalem ſuarum partium diſpoſitionem ſeruare poſſe quis credàt? Vetat hoc certé cum motus ratio, tùm fermenti, vt quæ non alitér conſtat, quàm ſi mixti, in quod agit, glebam aliquam è ſerie depellat. Quamobrèm particularum eiuſmodi columnis inceſsúque interturbatis, vti conſuetus æthereæ materiæ fluxus per eaſdem inhibetur, ità ipſæ met inordinaté agantur neceſſum eſt: hoc facto lymphatica filamenta turgeſcunt, attollũtur, inflantur ſic, vt *glan-*

I. Qualitèr *Vaginalis* humor corrumpatur.

dulæ etiàm, vbi hoſpitantur, in manifeſtos acinos adoleſcant. Uidi ſępiùs, & mecum plures alij meminerunt, in catellis intenſiori coitu laceſſitis *Glandulas* illas *Vaginales* mole auctas, à quibus albidus iuſtoque craſſior liquor emergebat. Ex alià parte ſalinæ moleculæ in eo motu, inque illà ætheris excandeſcentià viciſſim concitantur, aliæ in alias feruntur, luctantur, digladiantur donèc integrantibus exſolutis eſſentiales veluti acuatę in alias abeunt diuerſamque à priori faciem inducunt. quippè poſt longam fermentationem facta viciſſatim multiplici prȩcipitatione eædem ab integrantibus diuerſimodè excipiantur opus eſt.

Obſeruatio.

IJ. Natura corrupti eiuſmodi liquoris.

Qualis autèm fuerit hæc noua ſalium ſic vnitorum configuratio mihi liquidò nunquàm conſtitit. Exploraui ſané lintea humore ſic corrupto recèns madefacta, atque ex microſcopio comperi in eo cryſtallos quaſdam priſmaticas vtrinque acuminatas aſſimilari quaſi manipulis ſpiculorum, quę ſerrę in modum fuerint faſtigiata; ſed quòd aliæ innumeræ ſpeciei differentis ibidèm pariter luſtrarentur, in apricum res minimè deduci potuit. Licet nihilominùs coniectare, quandoquidèm præfatus humor

Obſeruatio.

in ſtatu

in ſtatu naturali ſubſalſus, ac ſaliuæ ſimilis obſeruatur [vndé etiàm Saliua *Vaginæ* audit Anatomicis] in præternaturali idcircò auſterum eſſe, ſiuè acrem: quemadmodùm nempè in Canibus rabie percitis [quorum etiàm Glandulę ac rugæ Linguales ęquiparari ſolent *Glandulis rugiſque Vaginalibus*) ſaliua exaſperata. Atque hæc rursùm acrimonia enitet vel maximè ex eo, quòd in dicta efferueſcentia foràs deſpumatus talis humor in exitu ſuo é *Glandulis* trucidet iſtarum poros, ſicque ſphincteribus ablatis ſpõte deincèps ac perpetuó elabatur. Videntur itáqué prædicta ſalia acido-fixa, ſiué acria, vt nimirùm ſacchari acor volatilis ac balſamicus per deſtilationem euadit corroſiuus.

IIJ. Eiuſdem profluuium;

Cœterò, quod profluuium illud ſpectat; nemo in dubium reuocare debet, quin *Vaginales glandulæ* eidem ſufficiendo ſint capaces. Nàm & ne fidem propriam inuocem facit autopſia. *Reperiuntur* [inquit *Verheyen*) *per totum* Vaginę *ductũ multi* pori, *ſeù meatus exigui: plures tamen ac maiores in parte eius inferiori circa exitum meatus vrinarij: ex quibus continuo, ſaltem ætate vegetis emanat ea materiæ ſero-pituitoſæ copia, quæ ad partes illas humectandas ſufficit. In* Ueneris *actu, ac ſę-*

 pè etiam

pè etiàm in solis libidinòsis affectibus extra Pudenda *profluit, ac passim pro muliebri semine haberi solet; at perperam: siquidem verum semen non foras, neque, ex inferiori* Vaginę *parte erumperet; sed vel ex Superiori, vel ex Vteri lateribus aliàue parte interiori in cauitatem correspondentē prosiliret*. Cùm igitùr fluor ille iugitèr deriuetur in dictum *canalem*, quid mirum, si disruptis aggeribus eödem posteà exundet?

IV. Vndé *Gonorrhœa*.

Iámque huiusce inundationis nomine Gonorrœha venit salutanda, ille, inquam, morbus, qui primus omnium *Pudenda* occupat Mulieribus ex nimià *Venere* primarió datus; estque, *Brunone* Authore, *Præternaturalis, inuoluntaria, & intempestiua materiæ cuiusdam recrementitiæ, & corruptæ excretio è* Vagina.

§. I.

QVÆ quidem materia quandiù è solis totiès citatis *glandulis* prouenit, meo quidèm iudicio, Simplex venit appellanda; alitèr veró, si etiàm ex alijs partibus. Notum est enim sterni *Vaginæ* à parte eiusdem superiori atque intrà ipsius substantiam vrinæ ductum, *Vrethrę* nomine: hæc autém *Vrethra* obducitur exteriùs substantiá quàdam albi-

albicante partim glandulosa, partim membranosa, ex quà procedunt quidam meatus, qui inferiùs in principium *Vrethræ* & anticam *Vaginæ* partem desinunt, ac loca vicina humore sero-pituitoso irrigant. Cùm itàque istud corpus (*Lacunae* á plerisque vocitatæ) sit nimis vicinum dictis *glandulis*, sequitur, vt nullo negocio contracta tabe (idest etherogeneis valdè fermentabilibus miasmatis) ipsius humor paritèr in fermentationem irrumpat: quà mediante corrosivus factus auulsis foribus laceratisque ostijs demùm extrinsecús vna cum illo, nempè succo *glandularum*, inuoluntariò descendat, vtque Gonorrhœam constituat illam, quam Compositam, plerique Virulentam nominare malunt; sed dic vt vis: mihi satis est in hoc mentem meam aperuisse.

Illud autèm minimè tolerandum, quod nonnulli, intèr quos *Amatus Bourdon*, spectatis fortè eiusmodi *Lacunis*, quæ in fœminà, dúm viueret, gonorrhœam passà paulo intensiùs liuescebant, palàm prædicant, stillicidium istud ibi adeò primitùs eformari. Nàm, quòd tale spectaculũ; vidi ego pluriés in eiusmodi Cadaueribus non tàm *Lacunas*, quàm totam ipsius *Vaginæ* substantiam, quę exter-

II. Simplex non fi in *Lacunis*

Obseruat.

 exter-

exrernè vtplurimùm adipoſa eſt, adeòque & celluloſa, ad eum modum ſuggillatam, quin imò & nigram penitùs & putreſcentem. quorſúm autèm dixiſſem propterea Gonorrhœam primitùs proceſſiſſe? Ut verò me in mea opinione confirmarem faciebant vlcera, quæ duntaxàt interiorem partẽ, intactis reliquis, excauabant. hinc etenim inteligebam Gonorrhœam, quæ anſam prębuerat dictis vlceribus in hàc imprimis parte ſtabulaſſe. & præterea, nonnè patet *Vaginales glandulas*, vtpotè magis obn oxias coitùs affectionibus, præ *Lacunis* ab eodẽ eſſę diuexandas?

III. neque in Utero

Minús adhuc tamen audiendi ſunt *Archiatri Monſpellienſes* (ſaltém, à quibus hoc accepi) aut quotquot *Minadoi* veſtigijs inhęrendo muliebrem Gonorrhœam ab Utero deriuãt. Aiunt námque in hoc congeſta diuerſorum ſeminum ſalia ob ingenitam loci aſcititiamque œſtri fœminei caliditatem, fermentare, in exigua ſpicula conteri, ſulphureis flocis vinciri, ac denique abire in ſuccum aquæ ſtigiæ ſimilem: qui modó ſuccus Vterinis glandulis affixus ipſarum emiſſaria obſtruat, inflet, extendat adeò, vt manantem circùm illas ſanguinem ſiſtat. Addũt exindè reſidem hunc ſanguinem ob conſen-

ſum

ſum, quem habet cum ſemine proximè fermentante, alterari prorsùm, in ſaniem conuerti aptam, quæ matricis glandulas erodat, ac patrato vlcere Gonorrhœam ſuppeditet. Hoc, inquam, aut ſimili ratiocinio plurimi inducuntur, vt credant Gonorrhœam ab Vtero proficiſci; verùm hallucinantur cùm in alijs plurimis, tùm in eo præſertim, quòd exiſtiment ſemen in Vterum emitti immemores fortaſsè, quod ex *Haruæi* aliorumque in id experimentis compertum habent. Sed de his *alibi*, ſufficiatque impræſens compromiſſariam exhibeam Lectori candido fidem meam, ipſum acu, vt aiunt, attacturum, falſitatem opinionis de ſeminis in Vterum iniectione: interim veró aliam de Gonorrheœ generatione huic baſi ſuperſtructam nutare penitùs ac labaſcere. Sed concedamus nihilominùs vtcunque eiaculari liberalitèr ſperma etiám bis mille Admiſſariorũ vel adusq; Matricis imum, quid eſt nihilominus quod ab iſtius ſpiraculis non abſorbeatur, ac libidinis incendio non deuoretur? Perſæpé memini admotã igni geniturã è veſtigio exaruiſſe, reſſiduá tantúm remanente notà ceù limacis reptantis: quam ego cruſtulã etſi frequentẽ imaginer in fœminà viroſa, nunquã tamen

Diſert. 4. citat.

tamèn excogitabo parem, quæ cum Uterinâ serositate fermentet. Caret enim fermentatiuo principio, nimirùm sale, atque eatenùs caret ipso, quatinùs Salia seminis volatilitate tám exquisità pollent, vt in ipso fermè Vteri limine dissipentur. Vlteriùs; *credimus Minadoum* [loquar cum *Musitano*] *parúm versatum fuisse in Veneris palestra. nám mulieres meritoriæ post coitum semen non retinēt, sed indè spontè labitur, cùm lubricam & sine rugis hanc habeant partem: si quandoque illud retineri accidat, vel post aliquod tempus reijciunt, si non, concipiunt, & vteri os ità clauditur, vt specilli aciem non admittat, vel ità statim se comprimunt, vt illud reijciant &c.* Prætereà Gonorrhœã in Vtero fieri à suppurante vlcere perperàm auditur à Practicis, quibus exploratum est mulieres matricis vlcere laborantes guttatim micturire, febriculà corripi ac tabe secús ac Gonorrhœam patientes. & rursùs, nonné scorta quantumuis sordida effœtescunt, & suà quæque lunà fruuntur; quorum minimè participarent, si vtero esset affecta? Mitto, non tangam inconsideratam illam hypothesim, quæ de loco generationis curam tantúm agere videtur, de loco lasciuiæ nihil sollicita.

Sum-

Summa itáque primariam muliebris Gonorrhœæ ſedem eſse in *glandulis Vaginalibus* ſecundariam in *Lacunis*: ſiué, quòd idem eſt, illinc Simplicem, hinc haberi Compoſitam: tertio autèm loco Virulenta eſt, vt quæ vtrinque prouenit, ac præcipuè è *glandulis*, quemadmodúm breuibus oſtendemus infrá.

JV. Sed in *Glandulis* ſupra memoratis.

§. 2.

ETenim abſciſſis fibris, quæ ſupradictarũ *glandularum* oſtia conſtringunt, Sphincteres idcircò vocitatæ, ſicuti trucidantur etiám vaſcula, quæ tales partes irorant, ità ſero, limpha, nec non reliquà demúm ſanguinis maſſâ indé ſubtracta & fermentata, oritur pus, quod illvuiem illam adauget, proque maiore ſui redundãtia Gonorrhœam reddit quotidiè magis Virulentam. Jàmque tantum eroſioni illi tribuit *Broen*, vt vel omnem muliebris Gonnorhœæ cauſam eidem adſcripſerit. *Exiſtimamus* [inquit] *quòd coitu immodico* (nota quàm benè heic proluſerit Theoriæ noſtræ Author clariſſimus) *nimiſque frequenti fibrillæ vaſculaque tenella* Vaginæ *fuerint attrita nimis & rupta ità vt humores in vicinia ſtagando acredinem notabilẽ*

J. Uirulenta vndè.

in notis ad Henr. Reg Medicat. 43.

susceperint; ast falsò. siquidèm constat tales fibras neque á validis distentionibus, vt in partu, vllo pacto diuidi: benè autèm aut *exterius Vaginæ* orificium, aut *Nimphas*, vti nempè harum alteram vna cum Sphinctere Vessicæ [cuiusmodi obseruationem habet etiám *Salmuth*] nupèr in Nob. Comitissa ab exclusione fœtus mortui amputatam vidi. Sanè quidèm [rescripserat sic ad me quidam magni nominis vir, cum quo dudùm de hàc re verba feceram] si eæ fibræ tám tenellę essent, vt à *Broenio* existimantur, Uirginibus in primâ accessione, præsertim queis acerbior ætas florem virgineum nundùm aperuit, talis fibrarum disruptio, & per consequens illa humorum acredo inferenda esset, non Veteratricibus fouea, seù *nauiculari cauitate* amplissima patescentibus. Ex alia parte cogita [inquit *de Blegni*] an disruptæ aliquot fibræ tantam humoris extrauasati copiam suffecturæ essent, quanta in Gonorrhæa proijcitur? id profectó, quod monere debet etiàm *Musitanum* asserentem tale stillicidium ab vlcere in *Vagina* ab externo aliquo principio (puta aeris inclementiam) exorto procedere: perindè quasi iàm eorum esset oblitus, quæ non ità pridêm iecerat in

Obserua-tio.

Leo-

Leonicenum, *Massam*, *Fracastorium* eorundemque asseclas. Quid enim? cúm dissentaneum duxerit Luem *Veneream* ab Aere, aut Syderibus ortum contrahere, muliebrem Gonnorrhęam, quæ eiusdem Luis proxima causa esse consueuit, autumabit posteà indè procedere!

Sed relinquamus huiusmodi epiphillida hominibus otiosis, & iàm illius vlceris naturam inuestigemus. Certùm est autém, ruptis sphincteribus *glandularum* factoque viru, sicuti vicinæ fibræ sensim eroduntur, ità inflammatione parta *Vaginam* indè exulcerandam esse. Verum hæc pars quoniàm officio vacua refert formam flaccidi cuiusdam Intestini sic, vt latera eiusdem concidere soleant, non vbique adeò vlceribus obnoxia est: sed ad fornicem atque ad latera Rhagadibus tantùm: quatinùs scilicèt pus morari ibidèm, sibique cuniculos facere prohibitum serpendo protinús, quasi lambendo, *Vaginales* fibras duntaxàt deglabrare valet oblongasque illas excoriatiunculas exarare, quę minùs propriè Rhagades vocitantur, quamùis decursu temporis suffosso tramite fiant interdùm veræ fissuræ: ad imum verò, idest ad partem inferiorem plerùmque etiàm

IJ. Ulcerum ratio.

 ulce-

vlceribus ; quandoquidèm ibi stagnat sanies & quasi lacunatur: quę res est, vt altè admodùm impactis in ipsius *Vaginæ* substantiam corrosiuis salibus phlogoses excitentur atque vlcera, etiàm quocunque titulo peiora Phagedenica nimirùm, Disepulotica, Cariosa, Chironia, Cancrosa, Thelephia, maligna. Vidi ego complura, à quibus dicta *Vaginæ* pars atque Jntestinum Rectum erant arosa, Anticà tunc Postici vices supplente, quæque vna simul dehiscebant, & vicissabant, nempè & fœcibus non careret, quæ sentina iàm euaserat omnium impuritatum. Quòd reliquas dimensiones; raró latescvnt talia vlcera, plerúmque in longitudinem extenduntur. Siquidém pus ad humillimam canalis partem prouolutum hàud expatiari, ast foras exire properat, dùmque adeó abit, quà præterlabitur acrimoniæ suæ vestigja linquit. Ex aduerso autèm labellis iuxtà latitudinem duriusculis obsepiuntur eadem, nempè vlcera, inquantùm quòd orbiculares ac nerueæ *Vaginæ* fibræ disruptæ ac contractæ terminos nanciscuntur crassiusculos, velut in capitula redactos: quorum adeò ratione succi nutritij vijs angustatis cœmentantur ibidèm, inque duras margines occallescunt. Tametsi ad hunc

Obseru.

cal-

callum facit vel maximè puris contagium vtpotè ex quo dictum cambium, siuè nutritia lympha, circumfluens necessariò fixatur. Atque hæc quidèm sanies vel serosa est, vel spissa alba, flaua, lurida, liuida &c. prout glandulosa *Vaginæ* substantia profundiùs excauatur, ipsumque pus magis, minùsue fermentauit, aut á sanguine processit iám virulentis salibus inquinato. Quippè eàdem *Vagina* superficialitèr tantùm depastà, sicuti nonnisi extrema arteriarum ac vasorum lymphaticorum capillaria dehiscunt, è quibus mòx serum duntaxàt salit & lympha; itá, quæ indè emergit macies serosa paritèr ac fluida esse debet: è conuerso, ductibus sanguiferis abruptis; quandoquidèm adiunctis purpureis globulis simulque fermentatis, vlcerosæ sordes alitèr, atque anteà, lucem reflexuræ erunt, siuè ità vt flauedinem representent, aut virorem, liuoremue, & si sanguis fuerit labefactatus. Quæ causæ sunt, cùr Gonorrhæa alba, flaua, viridis ac postremò etiàm liuida appareat; itèm vt inolida in principio, processu temporis valdè fœteat, quùm nimirùm sanguinis ac saniei in vlceribus fermentatio augetur.

Hactenùs de *Vaginalibus*: supersũt alia *Lacuna-*

IIJ. & aliorũ affectvũ

 cuna-

Gonorrhæa *Virulente.*

cunarum, quæ vlcera intantùm fiunt, inquantúm quòd perbreue eſt iter ab illis ad has *glandulas*; quo fit, vt virulentis corpuſculis exindè hùc permigrantibus fermentatio cum nouo iſtarum ſucco [vndé alterà Gonorrhœa cauſa] ſequatur, vt nouimus. Iàmque adeò hæc fermentatio, quoniàm vel omnia interturbando ſanguinis fluxum inhibet, vel acrimonioſa ſpicula inuehendo eiuſdem vaſa cariat, inflammationes gignit: quæ in abſeſſum verſæ ac ſuppurantes Gonorrhœam primò reddunt [vt *Vaginalis* præfata] multiformem, ideſt albam, flauam, viridem, liuidam &c: ac conſiſtentię paritèr non abſimilis: mòx verò effluuijs vicino adipi cõmunicatis, vlcera infligunt; quę fiſtuloſa eſſe conſueuerunt præcipuè verſús *Pubem*, vbi maior eiuſdem pinguedinis copia obſeruatur. Nám, cum celluloſa ſit iſtius ſubſtantia, velut ſpongia, illa effluuia facilé imbibit, ac ſaturata cutem ipſam ſuperiectã corrumpit. Aduerti ego multotiès vlcera hæc ad *Veneris Montem* aperta, & per quę lotium emittebatur præcipué quotiès mulier prona decumberet: itèm alia, per quę etiàm ſtanti; cúm nimirùm vel hyperſarcoſi: teneretur Vrethra, vel ipſa hæc inflammatis *lacunis*

Obſeru.

veluti

veluti ſtrangularetur. Huius autém phœnomeni ratio patuit aliquandò demùm ex ipſa cadauerum ſectione. In his etenim *Lacunæ* valdoperè nigricabant, Vrethra ad latus perforata erat, adeps conſumptus ac flaueſcens. Denique inflammationes illæ quatenùs muccum abliguriunt, à quò Vrethra interiùs oblinitur ità nempè, vt caua iſtius ſuperficies penè nuda remaneat, fit quód vrina poſteà intèr excedendum eandem vellicet, ac lixiuioſis ſuis túnc etiam per vicinam fermentationem agitatis, ſeú exaltatis ſalibus torreat, affectumque inducat illum qui, Gallis *Chaude piſse*, Noſtris etiàm *Piſsacauda* vocàtur. Etereà, ſaliua *Lacunarum* exiſtnte acre, *Clitoris*, *Nymphæ* totumque *exterius* Vteri *orificium* vtpotè ab eiuſdem ſalibus iugitèr irritata nõ tám prurire, quàm criſpatis fibris, adeòq; ſanguinis intercepto ac retardato curſu inflammari debent. Noui ego Scorta, quibus eę partes ſic aliquandó intumuerant, vt viros admittere ampliùs non valerent: retulerunt alia ſe ex eo tumore perindè paſſa in eo actu, ac ſi Uirgunculæ fuiſſent in primo ætatis flore conſtitutæ. Rurſùs *poſt pruritum* [verba ſunt *Ettmulleri*] *ex ſimili cauſa Coroſio in* labio Pudendi *ac* ſinu pudo-

Obſeru.

pudoris, *hinc furfures, puſtulæ ac denique* pudendorum *ſcabrities interdum oriri ſolent*: quę ipſæ puſtulæ malignæ quandam habent ſpeciem, quæ vocatur Epinyctides, quarum dolor admodùm vrens eſt & inſignitér intenſus, & qui longe excedit proportionem magnitudinis puſtulæ; neque enim faba maiores nonnumquàm viſuntur hæ Epinyctides ſæpiùs ſunt minores, ſcabræ, ſeu furfuracee. Narrabant nonnumqnám ſcortatores emeriti ob hoc genus furfuris *Vaginam* Vteri ſcabram, tamquam aridam & ſiticuloſam inire interdùm non potuiſſe & nonniſi poſtquàm á ſcortis admoniti *membrum* ſaliua obduxiſſent. vlteriùs, adnaſcuntur, imprimis *Vaginæ orificio* Condylomata, tubercula nempè dura, occalleſcentia, tædioq; magis quàm dolore moleſta. *Oriuntur autem* (inquit *De le Boe Syluius*) *in cute rugoſa qualis eſt in* Podice, Muliebre Uagina, virilique Præputio *in quibus duntaxát oriri ſolent partibus, & quidèm à præpoſtero* Ueneris *vſu & partium arcto confrictu, ſiuè id contingat perſonis lue* Venerea *infectis, ſiuè alias ſanis*: *Plerúmque veró ſeqvuntur inflammationes, aut Rimas induratas*; vt patet. Poſtremò, auctarij loco, coronatur eadem *Fiſſura magna*

Obſeru. 1

(*cunnus*

(*Cunnus* abs *Galeno*, & paſſim *Vulua* appellitata) Poris, ſeú Verrucis: quæ cùm nonniſi ſerò contingant, palam eſt ab intrà procreari. Quippè ſi Gonorrhœâ ſatæ eſſent, quę ſiuè Maſculina, ſiuè muliebris externè *Vuluam* irrumaret, vt Recentiores nonnulli contendunt, quidni à tali irrumatione ſtatim pullulaſcerent? meliùs igitùr cum *Galeno* mox citato *ſunt Acrochordones*; *Verrucarum* nempé *genus dolens, penſile & foras prominens exilique veluti pediculo ceù baſi, innitens* (ſiué id, quod in hoc caſu ſe ſe oculis exhibere ſolet) *vitioſi multi ſucci nutritij ad exteriora & Cutim repentis ſoboles*, ex *Caſtello*. Et ne Authoritates emendicentur, ſufficiat obſeruare tales Ficus, vbi aliquandiù conſenuerunt, ſeroſitatem quandam vlceroſam è faſtigio vomere, plerùmque etiàm mediam ſetam [Ego ſtylum ad digiti altitudinē multotiès introduxi] per eundem culmum admittere: quo fit vt ab interno latice, vt grumi á talpà, ſic Verrucę illæ producantur, minimè verò ab induſio ſanie madefacto, á membro ſordido & cunnilingo &c. Quod attinet fiendi modum; diximus ſuprà, virulenta ſalia è *Lacunis Vaginalibus* in *Pubis* pinguedinem adacta vortices & anfractus ſtruere, qui extrorſùm

Obſer.

E aperti

aperti Fiſtulas linquunt, aut vlcera fiſtuloſa
Liquet igitùr nùnc, quód ſi minùs fixa fuerint ea corpuſcula penetrato adipe (quo non tám *Mons Veneris*, quám & extrema *Vulua* ora tument) cutis fibrę paulatim extendi incipient [vndè adeò initio nonniſi paruæ ac rubræ papulæ apparere ſolent] extenſæ veró, & arcuatæ aditum prębebunt nutritio ſucco, qui eaſdem idcircó ſaginando vlteriús producet; donèc tandèm, euaporatâ iſtius aquoſiori parte pyri reſultent duri, ideſt Pori, aut Acrochordones illi, quorum ſuprà meminimus: ſi verò fuerint paulo fixiora, eædem fibræ protinùs, cogente infrà ſubiecto fermentatiuo motu, allongabuntur, acutiſque inſupèr ipſorum-met fermentantium ſalium angulis diſcerptę, vt iuxtà adipem molliuſculæ, non ità ſecús, duriuſculæ ob ambientem aera, euadent, ità, cùm erectæ conſiſtere nequiuerint, ſimul concident, ſpiras deſcribent velùt in exiguas cochlearū teſtulas abituræ, ſeú in Verrucas. Huiuſce poſterioris ſpeciei ſunt, quotquot pręcipuè *Mons Veneris* germinat, quaſque in ſummitate apertas ſaniem diximus euomiſſe. Cœteró aliæ, quæ ſiué Thymi, ſiuè Myrmeciæ, ſiuè demúm alio quouis nomine indigitentur, in *Vagina*

gina ſuccreſcunt,eæ communem cum puſtulis ducunt originem, vt & poſtremò etiàm Mariſcæ, ideſt *Ani* Condylomata: de quibus tamen (vt & de Pano *Inguinis*), vtpote Uiris quóq; familiaribus, alibi erit differendi locus.

JV. Eiuſmodi morborum cauſæ remotiores

Coronidis ergo adiungam heic alias cauſas, quæ etiamſi externę, cùm ipſam muliebrem Gonorrhœam, tùm pediſsequa eiuſdem ſymptomata nihiloſeciùs promouere ſolent: ſuntque 1. concubitus cum viro vlcere *Pręputy*, aut Gonorrhœâ affecto; 2. Oris vlcera à Baſiatore *Veneris* ſtipendiario inflicta; 3. Mammarũ inquinamenta à Lactente eiuſdem Luis hærede,& ſi quæ ſunt alia. Et quod primam: extrà dubium eſt *priapinas* ſordes quoquo demùm modo à *Vagina* abſorbeantur cum iſtius ſucco ità confundi poſse, vt ſubindè ipſum fermentare compellant; hoc facto, nonnè Gonorrhœa & reliqua *Venerea* excitanda ſunt? Quod ſpectat alteram; ſatis demirari nequeo conſenſum Oris, & *Vaginæ*. Hoc etenim obſeruatu dignum [quodque ad Diagnoſin haúd parùm confert] ſimulac *Vagina* ſanie plorat, inflammari Columellam, Fauces exulcerari, Vocem alterari, nec minùs pati illam, ſi hę partes fuerint attactę. Ratio autèm huius phœnomeni [miſſis, quæ de

Obſeruat.

 ſaliua

faliua vtriusque Oris, deque similitudine *Vaginæ* cum Lingua canum ab Anatomicis perhiberi suprà adnotauimus) non alia est meo videri; quám Geometrica proportio Glandularum vnius ad glandulas alterius cauitatis ità nempé, vt par sit ambarum diameter, eadem figura, & æqua dimensio; vndé est, quòd salivalis humor ad vtrasque transiens qualis híc absumitur á venis talis illic reponatur ab arterijs, & viceuersa; vt autém sanguis intrà horę spatium ferè quindecies susdeque circulat *Louuero* teste, sic vlcerosa diethesis alterius partis alteri ocyssimê communicatur, vt liquet. Tertiò denique Mammarum altera cũ *Vagina* Sympathia deducitur abundé nõ tàm ex neruis (vndè & contractatis Mammis puellarum vterus prurit) quàm ex Hypogastricorum vasorum commercio cum Mammarijs vasis *Ab Hypogastricis* (inquit *Verehyen*] *vasa sanguinea vsque ad Mammas insecutus sum nunquàm: sed quandoquidèm in cane masculo facile aliquot centenas horum vasorum cum Mammarijs connexiones offendi, nullatenus dubito, quin illa etiam in Mammas vsque extendantur*. Cùm verò ob eiusmodi anastomoses extrà non communicent dicta vasa, verùm mutua inter se commercia

cia exerceant, ſequitur, vt virulenta Alumni ſaliua Papillæ admota inque Mammarios ductûs, qui extrorſúm repunt, nec non in Hypogaſtricos ſubinde adducta *Vaginam* tandem impetere, ac viciſſim iſtius virus in Mammas denique concedere debeat. Atque hæc quidém poſterior cauſa eſt, cúr *Vagina* affectis ſchiroſæ duritates in Mammis gigni ſoleant, vt non raró in Noſocomijs licuit obſeruaſſe.

Obſeruat.

§ 3.

MIraberis intereà, *Lector*, poſtquàm ea narrauerim, quæ ſeorſùm ab exceſſiuo Coitu, Gonorrhœam eiuſque ſymptomata patrare poſſe autumaui, alia tamen omiſerim, quæ vulgo ad id mali vel maximè conducere exiſtimantur, cuiuſmodi ſunt Cachexia aliqua Scorbutica plùs iuſto acris, inordinata Cathameniorum euacuatio, Fluxus albus, & id genus alia. Hæc enim, inquis, vlcera in *Vagina* [penès aliquos etiàm Gonorrhœam] excitare poſſe omnibus in comperto habetur. Verùm ſtupere deſines, vbi in mentem reuocaueris, quæ initio ſumus proteſtati: nolle nimirúm nos hoc libello alia commentari, quám, quæ incom-

J. Fluxioni Muliebrium differentiæ

 moda

moda ex *Venere* fiunt. Vndè ſequitur, quòd, etiàmſi Cachexia Scorbutica & reliqua recenſita aliquam *Vaginæ* plagam [quod non credo] inuſtura eſſent, ea tamen noſtrum onus eſſe non debent. Jd verò ne credam, facit experientia. Nàm quot Viros inuenias, qui uxores talitèr affectas quotidiè inceſſunt citrà noxam, à quà tamen minimé immunes eſſent, ſi earum *Inguina* forent vlcerata. Dicendum igitùr, quòd vel eiuſmodi vlcera non ſunt contagioſa, & ſic non ſunt *Venerea*, vel [quod probabilius] neútiquam exiſtunt in illis Ægris. Et de facto, quòd ſaltèm binæ priores cauſæ (Cachexia & menſtrua irregularia) ne minimo quidèm vlcuſculo impingendo pares ſint, ſuadetur ex eo, quòd ſanie carent nec niſi ſalſuginoſæ ſunt; quamobrém pruritum duntaxàt aliquem circa *Vluam* gignere compertæ. Quòd verò Fluxum album, vnum ſi demas *Rhodium*, neminem, ni fallor, reperies, qui ex eo *Vaginam* nouerit ulceratam. vidi ego non paucas, quibus fœminis idem fluor (referente túm id mihi præſtantiſſimo *Mario Cechino* Archioſpitalis Incurabilium Romani, vbi Medici Aſſiſtentis munere fungebar, primario Chyrurgo & Med. Doct.] ab vlcere Matricis prouenie-

Obſeruat.

bat

bat, & quæ tamen fœminæ vlcere *Vaginali* nunquàm fuerant diuexatæ: cuius rei causam arbitrabar tùm in eo consistere, quòd sanies Vtero pulsa, quemadmodùm intestini, siuè fermentatiui motus expers erat, ità radices [vt sic dicam] altè in *Vagina*, vtpotè canali membranoso atque oleagineâ muccositate obducto ijcere non potuisset. Sed censeo *Rhodium*, vt & alios multos Fluorem album cum Gonorrhœa confudisse. Quod vt credam suadet Historia. Fertur nàmque lege cautum fuisse Ægyptijs, ne qua tale stillicidium patiens nuptui traderetur ob incōmoda, quę comperta fuerant Viris obuenisse ex eo fluxu non alio iccircò, nisi Gonorrhoeę, nomine indigitando.

II. Signa Gonorrhææ diagnostica.

Quod et ne nobis accidat, pręstat missis commentitijs hisce causis ad ea procedamus, quæ Gonorrhœam distingvunt ab ijs atque ab alijs morbis. Præcipvum autèm distinctivum istius ab Uterino fluxu est hoc. *Nàm in Gonorrhœa* [*Sennerto* connotante] *vlceris notæ adsunt, quæ absunt in fluxione Matricis*; *ipsum etiàm pus, si sit laudabile, crassius est ac magis albidum, quàm fluor albus, & minoris quantitatis: si verò sit saniosum cruore, perfusum est, & cum dolore excernitur*. Prætereà cui *fluxio alba* (*siuè* VteriCoryza, aut Vteri Rhumatismus iuxtá

Charle-

Charleton) oborta fuerit vrina veluti asinina [*Hyppocratem* audis] *apparet; & dolor imum ventrem habet & lumbos & lateris mollitudinem, & tumores fiunt crurum & manuum, & caua eleuantur, & oculi tumidi sunt, & color arquatus, & albus fit, & cúm iter, facit anhelat*. Differt etiàm Gonorrhœa à Mensibus decoloribus in eo præsertim, quòd Menses decolores adhùc ad menses pertinent, & deprauati sunt; color autèm ruber adhùc in ijs conspicué apparet: Gonorrhœa verò & substantiâ, & colore à mensibus decoloribus differt. Deindè etiàm exeundi tempore & modo Gonorrhœa distinguitur à mensibus decoloribus. Menses enim decolores adhùc suã periodum seruant etsi non sempér exactè: Gonorrhœa verò alio, quám Menses fluit tempore, nimirùm continuò, antè & post menses; grauidis quòque, & quibus menstrua suppressa sunt, accidit. Vlteriùs, tàm ab his mensibus, quàm ab alio quocunque fluxu distinguitur Gonorrhœa, si mulier vegeta sit, si gaudeat, edat, confabuletur hilaritèr. Quippé in illis cachectica est, squallida, languida, sæpèque, imó & continuò aliquandò febricitat. Adde his, *Pudendi*, aut cuiusdam ex ipsius particulis tensionem doloremque

que Gonorrhœa affectis familiarem esse: cæteris, eiusdem partis relaxationẽ, indolentiã atque alsiositatem.

Sed quid de his plura? cùm videlicèt ab effectibus suprà descriptis Gonorrhœa muliebris abundè elucescat! Rectiùs igitur cum Ægrotis agemus, si, quemadmodùm processu temporis illa per sua simptomata se manifestat, sic Nos eandem initio inuestigare noscamus. Jn quem finem consueuere Medicastri & nonnulli de fœce Barbitonsorum, statim atque mulierem audiunt de mixu conquerentẽ, quód ardens sit & molestus, audactèr pronunciare, ipsam Gonorrhœâ madere, & si præsertim *Vaginæ* stillicidium aliquod fuerit adiunctum; in quo tamen quantum à Veritate aberrent liquet ex eo imprimis, quòd, *Dolæo* docente alijsque Praticis, etiàm Vteri coryza affectæ talem Diuresim nonũquàm patiuntur; & prætereà, quià ostensum est in superioribus Gonorrhœam simplicem cum mictu illo minimé copulari; cum nimirùm tunc *Lacunæ Vaginales* nondûm sint labefactatæ. Quod vt clarius pateat subiungam Tibi solemnem historiam, quæ & propositum nostrum non parúm confirmabit. Euenit nàmque, vt non itá dudùm me con-

Obseruat.

filij causa conuenerit Uir quidam Nobilis, Medicinænon imperitus retuleritque vti ex concubitu cum muliere, de cuius probitate non dubitabat Gonorrhœam cõtraxerat Veneream verã solitisque accidentibus stipatã: nescire igitùr sese vndè ea fluxio exordiũ accepisset. Ad hæc reposui, sciscitaretur ancillas, aut, quæ illius lintea curabant; comperturum se indè Amicam, vel Gonorrhœâ, vel vlcere *Vaginæ* aliquo laborare. Dictum factum; linteamina explorata sunt, vestimenta omnia examinata; neque tamen ex his indicium aliquod desumi potuit, quo in vlceris, aut Gonorrhoeę suspicionem veniri posset. Adiecit & fœmina præstolationum huiusmodi gnara facta querelas, obtestationes, iuramenta centum (sed vah; *Muliebre iusiurandum!* inquit *Erasmus*, & rursùs *Mulieri ne mortuæ quidèm credas*) immaculatam sese penitùs, nullum in mingendo fastidium, dolores nullos, nihil non sani in *Pudendo* persentire: quibus relatis, suggessi Amico introduceret clanculùm & simulantèr in *Vaginam* pessarium aliquod acre, puta aceto & sale delibutum, renunciaretque posteà successum experimenti. Nec mora; iocusque fuit audiuisse ex eo gemitus, gesticulationes, imprecationes

cationes

cationes, quibus mulierem illam ab eiusmodi intromissione vsam fuisse retulit. Quarè is mecum tandèm opinari non ambegit, se in antrum haud legitimum [vt prouerbiali figurâ vtar] stimulum impegisse: quod & insupèr euentus declarauit. Quippè non diù post Muliercula nostra in Gonorrhœam incidit effectibus stipatam, quos enunciauimus. Summa itàque vrinæ ardorem potiùs esse indicium Gonorrhœæ complicatę, idest virulentæ, quæ è *Lacunis Vaginalibus* depluit, quàm Simplicis, quæ è *Vagina*, vt cuilibet consideranti patescet. Signum autèm posterioris tutissimum est vlcus (nempé vt cum *Sěnerto* monuimus) cuius præsentia, pessarijs inuestigatur. *Cognoscitur vlcus, hoc* (sunt eiusdem verba) *primò ex colore & perpetua eo in loco mordicatione, quæ sensim augetur & intenditur, atque imprimis, si tangatur, vel aliquid abstergentium & acrium, vti acetum, sal, limonius, citrinus, similisue succus: itèm vinũ, hydromel, aut huiusmodi alia immittuntur, vt & in concubitu. Rursúm* [pergit] *etiàm cognosci visu possunt hæc vlcera, præsertim adhibito Matricis speculo. Tertiò ex affluente pure, quod interdúm, est odoris expers, interdùm flauum, viride, fœtidum, prout vlcus nunc mite est, nunc*

 sordi-

sordidum, cuius etiàm pars interdúm permixta emingitur, interdùm, & si vlcus grandescat, etiàm sanguis effluit, & potissimùm vbi mensium fluxus instat. Denique instar omnium, quæ tùm Ulcera, túm Gonorrhœam, huiusque species indicare valent, est Ægræ confessio; vel, quoniàm cum sexu agendum est naturá fallace, præstabit cum debita tamen cautela & prudentiæ norma, Domesticas aut Uicinas mulieres sciscitari de anteacta illius vita, vt, cuius gregis fuerit, aut contubernij, nùm moribus liberalioribus, an secùs vixerit &c.

III. Prognostica

Quod attinet prognosim: illud esse debet de Gonorrhœâ iudicium, vt plus damni afferat extrario corpori, cõmunicata, quàm ei, cuius est passio. Sic ego Nonariæ cuiusdam reminiscor, quæ vtut à triginta annis amphidromiam ageret, ac marcida Gonorrhœa sua plus centum Amasijs infecisset, nil tamen, prætèr Emicraniam & cancrosum in *Labijs Pudendi* vlcus patiebatur.

Obseruatio.

Ȇ conuerso obseruaui magna familiarum clade apud Nostrates puellas inquinatis Viris cõiunctas vno aut altero à nuptijs anno Lue *venerea* occubuisse. Quamobrém verò pellices ex virili Gonorrhœa citiùs intereunt,

quám

quám ſua ? An, quòd Mas præpolleat fœminæ, quòd, iuxtà tritum ſermone prouerbium, hæc materiâ ſit imperfectiore? An eſt, quòd vitiatum ſemen virile actuoſius reddatur *Vaginali* recremento ſimilitèr putrefacto? An (id nequaquám falſum eſt) muliebrem Gonorrhœam perpetuò expurgari, virilem autèm abſorberi à vaſis, cum præſertim in actu *Venereo* pateſiant, eorumque ſpiracula appetitu libidinoſo dilatentur? Quid? quòd hæc itá interdúm hiant, vt obiter maſchile virus exſugant, tùmque nullo patrato vlcere, ac ſine præuia Gonorrhœa mulieres in Tabem, imó & ignorata cauſa in mortem præfocentur. Miſsâ, de quâ nondùm loquendi tempus eſt, Lue; quotiés ſonticam illam puris ſuctionem conſidero, venit in memoriam alius morbus eádem Lue non minús funeſtus, nempè Uomica Ouariorum: quæ á paucis animaduerſa impuné graſſari, & quiá impunita ſępiùs mortem inferre cõperta eſt Nám quot ego diſſecui mulieres citrà aliam manifeſtam cauſam extinctas? Obſeruaui etiàm in his talem Vomicam alterutrum, aliquandò vtrumque Ouarium occupaſſe: de quà ſanè quoniàm, vnum ſi demas *Panarolum*, nemo, quod ſciam, hactenus

Obſeruatio.

nùs mentionem fecit, eius proindè origo paulò altiús est repetenda. Constat ex Anatome Hypogastricas arterias, quæ á lateribus *Vaginæ* ad superiorem istius partem ascẽdunt, superato Vtero, ad Falloppianas Tubas, atque ad Testes, siuè Ouaria, terminare. Harum igitùr meatus si contingat virulenti quidpiam excepisse, nonnè patet id ad eosdem Testes denique transmissum iri? Admittitur autèm facilè, siquidèm perbreue est iter à Nerueâ eâdemque interiori *Vaginæ* membranâ ad dictos poros: vndè adeò liquet appulsis illùc miasmatis venenosis, quatenús ætheris consuetus fluxus intercipietur, eatenús colliquamenti in Ouulis contenti crasim inuertendam esse; flùidas nimirùm moleculas secús quàm anteà gyrandas, solidasque ità cum dictis miasmatis congressuras, vt sulphuribus eleuatis atque Ouorum peripheriâ ampliatâ, sanguinei ductus priùs extenti, vrgente post diutiná fermentationẽ, tandém àbscindantur, & inflammationẽ, parta Ouaria ipsa apostemate periclitentur. Quòd autèm id materiæ nusquam abscedisse aduerterim, verúm vlcere clauderetur, quod vel in prægrandis hemycicli formam attollebatur, vel in duos, tres, aut quatuor diui-

diuidebatur, in causam argui ipsius-met contenti puris inertiam, quòd nimirùm mera esset corrupta lympha dictorum Ouulorum nutritioni & conseruationi dicata. Coeteró nullum aliud grauius symptoma fœminis hanc Vomicam patientibus obuenisse memini, prætèr febriculam; quæ ad annum, sępé etiàm diutiùs continuata miseras extinguebat. Proptèr quod sanè monere hic teneor Medicos hoc genus morbi diligentèr inuestigent, cumprimis saltim febrem illam palparint, cuius causam haùd clarè elucescere comperient, de *Venereo* aliquo contagio interim suspiciosi: norintque protinús talẽ morbum crebriùs contingere, quàm vt á Practicis atque ab Anatomicis animaduersũ est, cachecticis nimirùm fœminis, & grandioris œui.

IV. Prognosis vlcerum.

Sed iàm á diuerticulo in viam. Nota igitùr, Palestricarum, quæ corpore quæstum faciunt, paucissimas cauere à fascinis inquinatorum, adeòque tùm ex hoc omnes *Venerea* lue funestari, tùm ex eo præsertim, quod illarum vlcera plerùmque sint immedicabilia. Profectò nàmque, vndè, istorum sanationem speres, si hinc [nempè quoad interna] arteriæ ibidèm desinentes teretiores sunt, quã vt remedia conuheãt vel decuplo minora

ra veneno contento. quamobrèm nihil aliud audent raro hoc salium medicatorum agmine, nisi vt vlcera exasperent, pus ingeminent, afflictisque afflictionem addant potiùs, quàm adimant: indè verò (externè) perindè est, atque (Ætiopē, vt aiunt, velle dealbare; cùm nimirùm viscatum altè in *Vaginæ* cellulis) tùm adiposis, tùm & membranosis supradictum pus, quasi Erycinum mel, neque omnibus, vt sic dicam, torcularibus ab eiusmodi fauis exurgeri queat. Mihi certè fœminarum, quas ista vlcera fœtentes tàm alibi, quàm in Archiospitali numerosissimo vltrà mille licuit aduertisse, neminem inuenisse vspiám obtigit, quæ pro integrè sana, iure aliquandò fuerit renuncianda, remedijs quibuscunque ad hunc finem adhibitis non obstantibus, &, si excipias aliquot, quæ per Os & Mammas infernè fuerant irrumatæ. Quippè istiusmodi vlcera recentia, vel superficiaria *Mercurio* internè quouis modo assumpto facilè obtemperabant: non sic inueterata, aut ex coitu contracta. Quamobrèm ægrè ipse virulentam Gonorrhœam suscipe-rem extirpandam, saltém citrà vsum remediorum, quæ *Veneream* luem extinguunt. Etenim secús, idem est, atque aquam in mortario

Obseruatio.

tario

tario, vt aiunt, tondere: quin imò aduerti ſœpiùs, ſummis etiàm *Antiuenereis* non obſtantibus, tandiù obſoleta vlcera ad cicatricẽ perduci nunquàm potuiſſe; tantúm mitigata, & ſiccata fuiſſe ſic, vt Gonorrhœâ parciùs plorarent. Si verò vlcera (loquar cum doctiſſimo *Sennerto*) *diuitiùs protrahantur, aut negligentiùs curentur, in fiſtulas abeunt*, atque interdúm etiàm in gangrẹnam. *Vaginales* nàmque partes, imprimis *Pudendi* Labia, laxæ ſunt, ſeù poroſæ, ac minimi diametri arteriolis irrigantur. proptér quod facilè exeduntur, & probo ſanguine, competenti ſcilicèt nutrimento, ſeù anima carnis, deſtitutæ [quod neceſsũ eſt contingat in vlceribus iàm antiquis] flacceſcere, marceſcere ac mortificari debent. Poſtremó Verrucæ & reliqua virulentæ Gonorrhoeę proles, vt parens, fermé ſunt incorrigibiles. De ſanie autèm, ſiué Gonorrhœâ quod in totum dixerim: alba & flaua non ità infauſti ominis ſunt, atque viridis, liuida, ſeroſa. Quippè in illis ſanguinea craſis laudabilis eſt, in his virulentorum, ſeù vitriolicorum, aut acido-fixorum ſalium luxuries arguitur.

§ 4.

1. Indicationes. curatiuæ Gonorrhoeæ simplicis

COLLIGE iccircò operæ pręcium esse Muliebrem Gonorrhœã nondúm adultam in ipsis fascijs suffocare: pro quo Medicus ad duos scopos collimare debet; alterum, vt sanguinis ad *Vaginam* affluxum refręnet, sicque fermentationem placet, inflammationem impediat; alterum, vt iàm factę fibrarũ lacęrationi prouideat. Priori indicato satisfaciunt imprimis *Euacuãtia* vniuersalia, *sanguinis* nempè *missio* & *purgantia*, vtraque debito loco, modo, ac tempore administrata: scilicet quod primum: *V Sectio* in brachio celebranda venit ad maiorem revulsionem; quo nomine [vt hoc incidentér notem] non est profectò, cùr me rideant *Hæmophobi* asserentes sanguinis motum vbique æqualem non posse aliquorsùm magis, quàm aliorsúm deteterminarì, idest ad brachia potiùs, quàm ad pedes, Quandoquidèm, missis experientijs contrarium ostendentibus, de quibus fusé in nostrâ *Dis*. A.2. patet hoc vel in siphonibus, per quos exsucto aere intùs incluso, hauritur interdúm totus humor in cupâ V. g. contentus: nec est, quód allegetur discrepantia intèr fluida quæ mouentur, & fluida non mota, obyciaturque fortasse, quòd in *V. Sec.* non

atra-

atrahatur ſanguis, ideſt exſugatur. Quippè, quod prius; tendentia liquoris ad ſiphonem non ex motu pendet, aut quiete; ſed immediatè potiùs ex diſpoſitione ſucceſſiua particularum ipſius liquidi, cuius adeò ratione aliæ alias ſequi debent; mediatè verò à Preſſione aliqua externa, vt ab aere in exemplo ſupracitato, quemadmodùm nempè cum *Boylæo* norunt hodierni Phyſici omnes. Quamobrém in noſtro caſu etſi ſanguis à Corde quoquouersùm æqualitèr didatur, quoniàm tamen idem integrantes partes habet ſeriatim, ſeù per columnas, diſpoſitas, ſequitur, vt quò aliquę interdùm vergere incipiunt, eó mòx aliæ anhelent, ſicque in ea parte maior ſanguinis occurſus fiat, hoc eſt maior deriuatio. Quod attinet ſuctionem: hàud opus eſt fluidis extrorsúm motis huiuſmodi attractione, cum nimirùm ad illorum exitum ſufficiat vaſis apertura, vt eſt manifeſtum. Liquet totum hoc etiàm vulgari experimento in poculis amplioris orificij; quæ ſi ad amuſſim impleas, modò labra ſicca ſint, videbis affuſum plus vnâ lineâ interdúm ſuperare altitudinem eiuſmodi labrorum: humectatâ deindé iſtorum aliquâ parte, egredi, ſic, vt ijdem cyathi plus vna altera lineade-

 plean-

pleantur: id videlicèt, quod docere debet negantes particulas ſanguinis ſibi viciſſim obſequi, eiuſdemque columnas pergere iter ſibi alicubi monſtratum, quòcunque duxerit. Uerùm de his ſatis. *Purgantia* quod ſpectat & exhibendi modum; non refert quà, & vndè euacues, per ſuperiora ne, an per inferiora. Quippè, cùm materia *purgationis* plerùmque ſint ſeroſitates, hæ, quòcunque demùm adigantur, nec fermentationem ſtimulare, neque inflammationes parere valent. Sed oppones, in *Catharſi* ſaltèm determinari ſanguinem ad ea loca, ad quæ ſerum declinat: nec renuo. impellitur nàmque is ad Inteſtina per arterias Meſeraicas, quarum Superior, ſicuti paulo ſuprá Emulgentes ab Aortâ egreditur, ità maiorem aliquandò ſanguinis copiam nacta cœteras inferiores [quas intèr veniunt Hypogaſtricæ *Pudendis* conſulentes] eodem liquido defraudat: atq; hæc profectò cauſa eſt, quòd à purgatione parciùs mingitur, ſegniùs erigitur, crura debilitantur &c.. Non ergó, inquam, refert vndé euacues. at, quoniám cum *Emeticis* cautè mercandum, maximé quùm ipſorum vſus nullatenùs eſt indicatus, pręſtat *Cathartica* vſurpare, imprimis verò validiora ob

tatio-

rationem iàm allegatam. Vltimò, quoàd tempus: non competunt hæc vniuersalia Grauidis, & quibus menstruus fluxus instat; id nimirùm, quod vel ipsę mulierculę nouerunt. Iàmque succedunt Generalibus particularia, idest Specifica, intèr quæ primas obtinet *Mercurius*. Hoc enim firmitér tenendum, muliebrem Gonorrhœam, vtcúnque simplicem, absque illius tamen interuentu nunquám cessare: & ratio est, quià cùm morbus is sit lymphę ad *Vaginales* Glandulas amandatæ, nisi iccircò aliquid superueniat, quod alkalico-fixum (cuius indolis perhibetur esse *Mercurius*) acido-fixas illius moleculas superet, frustrà allaborabitur. Consultũ propterea fuerit *Mercurium* [qui siuè crudus, siuè aliquo qualicũque modo præparatus sit, parúm interest] ipso ab initio præscribere eũdemque tàm per se [interiectis tamen sempèr purgãtibus] de quo modo alibi] quàm ijs ipsis purgãtibus maritatũ, veluti sub hac formula.

℞. *Mercur. crudi Succo Limon. & Therebenth. extinct. a* ℥ss. *Rhabarb. ellect. puluer. & Scammon. præp. a* ʒiij. *M. f. pilul. Dos. á* ℈ss. *ad* ℈j.

Tertio loco veniunt *Diuretica*, ea videlicèt, quæ, iuxtà *Taury*, doiuent coaguler la „

„partie fibreuſe & ralētir le cours des hume-urs; ſuntque imprimis acida temperata, vt *Acidulæ* : *Decocta refrigerantia* ex herbis *Acetoſa*, *Malua*, *Biſmalua &c. Hordeata*; *Emulſiones*; *Succi Limonum*, *malorum Citriorum*, *Fragarum* : *fructus Alkekengi* : *Salia Nitri*, *Saturni*, *Prunellæ*, *Chriſtall. mineral* : *Spirit. Vitrioli* & ſexcenta alia. Vbi adeò licet aduertere acria omnia, vt *Spirit. Therebentin.*, *Cantharides*, *Millepedæ*, *Radices aperientes* & his ſimilia in vſum non eſſe vocanda proptèr nimirùm fermentationis atque in glandulis *Vaginalibus* phlogoſeos augmentationem, quæ nullo negocio ſucce-deret, ſanguine ab eiuſmodi acribus inſolentiùs agitato. Quartò ad hæc etiàm offendicula vitanda faciunt *Narcotica* : nec referam quàm bené hæc ſępiùs mihi ſunt lenocinata ad maiorem inflammationem indé compeſcendam. Denique poſteriorem ſcopum ſupradictum aſſequuntur *Balſamica* tàm intrinſecé, quàm extrinſecè vſurpata, in quorum claſſe cenſentur *Colocynthis*, *Therebenthina*, *Balſama de Perú*, *Copayuæ*, & alia plura. Hæc enim inteſtinum ſanguinis motum domare, fibrarum atoniam impedire apta ſunt, vt & *Incraſſantia*, nec non *Adſtrin-*

Traité des Medicamés. 2. part. chap. 3.

ſtringentia pleraque, & quorum ſanè catalogum hic attexere non vacat. Locus nùnc verò poſtularet, vt adducerem ſolemnes formulas, quibus recitata auxilia in vſum vocari conſueuerunt. Verùm eæ ſiquidèm apud Authores vbique proſtãt, cramben, vt in adagijs eſt, recoquere non iuuat. Quin etiàm meliùs actum iri ducerem cum morbis *Venereis*, ſi minùs receptarum vulgi manibus tereretur. Harum etenim occaſione factum eſt, vt Barbitonſores, Unguentarij Nugiuenduli, Agyrtæ omnes illorum curationem ducant ſuam, Medicis nihil intereſſe prædicantes externis defluxionibus prouidere, imò & in hac parte ignaros palam edicentes: ac neque interim tamèn aliud præſtant, quàm vt exhauſtis Penuarijs, crumenis emunctis, morbo exaſperato, cadauera linquant Medico piè viſitanda: inſupèr & ſi hæc denique ad ſepulturam deferantur, mortis cauſam in ipſum Medicum refundant. Præſcriptionũ ergó Medicarum ſi hic eſt exitus, expedit potiùs ſilere, quàm docere, Medico nihilominùs quæ gerenda ſint ex ijs, quę diximus, facilè comprehenſuro, interìm, & nobis plura adhùc ad eandem rem ſequenti capite allaturis.

Quod

II. Jn Gonorrhęa virulenta

Quod Gonorrhœam virtulentã: hæc tametſi in Prognoſi pro inſanabili renunciata fuit, auſpicijs tamen ſuis haùd eſt derelinquenda. Metus nàmque foret, ne, hinc peierante vlcere, Gangręna; indè autèm vitiato Sanguine, Lues *Venerea* ad fores eſſet. Quamobrêm ad vtrunque arcendum videntur mihi concurrere debere hæ duæ aliæ indicationes: ſanguinis ab acido præſeruatio, &, per conſequens, illius vlceris deterſio: quarum alteram exęquabit *Mercurius* eo, quē attulimus, modo exhibitus, alteram *Iniectiones* de quibus vnum atque alterũ exemplum ſubijciemus. Nàm initio, quùm pus loturæ carnium ſimile apparet, atque vredo *Vaginam* occupat, locum habet iſta.

℞ *Hord. integr., Lenticul., Roſ. rubr., Balauſtiorum a. p. j., mellis parum Coq. in aqua fontis.*

Colaturam inijce in *Vaginam* muliebrem, aut, ſi *Lacunis* opitulandum, in meatum vrinarium: immitti hùc etiàm poſſunt *aquæ hordei, Lactucę, Portulacæ, Serum lactis acidulatum* atque id genus alia ad vrinæ ardorem indicata; *infuſiones* itèm aliæ *detergentes, mundificantes* &c., quales proximè daturi ſumus. Verúm pro *Clitoridis, Nimpha-*

rum

rum, totiusque exterioris *Pudendi* inflammatione, quę in principio Gonorrhœę vel maximè contingit, sufficit foueatur ista pars vino, in quo furfuris *triticei*, & ligni *guaiacini* nonnihil ebulliuerit; interim verò turunda linea sicca quotidiè crassior facta in *Vuluam* immittatur, detracto etiàm ex Basilica vtrâque sanguine, si opus fuerit. Sedatâ inflãmatione, quúm pus serosum erit, sequens iniectio magis conferet.

℞ *Radic. Aristoloch. rotund.* ℥ i., *fol. cichor. cum toto; summitat. Absynth, Centaur. min. Hyperic., Hyssop. a m. j., fol. Marrub. Consolid. mai., Ireos florent. Iaceæ, siuè herbæ trinitat., Myrhæ a m. j., Mell. parum Coq. in vino rubro.*

Sed quòcunque inijciantur hæc decocta, tàm in *Vaginam*, quàm in *Vrethram*, necessum est anteà tepefiant metu Gangrænę, quę in his partibus vltró excipi ab vlceribus solet. At si callosa fortè fuerint hæc vlcera, atque in loco ad quem sicca remedia insinuari queant, prętabit adhibere seq: puluerem.

℞. *Auripigment., Tuthiæ, Mirhæ, florum Sulph., Aloes a* ℈ j., *Virid. æris, Sarcocoll., Calc. viuæ bis, aut ter lotæ & siccatæ; Alum. crud., Rosar rubr., Balausti.*

 a. ℈. j.

a. ℈ j. *m. & f. pulu. subtiliss.*
cuius dimidia pars excipiatur balsã. *Sulphur. Therebent.*, Succi *Plantag.*, & olei *Hyperic. a* ℥ j. *Therebent. laric.* q. s. vt f. vnguent. Reliqua medietas inspergenda erit vlceri, & desupèr applicandum modó dictum vnguentum; cui etiàm addi poterit parum *Mercurij* pręcipitati, albi, aut rubri pro magnitudine affectus. Sic enim vlcera, quę in loco humido [qualis est *Vagina* muliebris] aqueis vnctuosisque remedijs morem gerere non volunt, eiusmodi pulueris adspertione refrænabuntur planè. His non obstantibus, si Gangrænę vel minima suspicio detur, consilium erit, ei opportunis auxilijs quã ocyssimè prouidere.

III. Cura accidentiũ eiusdem Gonorrhœæ.

Quod remanet de Pruritu, Pustulis, & Furfuribus; his optimé succurrisse comperi sequentem iniectionem.

℞. *Mercurium dulcem; solue in aq. calcis, Plantag., Rosar. rubr. anat. quantitate ac vtere.*

ac postremò Verrucę, & Condylomata tàm interna, quàm externa tangi poterunt spiritu aliquo acido, vt *Spiritu Nitri*, *Vitrioli*, *Sulphuris*, & quidem semel de die, donec eiusmodi tubercula corrosa fuerint, vel ceciderint exsiccata. Alitér etiàm curantur tales

excre-

excreſcentiæ , per applicationem cerati de *Ranis* duplicato,triplicato aut quadruplicato *mercurio* . Enim verò! hæc Topica , qualiacunque ſint , minùs proderunt , niſi curatio per interna inſtituatur , Vnicum enim mercurij granulum aſſumptũ plus faciet , quàm centum Topicorum inutilis conatus.

IV. Cura diætetica.

His ſic , imò ad aliam quamlibet, etiám magis exactam , libellam adminiſtratis , ni tamen victus ratio ſeruetur, factum infectũ erit , Conſiſtit autèm talìs ratio in Gonorrhœa ſimplici , ſiuè recenti, vt res non naturales ad eum finem ordinentur , ne ex ijs ſanguinis motus excandeſcat. Quamobrèm exercitia corporis paulo vehemẽtiora, equitatio , ira, libido, aromatica, ſalſa: vina præſertim generoſa, vigiliæ& alia id genus omni ſtudio vitanda . è contra amplectenda alia, quæ eundem motum remorantur vt quies, modeſtia , acetoſa , apozemata ex herbis refrigerantibus parata , ſomnus &c. in Gonorrhœa verò virulenta , vt praua ipſius ſanguinis diatheſis , videlicèt eiusdem condenſatio à ſanioſis miaſmatis in venas iàm introductis facta per ipſam diætam emendetur: vnde eſt, quòd quæ conducere diximus in priori, in hac Gonorrhœa penitus ſint fugienda &

præſertim acida imprimis vitriolata, nitrata &c.. Quippè comperi ex iſtorum vſu Gangrænam in *Pudendis* fuiſſe acceleratam: ex aduerſo vinum, aromatica, ac præ cœteris diaphoretica ad ipſius mitigationem ſummoperè contuliſſe.

CAPVT TERTIVM

DE MENTVLAGRA

PROLVSIO.

I. Argumẽtum.

HACTENVS de Morbis, qui Sexui ſequiori contingunt ex Uirorum amplexibus iuſto frequẽtioribus, aut aliundè pollutis: ordo nunc, poſtulat, vt alios expediamus, quotquot his viciſſim obueniunt ex conſortio Mulierum aliquo, vel pluribus é dictis Morbis infectarum. Sed hoc tamen commercium ſiquidèm ab ijs Uiris vnico inſtrumento, quod voce tenùs *Mentula* eſt, exercetur, conſentaneũ fuerit, priuſquám de eodem diſſeramus, aliquid circà iſtius fabricam præmittatur.

Diuidi-

II. Obseru. Anatom.

Diuiditur *Mentula*, *Colis*, *Virile membrum*, *Penis*, aliquandò *Virga &c.* nuncupata in Externam & Jnternam. Illa, pars est *Penis* membranosa, siué eiusdem Capsula cutanea, proptér duplicaturam admodùm volubilis, quæ dicitur *Præputium*: hæc reliquis particulis componitur, de quibus inferiùs. Ergò, quòd impræsentiarum; Cutis quota quanta *Penem* obtegit pervulgata vsurpatione *Præputium* est, quod in aliquibus protractum, in alijs tám curtum adspicitur, vt vix quidquã obseruare sit nomine *Præputij* dignum, *Penisque* sempèr *Glande* nudo subsistere debeat, ex quo & Apellæ ijdem nominantur. Constat hoc *Præputium* Cuticulâ, Cute, & Panniculo carnoso. Nàm Cutis Fibræ vsque ad eiusdem *Præputij* extremum, vbi incuruantur, seù duplicantur, Cuticulâ tectæ sunt, adeòque sensu minús exquisitio præditæ: vt verò introrsum, sicuti diximus, concesserunt, palam prostant spoliatæ, videturque ibidem *Præputij* superficies quasi interior pars *Vaginæ* muliebris. Vnde optimè *Craanen*; *Putamus*, inquit, *fœminam esse inuersum masculum*: Scrotum *masculi fieri Uterũ intùs conuersum*; *primordia* Penis *fiũt* Clitoris (addo ego) & Prępputiũ *interius* Vaginam *simulat*. Reuera nàmque

Præputium quid est aliud, quàm Uagina *Penis* intùs absconditi, siuè eiusdem capsula, vt diximus? Cœterúm tales fibræ sese tandèm *Neruosis Corporibus* iuxta *Coronam* inserunt; atque vbi desinunt, exoritur membranula, quæ rara est, sed firmitèr admodúm *Glandẽ* protegit. Triplex itàque in *Pene* tunica inuenitur: vna ruida & spongiosa, quæ *Præputij* externam faciem prębet, densior altera, subrufa & complanata, quæ intrinsecam efformat: vltima tenuissima & æqualis, quæ propriè continuatio est fibrillarum *Præputium* componentium: dic alitèr; *Colis* vnicum esse tegmen, quod tribus in locis itidem triforme appareat.

III. Usus huiusmodi Obseruationis

Jdcircò autèm hanc locorum differentiam duximus adnotandam, quód ex *Lucretio*
—*Non omnis fert omnia tellus*,
&, iuxtà *Theocritum*,
Illa quidèm preducit hyems, hæc educat æstas:
hoe est, quià aliæ in *Præputio* fiunt labes, aliæ extra *Præputiũ*, & rursùs quædã gignuntur in *Glande*, quæ in ipsius *Corona*, aut *Freno* minimè germinascunt. Etenim præter structuræ varietatem adnotandi veniunt ductus roriferi, qui in ijs membranis aut exilimi sunt, vt in Cute externa, ibidemque transpirationis

nis materiam exonerant, aut crassiusculi, vt in interiori *Præputio*, vbi adeò olidam illam serositatem deponunt, quæ mox in sumen quoddam, siuè smorchiam tartarosam condensatur; suntque omnes arteriolarum capillarium vltimæ finitiones. Qui igitúr neget ab huiusmodi differentijs multum etiám varietatis intèr affectus peædictarum partium non allatum iri?

IV. Diuisio Capiti.

Quarè vt hoc intimiús pernoscatur, operæ prętium est, missis, quæ circá internam *Colis* partem heic obseruanda forent, statim procedamus ad discussionem affectuum memoratorum, saltèm et ne centones, vt in adaggijs est, farcire velle videamur nèue ordinem inuertamus Orationis, quem præfiximus. Sit itáque iám.

ARTICVLVS PRIOR

De Affectibus Partium Obscœnarum, Siuè Genitalium Exteriorum in Viris.

§. I.

I. Morbi *Præputio* extrinsecè cõtingentes.

Factâ igitùr *Penis* in immundam *Vuluam* intromissione, si Pus externé *Præputium* suffuderit [quod nimirùm eueniet potissimũ, quandò

quandó id eijcietur è *Lacunis*]& ſuapte naturà fixum. aut præ frigore, aliâue huiuſmodi ratione tepefactum vltrà Epidermida tranſire nō valuerit. planū eſt ipſius ſalia vbi poſt, ivuante calore *Penis* conſueto. ſiuè aliás inſolito (quemadmodùm in Erectione) in actum fuerint exerta, rotatura ſeſe pedetentim per illius poros, lineaſque exaratura eſſe, quæ Rhagades vocitantur, totam aliquando *Præputij* ſuperficiē præfatā excoriaturæ. Quodſi fuerit minús craſſum, in tali caſu quoniàm rigidæ eiuſdem moleculæ inferiùs in Muccoſum Corpus deſcendent, eæ propterea ab aqueis iſtius Mucci particulis dilutæ ac ſolutæ [quod actuari eſt] cum affluente vndique tranſpirationis materia vires experientur; atque adeò inflatis ab hac fermentatione talis mucci filamentis, perpendiculares, quæ Cuticulam Cuti annectunt, fibræ diſrumpentur, hiſque abruptis Cyſtis efformabitur, quæ aperta in vlcus denique faceſſet. Si verò, demúm fuerit ità volatile illud pus, vt gliſcere valuerit in sùbiectam Cutim, liquet ipſius ſalia mòx ad ſtatutum tempus [nempè vt à *Venereo* Calore, aut ab alia quâuis causâ fuerint excitata] eroſura protinùs illius fibras, aut ambientia duntaxàt capilaria vaſa:

&

&, ſi primum; vlcus ibidèm neceſſariò factum iri; ſi alterum, aucto nutritij ſucci prouentu, tales fibras ità denique fœcundandas eſſe, vt in tubercula duriuſcula excreſcant, ideſt in Verrucas.

II. Morbi intrinſecùs affligentes.

Nunc ad interiorem *Præputij* ſuperficiem deſcendenti redit in memoriam, quod ſuprà de analogiâ eiuſdem partis cum *Vagina* muliebri latum eſt: parem nimirùm eſſe vtriuſque ſubſtantiam; internam quaſi nerueam indèque ſenſu exquiſito præditam, externã plerùmque membranoſam, raram, laxam, & fibris carneis ſecundùm longitudinem excurrentibus donatam: prætereà in internã facie glandulas extare minimas diſgregatas è finibus arteriarum capillarium in dictam nerueam ſuperficiem hiantium reſultantes, à quibus etiám humor homogeneus vtrobique emanat &c. Quamobrèm non abs re dixerim in Coitu *Præputiũ Præputio* indi, poros poris necti, oſcula oſculis; quod non ineleganter *Scaliger* ſignificauit hoc carmine:

Corpore diſiuncto totum eſt in corpore corpus;
Ipſa anima inſinuata animæ: nec ſola manere
Quit; ſed ſe applicat & cœcis compagibus hæret.

Iàmque in tali cohœſione ſolito magis dilatantur prædicti pori; quatinùs fibræ eôdẽ

tempore rigeſcunt, ſiuè intenduntur magis: vndè adeò fit, quòd tùm etiàm latiùs alter alteri inſpiret;& *Vagina*, Ex. gr., effluuia ſua fuſiús *Præputio* communicet. Ad quod non parúm etiám confert perſpirantis materiæ ſubtilitas eo imprimis tempore, quo propter ſanguinis accurſum motumque inſolentiorē *Vaginale* recrementum debet eſſe ſummè attenuatum. Haud refert tamen in noſtro caſu fixum ne ſit, an volatile, quod virus à fœmina emittitur in *Præputij* internam partē. Quodquidèm ſcilicèt proportio pororū iſtius cum poris *Vaginæ* muliebris, eiusdem prçtereá veneni homogeneitas ad humorem exſilientem è præfatis poris, calor denique *Præputij* in œſtro *Venereo* ingens factus, humorum per conſequens rarefactio, meatuum dilatatio &c. vltrò inſeruiunt ad memorati virus inſinuationem. Adde nùnc iſtius copiam è *Lacunis vaginalibus* præcipuè erumpentem, quæque rectâ in *Prçputium* ferri ſolet; & cùm iſtius plicæ ſcopis (vndè & Coire Italis *ſcopare* eſt) aſſimilentur, aut cutaneis circūuolutionibus *Vaginam* abſtergentibus, vt patet. Quibus ſic ſtantibus : qualiſcunque muliebris Gonorrhœæ portio intrinſecam *Præputij* faciem impetat, certum eſt ipſam facilè

lè in istius glandulas penetraturam: vndè est porrò, quód ab acidis eiusdem moleculis constricto isthùc appellente succo, sicuti serosæ partes posteà dimissę fibras relaxabũt, ità bullæ eleuabuntur diaphanæ, crystallinæ dictæ, quę in summâ metâ (quò videlicet idem serũ longioribus ac proindè validioribus, quàm in latera, columnis arietabit) diffractæ in vlcera transibunt. Pangentur etiàm vlcera, si in dictis glandulis fixato tali recremento earundem peripheria sic posteà ampliabitur, vt disruptis ambientibus tenellis vasculis phlogoses inducantur, atque ab his deniq; suppuratio, seù abscessus. Germinant in hac parte demùm etiàm Verrucę, nec secús plané, quàm easdem produci in *Vagina* muliebri suprá, *cap.* 2. demonstratum est: vndè non libet hic ipsarum originem denuò præstolari.

III Labes *Fræni, Coronæ & Glandis.*

Quod spectat *Frænum Glandis*, *Coronam*, atque ipsum *Glandem*: excoriatur illud, si proprio, quod nimirùm pus ex Urethrâ, vt in Gonorrhoeâ, aut è *Præputio* alicubi cariato deciderit; exulceratur autèm, si alieno, hoc est muliebri, perfusum fuerit. Quippè in hoc casu, factâ in glandulis, quæ ipsum *Frænum*, vt & interiùs *Præputium*, humectant, affluentis liquidi condensatione, bullæ eleuabuntur

tur illæ cryſtallinæ, quas ſuprà nouimus vlcus poſt ſe traxiſſe. Similitèr *Corona Glandis*, atque vltimò hic ipſe *Glans*, ſi extrarijs ſordibus fuerit delibutus. Aduerti autèm crebró in aliquibus, qui ob nimis citam ſeminis eiaculationem [quod vitium Italis prȩſertim tribuit *Ettmullerus*] ſtatim retracto *Pene*, cuius *Glandem* vix medium in *Vluam* ſordidam introduxerant, obueniſſe nihilominùs illi parti innumeras bullas diaphanas, paruas [etenim glandulæ in tali loco itidèm puſillæ ſunt eòque minores, quò propiús culmini accedunt] & quæ poſteá euacuato ſumine, quod liquidum & albeſcens in maiori etiàm, quàm aliàs, copiâ redundabat, ſenſim anihilabantur, *Glande* interim ac *Præputio* tunc apprimè rubentibus; in reliqvum autém ne minimi quidém vlcuſculi veſtigio alicubi, ac neque ad *Frænum* [vbi tamen ampullæ illæ depleri videbantur] apparente.

Obſcœnæ.

IV. Accidentia Verucarum, & Excoriationum.

Ultimò, quod *Scrotum* [hoc etenim quoquè intèr *Obſcœna*, ideſt *Genitalia externa* venit computandum] quoniàm ſordibus ex Vrethrâ, aut aliundè deciduis fœdatur nonnunquàm, ſiuè humectatur, abraditur idem iccircò, & quandòque, excoriatur. Luri-

da

da quippè salia cùm iàm valdè tepescant vbi ad illud peruenerunt, non possunt ità exaltari, vt in subiectas tunicas penetrando vlcera instituere valeant, & cúm insupèr deorsúm tendant, neque demúm ibidèm humorem aliquem opperiant, à quo dissoluantur.

§ 2

I. Accidentia Vlcerũ in *Preputio* externo.

IAmque ob priorem causam, quòd nempé sanies iugitèr per decliue feratur, huius qualiscunque portio ab excoriationibus exterioris *Præputij* dimanat, spiras describere, aut rectas lineas consueuit: vlcera itèm non multùm excauantur, neque callo denique obduci solent. Carnei quippè vuilli in eâ parte laxi impares sunt nutritio succo coercendo. quamobrém etsi decisi tumeant extremis oris, interfluente nihilominús iugitèr illo, nunquàm conniuebunt, ipsorum capita nunquám conglutinabuntur, nunquàm obfirmabuntur, adeóque tandèm nunquàm occallescent, vlceribus nihiloseciùs, quod de profunditate demitur, latitudine (quam subindè indipiscuntur) vltrò & cum foenore compensantibus. At Verrucæ nodos in tali regione vtplurimùm æmulantur, tubercula nimirúm lata, rotunda, parùm eleuata, at-

que in tali demùm quantitate, vt *Mentulas* quaſdam adſpexerim Tyrſis æquiparandas, *Hæcſteteri* Bromijs vel monſtroſiores.

IJ. In *Præputio* interno.

Sed ad Vlcerum differentias reuertendo: eorum quotquot interiori *Præputio* adnaſcuntur, caua ſempér ſunt & calloſa, ob rationem ſcilicèt ſuperiori contrariam. Etenim eadem expurgari affatim nunquám poſſunt 1. quiá pellicula, ſub quâ bulla [vlceris parens] turgere incipit, vtpotè multo compactior Epidermide exterius *Præputium* amiciente, nonniſi ſerò diſrumpitur: deindè etiã quià eadem cuticula duntaxàt in medio, vbi puris columnæ cèu altiores itidèm magis cogunt, effringitur; quarè vt pertuſi quaſi operculi vices repræſentat, ità exeundi copiam adimit puri ab intra ſalienti. Et profectò: hoc amuſsatim [vt quod aduenit abeat] è foraminulo illo medio nunquàm exigeretur. Lacunatur iccircó interiùs, eroſiſque primoribus, ad intimiores fibras penetrat, ſicque fermentando, turgendo, erodendo Scrobiculos denique ſuffodit profundos, adſpectu rubros, ſanioſos. Nunc, quod callum: huius ratio retorquenda venit rursùs in dictam, pelliculam, quam nimirúm nouimùs longé arctiori ſtructurâ præditam, quàm exteriorem

rem

rem suprà citatam. Dic igitùr de illo, quòd membranosæ, veriùs ligamentosæ [vt quæ carneas Panniculi *Præputium* componentis excipiunt] eiusdem cuticulæ fibræ, sicubi interdúm fuerint arosæ, se se ibidèm, ceù fides, contrahant, contractę cœsâ in parte tumeant, hinc aliæ alijs strictiús hœreant, cutemque ipsam adhùc densiorem reddant: nutritivs autèm succus, quoniàm tali fibrillarum, aut saltim capitulorum eiusmodi cohœsione prohibebitur, ne vltrà influat per illarum interstitia, quotus quantus eó prouemiet, totus velut ad aggerem sistatur, viscidisque suis filamentis tales apices conferruminet, consolidet, conglutinet tanto firmius, quòd inspiratus à proximè fermentante pure ac vitriolicis istius salibus impręgnatus coaguli quandam, veluti glaredinis, speciem inducat. Hinc itàque turgescentiâ, illinc duritie comparatis ad extremum vlceri corona quædam quasi carthilaginea imponetur. Atque hæc quidèm corona, siuè callosus ambitus in causâ est plerúmque, cùr vlcera talem interiorem *Præputij* tunicam occupantia phlogosim perpetuò faciant. Nàm, si profunda sunt, intèrque senescendum ligamentosas carneasque fibras terębrant quotidiè magis, quid

rema-

remanet, nisi vt nutritiuo succo, lymphæ, omnique omninó sanguini vijs interclusis, hunc è vasis suis depellant, nisi vt fibrarum interstitia oppleant, quid, inquam, superest, nisi vt *Præputium* inflent, inflamment, extendant, totique demùm *Glandi* superincumbere iubeant? Jàmque status hìc *Præputÿ* prẹternaturalis Grẹcè Phymosin audit, vt & Paraphymosin alter oppositus, quùm videlicèt eadem vlcera, vtut minùs caua, callo nihilominùs obsepiuntur tám duro, vt *Præputium* adduci suprá *Glandem* minimé permittant, sicque complicatum magisque in dies tumefactum augeri idem debeat, crescenteque vlteriùs vasculorum ab vlcere excisorum numero, penitús inflammari.

JII. Jn *Corona* & *Glãde*.

Quanquàm (quòd Phymosin) hæc ab vlcere *Præputÿ* haud semper est; cúm non rarò á *Corona Glandis* etiám habeatur, si videlicèt corrosiua miasmata in superiectũ illud auolent ab istius plagis. Quippè in tali casu, humores ibièdm ad fermentandum prouocati vascula disrumpent: hoc facto, *Præputium* intendatur necessum est, adeóque & vt *Glandi* hærescat, cum rubore, tumore, nec non aliquâ demùm pelluciditate. Sed nota in Recutitis, & quibus *Coronæ* vlcera infernè [quà

ver-

vergunt ad *Preputium*)craſſiore callo ſepta ſunt, Paraphymoſin potiùs inferre. Quandoquidèm *Coronæ* fibræ in eâ parte ligamentoſæ ſunt, ac propterea contextûs admodùm compacti, ſicque occalleſcere aptæ natæ: non ſic aliæ carneæ, quæ *Glandem* inchoant. Dic igitùr Phymoſin gigni ab vlcere, cuius tamen callus aſcenſum *Præputij* ad *Glandem* minimé impediat. Generalitér autèm de callo ſummabis iſta (& quæ nihilominùs ex præmiſſis deduci potuiſſent) vlcera, prout intèr carneas, cutaneas, aut ligamentoſas, ſiuè, quod idem eſt, intèr laxiores, arctioresue fibras locata ſunt, callo etiám intér ſe plurimùm differre; ſicque exteriorem *Præputij* ambitum occupantia minimùm calloſa perhiberi; é contrà alia in concauâ ipſius ſuperficie poſita: rurſúś, quæ *Glandis Coronam* obtinent, ſemicalloſa ſpectari, minùs adhùc, quæ *Glandem*, ac minimè omnium, quæ iſtius faſtigium inuaſerunt. Ratio patet ex iám dictis. Nunc quod duritiem, ſpiſſitudinem & colorem eiuſdem calli; hæc tametsí ex ſenio vlcerum apertè ſatis ab vnoquoque argui poſſint, nihilominùs adhùc luculentiúś explicabuntur infrà. Summa ergo dēique, vlcera circūundiq; calloſa minùs hiſcere, ſéu lateſcere ijs, quæ ſemicalloſa,

aut *atilodeia* [ſine callo] ſunt. Siquidèm duræ margines obſtant, quominùs ſanies in confinia bachatum eat: quicquid infernè, vbi continuò cumulatur, ac neque interim ob paruum exitum prefatum, ritè emungi poteſt, ſuffoſſis pedetentim per echinatos ſuos ac diutinâ fermentatione percitos ſales ſuperincumbentis valli fundamentis, perindè quaſi in inſidijs ambulet, vlceris diametrum extendat, necnon profunditatem. E contrà ſemicalloſa: hæc enim vti effluxum puri alicubi concedunt, ità nullo ſub aggeribus conſtructo fornice, tãtùm ſuperficialitèr è regione marginis ſeſe ampliant, maiorē interim latitudinē compenſando minori cauitate. Ac poſtremó quotquot nullo, ad ſummum tenuiſſimo, callo circundantur, in omnē dimenſionem, exceptâ profunditate, ſeſe effundunt tantâ voracitate, vt, niſi in officio [quod aiunt] contineantur, totam viciniam, ideſt *Glandem* populari pergant. Supereſt Dolor, qui vlcera qualiacũque, præſertim antiquiora comitari ſolet. Eius tamen explicatio, etſi non ſit huius loci (Nos etenim ipſam fusè dedimus in *Diſſertat.* noſtrâ *Anatomica* 3. vbi *de humore Glandularum Cerebri Corticalium, deque Spirituum Animalium falſó commento* abbundè actum eſt) paucis nihilo-

hilominùs heic perstringi potest sub his notis; & 1. Mentem vnicum doloris capax subiectum esse: quatinùs sola quid bonum, quidue malum, sit nouit. 2. malorum omnium grauissimum eidem compertum esse, materiæ ad se attinentis solutionem; adeòque 3. quò intimiùs exsolui percipit compagem corporis sibi concrediti, ipsam propterea tantò magis angi: ac 4. denique, penitissimas solutiones Neruorũ esse; cum ab his organicarum corporis partiũ origo habeatur ac deriuetur. Vnde infer, quòd fibræ omnes quò plus Neruosi habent eò ampliùs corpori sunt essentiales, & si præsertim crassitie fuerint insigniores. Infer, (inquam, quód *Penis* vlcera dolorosa esse debẽt, vtpotè solutiua; ac prætereà, huiusmodi solutiones in *Præputij* superficie cauâ longè molestiores putandas esse factis in conuexâ. Etenim porrò in hâc raræ admodúm, graciles ac distortę neruorum finitiones: in illâ frequentiores, crassioresque ac neque ità demùm obliquæ perhibentur. Quæ causa est etiàm, cùr *Corona Glandis* exquisitiore sensu polleat, quàm ipse *Glans*, vt consideranti liquet. Infer vltimò phymosin, istique oppositam *Præputij* phlogosin, maximoperè vrgere, & cum crassiusculos Neruorum ramos deglubant, pun-
 gant

gant, lancinent, indequé febrem cieant non raró.Et quid mirum planè? Nonnè [prætereo cœtera] solemne est Animo in vehementibus passionibus Cor & Sanguinem insolentiùs agitare? Mitto demùm phases illas Christallinarum, quæ Bullæ *Fræno* adnascuntur ac sæpé disparent improuisò ; propterea nimirúm, quòd talia Simioticen potiús spectant, quám hunc locum.

IV. Accidentia Uerucarum,& Excoriationum.

Succedunt Vlceribus Verrucę.quarum primam differentiam suprá in Sessilibus *Præputio* extrinsecè obuenientibus indigitauimus: nota nùnc, quod fiendi modum,cutim in eâ parte laxam poris etiám plurimis scatere, qui fibras hinc indè aluunt: nutritiam ergò lympham, postquàm à meretricio tabo, aut potiùs, acidis eiusdem salibus fuerit coagulata, serum emittere, quod dictorum Willorum laterales poros relaxando , sulphureis , oleosis, aut balsamicis particulis viam sternet , & quasi manuducet: vndè , ad extremum, sagi-nati ac alti diametro augebuntur, iunctique vnà & conglutinati abibunt in magnas quasdam , veluti lentes, Verrucas nimirùm latas ac depressas ;Verùm in *Præputio* interno , vbi ligamentosę fibrę naturâ inuicèm cohærent, quoniàm præfatum serum non hinc indé,ast

subtùs

ſubtús tantùm irruit in eaſdem, laxatis adeò medioxumis ipſorum poris, earundem pari-tèr meditullium duntaxàt producendum eſſe atque arcuandum itá nempé, vt in vno pun-ćto à rećtâ ſuâ lineâ diſcedentes mòx in altero ad eandem reuertantur, ſicque vtriculos con-ſtituant, qui vna cum contento nutritiuo ſuc-co ab ambiente aere, aut calore interno ſicca-tæ ac induratæ demùm faceſſent in paruas Verrucas ex illarum genere, quas Grœci Achrocordones, Latini Penſiles vocant; ſunt-que parte ſummâ latiores, imâ verò, quæ ad Cutem eſt, tenuuiores, quâque porrò quaſi pediculo, innituntur, vt patet. Nota hic rur-ſús, fieri interdùm, vt liquor in eiuſmodi fol-liculis contentus tametſi concretus humećte-tur maximè ab exuberante in vaſis ſero, inque eo caſu ipſius ſalia in aćtum exeri [nàm, iuxtá Chymicorum illud, *Salia non agunt niſi ſoluta*] ac propterea non tàm erodi ab his talium vtriculorum ſuperiorem partem; verùm eti-àm fibras hinc inde à foraminulo illo medio relaxari, atque à nutritiuo rore protrahi de-bere ità, vt in nouum porum hæ denique con-camerentur, videaturque hic porus priori in-ſitus, aut adnatus. Nota demùm alteræ huic Verrucę ſuccreſcere aliquandò etiàm tertiam

eo fermè pacto, quod modò enunciauimus: vndè curiosum fuit vidisse nonnunquám huiusmodi excrescentias velut arte factas duplici interdùm triplici quasi nodulo distinctas, vt diximus. Sed quæ *Glandi* superueniunt Myrmoeciæ dictæ capulo magis lato sunt, vt & crusculo &, vtroque tamen depressiori, quàm superiùs dicta. Quippè nimirùm *Glandis* fibræ laxiores ac molliores sunt existentibus in *Præputio* interno. Quì igitúr, patescētibus hinc indè poris mediè extendantur, vt Pensiles Verrucas gignant, potiùs quàm Sessiles? Utrumque autèm hoc Uerrucarum genus si paululúm consenescat, eatenùs saltim, vt liquato illo, quod sulphur in earum ventre condensari nouimus, salia in hoc, vt & in sero contenta fermentatum eant, planum est, fracto apice, eructaturum interdùm saniem quandam aqueam ac inolidam, materiam scilicèt minerę suæ, hoceſt lymphæ, redolentem. Fœtor enim & puris crassities omnis à sanguineis globulis [dicam planiùs] à sanguinis portione rubrâ ferè dependent. Remanent Rhagades: hæ, quęcunque à viru siuè muliebri, siuè aliàs vlceroso in *Obscœnis* fiunt, pro eiusdem fixitate magis minúsue ampliant sese, prætèr nonnullas in

Co-

Corona Glandis, quæ cum breues ſint, non multúm dilatantur, vt neque aliæ inter mẽbranoſos conſtrictoſque interioris *Præputij* vuillos conſtitutæ. Et quod numerum: alibi paucæ, alibi plures; ferè tamen in eiuſdem *Præputij* rugis frequentiores obſeruantur, eò quòd hę vt rugoſę, ità & ſpongioſę maiorem in coitu lingunt *venereæ* amurcæ quantitatẽ.

§. 3.

Signa cauſarum diſtinctiua.

DIagnoſſis heic omnis linquenda foret (ecquis enim *Penis* Vlcera, Verrucas & reliqua ſuperiùs recenſita non agnoſcat?) niſi ex aliâ parte obſcura adhúc multis videretur; quæ verſatur circà cauſas eiuſmodi morborum. Præſtantiſſimus *Sinapius* non muliebrem Gonorrhœam; alia adducit, quæ tales affectus gignere poſſe autumat. *Conſtat ſiquidèm* [ſunt eius verba *& experientia & ratione quod non tantùm à meretricibus proſtitutis; Sed etiàm à propria vxore honeſta licet, ſimiles morbi oriri poſſint. Si, inquam vxor cachexia aliqua Scorbutica plus iuſto acri, ſalina, acida laboret, ſi eadem fluxum album, inordinatam Catemeniorum euacuationem & ſtagnationem ſentinæ Vteri à mordaci aliqua & acri colluuie patiatur*

tur. Tunc enim (pergit) *accedente immoderatione in coitu & motu tali excessiuo, qui Vterum nimis exagitare, accendere & efferuescentiam salium causare potest, hincque fermentationem eorundem salium, hinc affluente lympha acri & putrida vlcuscula Vaginæ vteri concitare; nonnè inquam hæc causa erit marito inficiendo citrá vllum meretricium congressum, nonnè aura illa contagiosa acris volatilis ex taliter constitutæ vxoris vtero exhalans* prostatas *aliaque vasa spermatica inficere valebit?* Sed hanc si in principalem assumpsisset, quam causam pro accessoriâ adhibuit, *immoderationem* nepè *in Coitu*, haud longè sané à scopo aberrasset. Edixisset enim quod & nos suprà in Theoriâ & experientiâ & ratione quòque firmauimus. Verùm quòd citrà hanc *immoderationem* Vlcera in Verethro, Verrucæ &c. haberi possint è congressu cum propriâ Vxore honesta & pudicâ corporis duntaxàt cachectici, aut muliebre quidquam patientis, non credo. Nec vacat repetere quæ alibi (*Cap.* 2. §. 3.) narrauimus de Viris eiusmodi Mulierum, qui vitio aliquo *Pudendi* nunquàm fuerunt attacti. Addam hic solùm, obseruasse Me etiàm alios qui diu copulam habuerant cũ Coniugibus Phtysicis obindèque fluxu albo vexatis, itémque cum

Obseruat.

alijs

alijs, quæ ex epotâ Cantharidum tinctura in morbi contraxerant, nec tamen eorum quempiam vel de minimâ *Pudendi* labe fuisse conquestum. Ratio autèm huius rei videtur, quam etiàm ibidèm attulimus; nimirùm quià, vtvt Cachexia illa sit scorbutica, sit & Phtisica, sit denique & salina, acris, acida, austera & acerba; vtvt, inquam, adsit fluor albus, inordinata Catemeniorum euacuatio &c. quoniàm tamen ij vel sanguinis morbi sunt, vel Vteri, quid sibi cum *Vagina*? Salia namquè eiusmodi Visceris cum iàm deferbuerint vbi ad hanc peruenerunt, nullam ipsi noxam inurere apta sunt. Sed regerit laudatus Author: *Dubitas vlcuscula oriri posse in* Uagina *fœminæ honestæ, quæ promiscuum non admittit coitum? Sed si datur Inflammatio, Tumor, Schirrus, Cancer Vteri etiam in honestis & maximè abstinentibus fœminis, & uel maximè illis, quæ Chlorosi, seú febre amatoria, vel quæ Pruritu muliebrium laborant, cùr non & vcuscula, quę minus, vel saltem consequens horum omnium sunt, concedas?* Deindè exagerat. *Quot Maritos scio taliter infectos, eorumque nonnullos, qui tempore menstruorum à proprijs vxoribus non abstinebant, & quidem domi suæ & non in castris ad Neapolin &c.?*

Obseru.

Dubito [inquis *Sinapi*] & quidni? Primò nãque magna diſparitas eſt intèr Vterum eiuſque *Vaginam*: ille Neruis, ille copioſiſſimis donatur vaſis, ille tandèm nùnc contrahitur, nùnc ampliatur, nùnc ſicceſcit, núnc humeſcit, nùnc denique meconijs impletur ac farcitur; *Vagina* verò nec Neruis, neque Arterijs, ſaltem conſiderabilibus, ditata eſt, oſſibus atque adipe obſita ac munita, & lato demùm ore peruia perhibetur: quo fit, vt ſi Vterus Jnflammationibus, Tumoribus, Schirris obnoxius eſt, illa fit conditionis longè diuerſæ. Deindé, datur Chloroſis, datur Pruritus Muliebrium, & vlcera tamen ex eâdem causâ non dantur. Et poſtremò, etſi darentur iſta ab aliâ cauſa [non tamen *Venerea*) putas ne iccircò ea fore contagioſa, ità vt *Penem* vlcerare, aut alitèr labefactare valerent? Falleris. Nam pus talium vlcerum non eſſet eius indolis, vt ſeſe *Præputij* poris applicaret, vt lympham rectâ appeteret &c. Capeſis exemplum in Vino quod alitèr alteratur per ſe, alitèr, interuentu Jgnis, aut aliorum corporum extraneorum. Quamobrem vlcus illud ſponte ab internâ cauſa inflictum, non eſſet eius diritatis, atque factum ab externâ, ex *commixtione* ſcilicèt ſeminis

nis virilis, ex *Agitationibus* immodicis & *calore* violento. Iunge, quòd cùm illud virus non esset ex succo *Vaginali*, sed ab alio humore, non haberet proindè illam analogiam ad glandulas interioris *Preputij* earumque succum, quæ requiritur ad Ulcera & Verrucas excitandas. Sic nitri Spiritus nunquàm se addicet solutioni Solis, nisi ex sale ammoniaco fuerit præparatus, Ad id posteà, quod snbiungit *Author* de Uiris, Menstruatarum consortio, in Pudendagram lapsis, piget sortis meæ; ipsum nempè tot, me ne vnum quidèm ex ijs vnquàm obseruasse. Profectò si tám frequeutes ij sunt casus, pręstat accessum omnem ad Mulieres prhoibere. Nàm, cùm hæ ludibria sua plerumq; taceant; ne idcircò in foueam incidamus aliquandò, tutius est cum ipsis nunquàm coniungi. Sed vah commentum! Quid enim *Peni* aliud affert tale coniugium, præter spurcitiam magis apparentem, siuè conspicuas in illius *Glande* suggillationes? Crediderim igitùr potiùs *Sinapium* deceptum fuisse à quibusdam Fœminis, quibus mos esse solet, vt, cùm Gonnorrhœâ laborant (ne Amasijs iniuriam fecisse existimentur, quorum post vltionem metuunt] declarent coituræ, se

se euacuationes suas menstruas tùnc temporis ageræ. Cœterúm nil mali pertimescendum ex tali Coitu: & reuerá, quandò hunc Antiqua illa damnauerat, nouissima Christiana lex ad summum veniale peccatum dixit, testibus *P. Ledesm*, *Henriquez*, *Sanchez*, *Filliuccio* & alijs apud *Bonacinam*. Iocis *Sinapij* sepositis, ad rem certè magis respondisse comperi nonnũquàm Adolescentes quosdam pecuarios Romanos, qui aliquo interdùm è dictis morbis in Archiospitale nostrum adsportato candidè fatebantur se à Vaccinâ quadam (sic enim Itali Uaccas appellitare consueuerunt) in eâ parte læsos & commorsos fuisse. Ergó, quod seria; videntur aliquandó Rhagades *Præputio*, *Coronæ* & *Glandi* posse contingere ex nisu in Coitu, aut calore *Vluæ*, vt in Theoreticis enarrauimus. Sed eæ in tali casu non sunt *Venereorum* censibus adscribendæ, neque enim difficilè sanantur, aut incrudescunt paulo importuniùs; ast sponte suâ, ex se, absque aliquo, etiam Topico medicamento rescipiscunt: non sic aliæ, quas virus comitatur. Vlcera itèm non semper ab eâdem *Venerea* contagione sunt. Vidi ego complura *Glandem* infestantia, & quæ tamen á *Prostatis* nondúm viru depletis (ante

Obseruat.

bien-

biennium ſcilicét aliquandò tandém, ſed malè curatis] fouebantur Diſparebant autém hæc rursùmque reditabant parua, rotunda, minimè caua, prout nempè dolor in radice *Penis* intendebatur, aut remittebat. Uerúm de his *Artic*. ſequen. Demùm neque Phymoſis præſentiam vlceris denotat continuò: ex Gonnorrhœâ ſiquidèm, & nonnunquàm ex Pano *Inguinis* oriri ſolet, vt ſuis locis oſtendetur: Quamobrèm an hæc ab vlcere pendeat, Tactio, & Contrectatio potiús fidiſſimi tanquàm iudices eſſe poterunt. Atque hæc quidem de cauſarum differentijs: ſcire poſteà ſi cupis an vlcus quodlibet Virilis *Membri* ex commercio cum impurâ fœminâ, aut aliundè proceſſerit; obſerua 1 locum. Quippè in *Præputio* nonniſi ab illo; ideſt fœdo concubitu prouenire poteſt. 2. accidentia. Quandoquidem calloſitas, inflammatio, profunditas vlceris certam ſaliuæ meretriciæ argvunt impreſsionem.

IJ. Prognoſis Vlcerum.

Prognoſtica ſi queras, adſunt en rursùm Tibi eadem vlcera Preputij! quâ quidèm occaſione felices in hac parte mihi veniunt nominandi Hebræi, Turcæ, Apellæ omnes: quód nimirùm *Præputio* deſtituti neque ijs vlceribus obnoxij ſint, neque itèm alijs affe-

ctibus, quos posteriora hæc plerùmque manuducunt; vt lues *Venerea*, morbus nempè ijs multò infrequentior, quàm Nobis incirconcisis. Eatinùs autèm hæc contingit vlcus *Præputij* patientibus; quòd complura eademque satis capacia vasa sint, quæ *Præputium* irrigant: quæ causa est profectò, cùr illius virus à venis pleniùs absorbtum reliquam massam posteá infectum eat: iunge huic etiàm callum, qui cum reliqua in alijs *Mentulæ* partibus constituta vlcera nec tám crasse, nec æquè ambitiosè, vallet, maiorem hinc puris quantitatem expurgari patitur, quàm illinc, vt nempè suprà §. 2. innotuit. Præterea callus strangulatis vasculis sanguiferis ac nutritij roris intercepto cursu gangrænam intentat sępenumerò, at nunquàm tamen æquè vlceris malignitatem portendit, atque vt est liuidus: ad minimùm enim luem tùnc *Veneream* auguratur, sanguine existente immundo, idest scepticis salibus imprægnato. Vt verò is in Phymosi ac Paraphimosi talis vt plurimùm apparet: sic causæ hæ potissimę sunt vel mutilationis *Membri* virilis, vel Pudendagræ. Quod superest de alijs vlceribus; callus in ijs pessimi ominis est, qui albidus; indicat enim coagulationis, vt

&

& Gallici mali, initium: melior, qui ruber, postremo loco est carneus, qui temperamenti bonitatem auguratur. Idem dic de eiusdem consistentiâ, maiore scilicét, aut minore; atque vltimò de pure vlceris: de quó siquidèm iàm plura alibi, cramben hìc [vt in adagijs est] recoquere non vacat. Accidit iám verò, vt *Glandis* vlcera maligna, phagedenica, seù disepulotica facta ipsum aliquandò penitús absumant: sicque Ego aduerti in nonnullis *Colem* ab ijsdem omninò consumptum. Sed nec satis: contingunt in ijs erosionibus tàm fatales hemorragiæ, vt pluriès meminerim, eæ quandocunque obuenissent, instantis lethi nuncios fuisse.

Obseru.

IIJ, Verrucarum

Deuoluimur nùnc ad Verrucas: quarum prognosim vnicuique obuiam nemo non dixerit, qui aduerterit genimina esse illa nutritiæ lymphę inspissatæ, seú coagulatæ; ac propterèa nos, quoniàm coagulationem hanc affectum esse nouimus veneni in sanguine grassantis, indices iccircó illas appellabimus siuè, quasi tesseras Gallicæ affectionis. Verrucis cognatæ sunt Bullæ, seú Uesicæ Cristalloides, vtpotè quę idem serum [á quo nempè illæ exordiuntur) agnoscunt authorem. Harum igitùr par est cum illis exitus, nisi

quod

quòd aliquæ ſuprà *Glandem* prouenientes; quúm recèns à coitu fiunt, breui diſparent impunè: quemadmodùm etiám omnis malitiæ expers fuit illa notata à *Velſchio*, quæ in Muliere, ex apice *Clitoridis* enata fere ad pedes vſque propendebat; quamuis ego non veſſiculam crediderim fuiſſe illam, ſed tumorem, vtut diaphanum, vtut pellucidum, ex cachectico corporis habitu & dictæ partis arcto aliquo confrictu prognatum, potiúſquàm ex Gallicà infectione. Sed hæc per tranſennam.

IV. Excoriationum.

Poſtremò Rhagades, ſiuè Fiſſuræ, aut Excoriationes túm *Mentulæ*, túm *Scroti*, vtcunque mali moris exiſtant, hàud ſunt inauſpicatæ. Uitium enim ſanguinis ſupponunt magis, quàm inducunt, prȩſertim ſi ſolæ ſint, hoc eſt nulli eiuſmodi partium vlceri fuerint aſſociatæ.

§. 4.

I. Curatio Vlcerum

AD Repellendam autèm Vlcerum ſæuitiam præſtat Veſsiculas [vndé illorum origo] ſtatim atque apparent, lenceolâ aperire, planè iuxtà monitum illud *Maronianum*, quòd ſe habet hoc pacto.

Sed

Sed non vlla magis præsens fortuna laborum, est
Quam si quis ferro potuit proscindere summum
Vlceris os. ——
Nám (vt alio eiusdem *Poœtæ* vtar carmine)
——*Alitur vitium, viuitque tegendo,*
Dùm Medicas adhibere manus ad vulnera
[*Pastor*
Abnegat——
Quamobrém apertas implebis protinùs emplastro aliquo suppurante, imprimis verò *Basilicon.*, cui granulum vnum aut alterum *Mercury Præcipitati* adieceris, pro magnitudine affectûs. Nàm, quod hunc *Mercurium*, caue hàud ità indifferentèr adhibeas: Fibras certé is siuè carneas siuè neruosas, &c. valdoperé irritare solet. Quapropter cúm metum incutiat sempèr maioris inflammationis, cum cautelâ debet vsurpari. Vtèris autêm illo prorsùs omni iure, si noueris 1. vlcus velùt obsoletum ab omni prorsùs phlogoseos suspicione vacare: deindè si eius callus plurimúm obduruerit, ac postremò, si *Glandem* vlcus occuparit. Quippé in hisce casibus non tám album, quàm etiàm rubrum *præcipitatum* diligentèr administratum omne punctum ferre consueuit. Ac propterea l'on doit [si ità cum Gallis loqui licet] long tems me-„

nager ceremede, vt nimirùm vber puris efluxus obtineatur. Vertitur nàmque in hoc totius curationis cardo, & ne ſcilicèt, quod vlcus peperit, idem virus poſteà in venas repat. Suppuratio igitúr diú diùque urgenda eſt, remedijs etiàm in vſum vocatis, quæ tùm illam promouère, tùm ſanguinem ab omni labe prę-ſeruare poſſunt, cuiuſmodi ſunt interna, quę intèr primum locum occupat V. S., ſi præcipué inflammatio inſtet. Sed oggeris, Phlebothomiam in *Venerea* quâuis ægritudine cane peiùs & angue fugiendam: ad quod reſp. non diſputari hic à nobis nùm in *Venereis* conueniat, an non; commendari tantùm in vlceribus vel inflammatis, vel proximè inflammandis (vlcera enim præſertim *Præputij* nunquám non inflãmatione periclitantur) Quamobrèm cum receptiſſimum ſit apùd omnes (quod & Nos authopticis legibus oſtendemus in aduerſarijs noſtris Anatomicis, *Diſſertat.* 2.) non dari pręſtantius magiſque præſentaneum ad arcendam phlogoſim remedium ipsâ V. Sect., meritò intulimus hanc eſſe adminiſtrandam. Replicabis, attrahi hâc mediante *Venereum* pus in maſſam ſanguinolentam, adeòque ex illâ *Veneream* luem procurari; Sed reſp., ægrè aucupari à venis ſalia præſertim

fixa

fixa [quæ nimirùm *Penis* vlcera producunt] vbi altè fibris fuerint impacta; & prætereá, nonné optabilius aliquandò foret ipsa lues inflammatione *Præputij*, quæ præcipuè gangrenam minitetur? Iunge, quòd post V.S. in vsum vocanda veniunt alia auxilia, quæ sanguinem præseruare possunt á quâlibet attractione: videlicèt *Mercuralia*, in quorum censum, prætèr allatas *cap. Superiore*, ponam hic alias pilulas, quas describere consueui sub hoc exemplo.

℞. *mercur. crud. s. q. therebentin. extinct.* ℥.ß. *senn. & rhabarbar. ellect. puluer* a ʒ. ij., *ialap. pulu.* ʒ. i *trhocisc. alkandal. & præcipit. alb.* a ℈. j., *cum s. q. Syrup. de cichor. comp. f. S A. Mass. pilul.*, *de qua cap. M.* ℈. ij. *superbibend. iuscul.*

mitto exhibendi modum, quòd de hoc penès Medicum deliberatio esse debet: Ego illas quartâ quâque die, vtplurimùm, præstare soleo &c.; linquo itém alias receptas, quæ vel ipse mihi, vel alij sibi fingere, aut ex alijs transcribere consueuerunt. Neque enim centones farcire institui; Sed tantúm ea promere, quæ mihi quotidiano vsu probata sunt, quale est etiàm sequens Topicum.

℞. *cadmiæ fossil., siuè lapid. calaminar.* ℥. ß. *sul-*

 phur.

phur., argent. viui a ʒ.i. therebenth. q. ſ. M. in formam vnguent. addendo parùm axungiæ porci.

Habui autèm hoc ſecretum ex Operibus *Henrici Regij*: ſecretum, inquam, quià mirabile in vlceribus *Penis* omnibus extirpandis abſque metu inflammationis, quæ per *mercurialia præcipitata* cieri plerùmque ſolet. Verúm ni his alijſque *Digerentibus* morem gerat vlcus; ſicque iſtius labia aut liueſcant, aut duritie adhùc maiore firmentur, inurenda erunt hęc *Lapide cauſtico*, ſeù infernali; quo facto admouebis iterùm ſupradictum *Suppuratorium* Emplaſtrum, ideſt Cerat. *Baſilicon. præcipitato rubro* permixtum ad eſcharam nimirúm eximendam. Porrò hâc ſublatâ, cauteriũ iterùm appones, iterùmq; excluſâ eſcharâ eundem lapidem tertiò, quartó, & ſucceſſiue quintó applicabis & donec vngulas, quæ callum conſtitvunt, omnes excluſeris, non omiſſis tamen interim [vt hoc & nùnc rurſùs repetam] internis *Alterantibus*, quæ ſanguinem à *Venerea* labe expurgare ſolent.

IJ. Phymoſeos, & Paraphymoſeos:

Enim verò ſiquandò hæc intendenda ſunt in Phymoſi & Paraphymoſi intendi debent; quòd videlicèt clauſo vlcere pus in venas non deſinat introduci. Et, quod externa, præmiſ-

ſis

ſis V. Sectionibus largioribus pro magnitudine Affectionis, intrudat Chirurgus in Phymoſi, intrudat, inquam, vlceri ſub *Præputio Epiſpaſticum* aliquod medicamentum [nam caue irriteris] quale imprimis eſt illud *Henrici Reggij* ſuprà laudatum, alijs deindè ſiccis, ſeù nullo vngento delibutis, penicillis circà *Glandem* poſitis. Hoc enim efficiet, ne vdor ſordidus tàm ſuprá *Glandem*, quàm ſub *Præputio* congregari ſolitus [quique in *Penis* inflammationibus copioſiùs, magiſque viſcidus prouenire conſueuit] ambas illas partes glutinis more conglutinet, vtque *Præputium* ſenſim ducibilitati initietur. In quem finem vtilis eſt paritér fotus ex vino, in quo furfur decoxerit, ſpongiâ exceptus, aut Creta ſub aquatica Pollionum rotâ concreſcens, impoſita nempè loco extrinſeco tumidiori. Cœterò, ni *Epiſpaſticum* illud á Nobis expertum, vtpotè vnctuoſum, minimè placuerit, ſubſtitui poterit in eius locum ſequens balſamus.

℞ *Sachar. ſaturn. & mercur. dulcific. a* ℈. j., *maſtic., myrhæ & calc. viu. puluer. a* ℈. ß., *turb. g.* xv., *cum s. q. balſam. ſulphur. therebentinath. miſceantur exactè in formam linimenti, quo turundæ aliquot intingant;, &*

 loco

affecto admoueantur, cautelâ posteà adhibitâ, quam suprà diximus.

Jjs porrò sic administratis, si *Præputium* nihilominùs restitet ac deduci non queat, ad Chirurgicam operationem confugiendum est. Sic autèm de hâc expressé *De la Charriere*: Le Chirurgien, inquit, dans ce moment tache de debarasser les parties tirant a soy l'exremitè du *Prepuce*, & introduisant á cotè de la *Verge* vn instrument en forme de ganif entre le *Gland* & la peaù perce sans danger le *Prepuce*, & incise tout ce, qui est compris entre l'instrument & l'extremité du *Gland*. Si vne incision ne suffit pas pour le decourir, on en peut hardiment faire vne autre du cotè opposè. Au reste le seul mouement de ces parties est capable d'etendre les fibres du *Prepuce*, de les rendres obeissantes, & de faire ensorte, que elles se ressserrent & se dilatent suiuant le besoin de la nature. Factâ autèm incisione (quæ in *Penis* medio, quà Venæ *Pudendę* propago reptat, minimé gentium celebrari debet) sanguinis effusio, si vberior fuerit, bolo armenâ; sin ità, solo carbaso, plumacceolis, filisue lineis excerptis [vulgo *sfilacci*] siccanda erit: mòx verò *Præputium* iterùm fouebitur vino calido

supra-

ſupradicto, *Virgaque* porrò ad *Pubem* inclinatâ. Æger ſupinus dormire iubebitur: poſtridiè uerò *Præputium* ſponte ſuâ apertum; ſin itá blanditèr elatum ſtuppis lineis emplaſtro aliquo ſuppurante delibutis impedietur, quominùs poſtindè *Glandi* adhæreat, inciſuris etiàm ad hunc finem probè ſtipatis. Cæterò ſuppuratorijs auxilijs iàm præſcriptis addere núnc liceat & tertium, cuius hæc eſt formula.

℞. *butyr., vel liniment ex cera & ol. commun.* ℔.ß., *præcipit. rubri optimè ac ſubtiliſſ. triti* ℥.ß. *Ritè miſceantur cultello ſupèr tabellam leuem. f. vng. ad us.*

Jn iſto quippè tantum fiduciæ collocauit eiuſdem Author *Io. Bapt. Zapatta*, vt non dubitarit polliceri, ſanaturum ſeſe ex eo *Genitalium* vlcera omnia, modò à *Venereo* tabo ſanguinem vniuerſum inficiente non fuerint incubata,; blanditurque in hoc illi eiuſdem *Scoliaſtes*, tale vnguentum propterea *Diuinum* vocans, *totiuſque Artis admiratione digniſſimum*, tracto in ſuas partes etiàm *Libauij* teſtimonio. Ego verò vt nolo probatiſſimorum Virorum Manibus moleſtiam faceſſere, ſic malo mihi ipſi credere atque in propriâ confidere experientiâ: malo, inquam, *Arcanum de Cadmia*

primo

primo loco descriptum vsurpare, quàm aliorum promissis etiàm sesquipedalibus inhærere. Chirurgus nihilominús à succesfsù discat eligere. Nám, monente prouerbio, Optimum omnium Res indicabit. Cœterò vulnus [seú incisio, de quâ suprà] siuè vni siuè vtrique *Præputij* lateri inflictum fuerit, apertum diù seruandum erit, seù donèc vlcus, quod huiusmodi inflãmationi ansam præbuit, ferè coaluerit, ideſt peruenerit ad cicatricem. Jn quem finem abstergentur quotidiè eiusdem cęsuræ labia vnguento de *Muccillaginibus*, cui tantundem cerati *Vigonis de Ranis cum mercurio* admixtum fueirit, imò anatina etiàm portio, si pręfata labia nonnihil obduruerint: interim quòque, quòad phlogosis illa *Pręputy* perdurauerit, minimé temperandum erit ab vsu fomenti præcitati, cautione paritèr sempèr adhibitâ, ne *Colis* incongrvum situm teneat, hoc eſt, vt paruarum fasciolarum adminiculo ad Pubem continuò inclinetur. Moneo tandèm, circá Chirurgicam operationem, ne in vetere Phymosę præcisiones fiant, sed scarificationes. Etenim, vbi *Præputium* totum vlcus eſt, cum illis opera luditur, cum his, non ità. Quod Paraphymosin [tumorem scilicèt *Præputij* inuersi] hæc initio ac protinùs extur-

exturbari debet, metu Strangulationis Vrethræ, quæ vtut accidat nonnunquàm etiàm in Phymoſe, plerùmque tamen ab hâc abeſſe non conſueuit, quemadmodùm & gangręna *Penem* in hoc ſtatu faciliùs inuadente. Imprimis igitur tundetur Vena: fomentum deindé, ac *Suppurantia* auxilia demùm exhibebuntur, quæ porrò ſtylo ſuprà abſconditum vlcus intrudes. Poſt hæc, adducetur *Præputium* ſuauitèr ac blandè ſuprà *Balanum* ità videlicét, ne compreſſo apice, iſtius *Coronæ* intumeſcat magis. Quippè ſic, *Præputij* plicæ retrorsùm potiùs, quàm antrorsùm impellerentur, vt notare liberum eſt cuique pollicem *Glandis* vertici admouenti &c. Tali autèm operâ ni *Pręputtum* reduci poterit, lateralitèr probè, ac tranſuerſim pręcidetur, hinc nimirùm, vt ab vlcere, illinc, vt à *Coronâ* euadat, adhibito ad id prorsùs eodem ſcalpro, quod in Phymoſe laudauit *De la Charriere*, ſcalprum inquã advncum inſtar cultelli ſcriptorij, ac perexigvum: in reliquis verò procedetur deindè vti ſuprà narratum fuit de eiuſdem Phymoſeos operatione, inciſionũ curam Naturæ, ceù quæ ipſam pedetentim molitur, demùm remittendo. Coronidis gratiâ dicam eſſe aliquot, qui ad dictas inflammatio-

mationes commendant plumbeas *Fallopij* canulas, itèm alias *Nicolai de Blegny*; ſed Ego, prӕterquamquòd impendio ſuperfluas, in eo etiàm noxias comperi, quód, dùm tempus terîtur in earum vſu, malum ſӕpé exaſperatur, gangrӕnâ ſcilicèt nonnunquám interueniente: dicam rursús, Tumores *Prӕputij* aqueos à Gonnorhӕâ & *Venereo* Bubone pendentes peculiarem non admittere curationem; fouendos duntaxàt eſſe cum vino tepido tottiès laudato, interim verò & cauſas omni ſtudio remouendas. Cœterùm aquei vocantur ij tumores, cúm tamen rubicundi ſint ijſque ſimiles, qui Phymoſin & Paraphymoſin comitantur: cenſeo nihilominùs ſic dictos, quòd adiunctam habeant notabilem pelluciditatem, cuius cauſӕ oſtendentur infrà; dicam denique, quòd Phymoſin, hanc biduo prӕtèr proptèr, triduo etiám, aut aliquanto plùs interdùm diſparêre, ſpretâ nimirùm illius ſanatione, errore aliquo in vſu rerum non naturalium commiſso, Chirurgi ſegnitie, aut poſtremò ex delectu remediorum inconſiderantiùs habito. Quippè exhinc cruore, prӕſertim qui maximè inquinatus fuerit, in venas abſorpto, nil ampliùs ſupereſt ad *Prӕputium* inflammandum. Vӕ nihilominùs Ægroto!

Nam

Nàm multa ipsum post errores eiusmodi expectat pœnitentia. Sic vidi non paucos iàm de de tali euentu lœtantes, & qui postmodúm Articulorum doloribus, Pustulis, alijsque *Morbi Gallici* Satellitibus circunuenti, gaudia in luctûs commutarunt.

Ad versum. *Tumores* ergò *aqueos* appellauero ego potiús Vessiculas crystalloides in vniuerso *Pene*, præcipuè verò ad *Frænum Glandis* prouenientes, & quæ heic ideò frequentiùs contingunt, quám in alijs locis, propthereà quòd nerueę eiusdem partis fibræ tàm validæ sunt, tàmque strictim vná cohœrent, vt serositati à nutritio svcco separatæ coercendæ sufficiant; non sic alibi, vbi nimirùm infirmiores citiùs franguntur, atque vlcus adstrvunt vtplurimùm. Sed, quòd concernit curam; spectatas porrò eiusmodi bullas *Lanfranci* collyrio [cuius nos descriptionem, hic non damus, quià notissima] aut alio simili remedio exsiccare, sicque extirpare decet: quod nisi succedat, perforabis eas aciculâ delicatè, siuè ità bellè, nè subiectas fibras pungas ob plura incommoda, imprimis autèm ob gangręnã, quę in tali casu facili negocio contingeret. Iàmque transfixas, ac perforatas imbues protinùs aliquo ex vnguen-

III. Crystallinarum

 tis

tis *Suppuratorijs* ſuprà deſcriptis, diùque id præſtabis, vſquedùm tandèm ipſas puluere *ceruſſæ*, aut *Tuthiæ* cicatrizare conueniat. Quòdſi proptér aliquam implicantiam, aut accidens improuiſum, gangræna forté oborta fuerit, ad ſequens auxilium confugietur, cuius opem & in alijs conſimilibus circumſtantijs implorare poteris, nimirùm

℞. *lixiuij ex cineribus ſermentor.* ℔. *viij. fol. thym.*, *roriſmarin. & abſynt. a. q. s. Coq. ſimul ſpat. quadrantis horæ. Colat. adhuc calent; add. ſal. armoniac.* ʒ. ij. ; *ſublimat. corroſiu.* ʒ. j. *frigid. verò adde myrh. & aloes ſubtiliſ. puluer. a* ℥. j. *f. foment.*

IV. Verrucarum, & Excoriationum.

Accedunt vltimò Verrucæ; pro quarum expugnatione niſi machinas *Gallicam* repercutientes adhibeas, fruſtrà allaborabis: illas inquam machinas ſine quibus quamlibet *Penis* infectionem, hoc eſt à meretricio viru contractam ægritudinē, nunquàm perfectè ſatis euinci poſſe diximus, ac nunc iterùm admonemus. Cœterùm Excoriationes, ſiué Rhagades, ceſſant cauſâ paritèr ceſſante: interim ne inualeſcant, vel ipſis pulueribus ſuprà adnotatis poterunt impediri.

AR-

ARTICVLVS POSTERJOR
De interiori Virilitate læsa.
§ I.

SVprá in prefatione ea, quæ poteramus meminiſſe de externâ *Mentulæ* ſtructurà, enarrauimus. Reliqvum eſt igitùr, vt hoc conuenienti Jnſtituto noſtro loco de Internâ, quantum de hac habemus exponamus. Videtur nàmque mihi conuenientèr ſatis diſputatum non fuiſſe ab Anatomicis de lymphæductibus, qui *Penem* peragrant, imò ne verbum quidém ab aliquibus fuiſſe factum. Quamobrèm hoc ſaltim heic abs me non eſt pretermitendum, cui ſcilicèt tales rivulos ſæpenumerò aduertiſſe contigit. Uidi quippè in Viris Bubone *Venereo* vlcerato, iàmque adeò ablatis Integumentis *Inguen* longè latèque depaſcente, vexatis Glandulas huiuſce nominis Veſſiculoſas, quæque ibidèm palàm proſtabant inflatæ, emiſiſse inferiùs, nempè ad Cutem Os *Pubis* inueſtientem, tres eiuſmodi ſurculos, imò & plures aliquandò, craſſos, albo colore ſaturos propter nimirúm lympham ab acido *Venereo* in ijſdem coagulatam] & qui obindè primâ facie Neruorum ſimilitudine imponebant: extare interim in

J. Obſernatio Anatomica de Limphæductibus *Penis*.

Præputio tumorem aqueum in Phymosi apparere solitum, circà tamen vllum eiusdẽ vlcus. Ob quàm causam arbitratus sum denique lympham illam acidam motui ineptã stagnasse protinùs in dicta cute, ibique sanguinem infecisse &c. Nàm de his alibi. Ergò, quod impręsentiarum: mihi certè pró irrefragabili est dari in *Pene* vascula lymphatica; nec quisquam paritèr refragabitur, qui nouerit eadem in alijs corporis partibus vbique reperiri, circá membranas præsertim, ligamenta, & neruos. Qui igitùr, & cùm illud *Membrum*, si quod aliud, hisce tribus constet instrumentis, vasculis tamen illis penitús destituatur? Sed, vti clarè adspexeram tales canaliculos à Glandulis *Inguinalibus* ad *Penem* procedere, itá nondúm adhùc liquidó innotuit, an lympha in hoc expansa in illis recolligatur [vt vulgaris de vsù glandularum Vesiculosarum fert opinio] aut ab ysdem protinús in *Penem* distribuatur. Etenim id ligaturis euincere nunquám datum fuit: presiio autèm vasculorum ob coagulatam in ijs lympham non succedebat. Dicam itàque potiús, quòd, sicuti talem succum vidi oppidò è glandulis Jugularibus in OEsophagum defluxisse [vti nempè suo loco ostensum est, *Dissert. Anatom.* 1.]

com-

comperique aliàs é glandulis Meſeraicis ad Inteſtina deuolutum [vt fusè demonſtrabitur *Diſertat*.2.] ità ab Inguinalibus, quæ mòx recenſitis congeneres ſunt, glandulis, lympha procedat. Nèc vacat coniectura; nàm, quemadmodúm alibi OEſophagi ac Inteſtinorum interiori linitioni dicata eſt lympha, cùr non etiam heic Urethræ lubricationi? Profectò ſi hanc compares humori in dictam Vrethram tranſudanti per minimas glandulas, ſeu potiùs canaliculos, à *Laurentio Terraneo* noſtro anaglypticé delineatos, dices neutrum ab altero differre. Prætereà, nonnè liquor, ſeù craſſamentum illud ſordidum intrà *Glandem* & *Præputium* exſudans prouentus eſt lymphæ potiùs, quàm ſanguinis? Cor certè irà mihi ſuccenditur [vt Poæticè ſic aliquandò loquar] quotiès audio Anatomicos reticulata quædam, ab ijs tamèn nunquám ſpectata opera effingentes initio cuiusque glandulæ [etiàm Miliaris] quorum ratione recrementa ſegregari volunt. Uerùm vt non eſt præſentis loci hanc Diatribam inſtituere [nimirùm in aliud tempus, *Diſſertat*2. ſuprá enunciatâ, verbo reſeruato] ità dicam nùnc, videri magis rationi conſentaneum, quód lympha ab *Inguinalibus* glandulis deriuata Vre-

thram

thram, *Glandem* ac *Præputium* interiùs oblinire pergat, minimé verò ſanguis ab arterijs proficiſcens, vt qui ſuccum nutritium potiùs ſuppeditat: de monſtrare id præterea ipſam glandularum Vrethræ Diſgregatarum Structuram vtpotè oblongam, ideſt ductibus lymphæ continuam; ac deniqueSitum. Quandoquidèm eæ mediam ſolummodò Vrethræ partem, ideſt anteriorem muniunt, poſteriore hinc ab Adſtitibus glanduloſis à laudato *Terraneo* noſtro inuentis, indè veró á *Paraſtatis* irrigatâ.

II. *Sydenamij* opinio de SedeGonorrhœæ.

Atque hæc quidém prælibanda erant ad maiorem etiàm dilucidationem Hiſtoriæ, quam in ſequentibus daturi ſumus, de Gonorrhœa Virili. Nàm clariſsimus *Sydhenam* cenſet morbum illum in *Penis* glandulis miliaribus ſuprà citatis ſtabulari: *Contagio hæc* [loquitur de Pellicum venenoſo vdore] *carnoſam* Virgæ *ſubſtantiam, quantum ego iudico, primùm adoritur; quam quidem corrumpens, ydemque primó inflammationem, mox vlceroſam diatheſin ſenſim inducens efficit, vt ſanies, qualem in Gonorrhœa cernimus, in Vrethram lentè extillet: quod vt credam hac ratione promuoueor. Ipſe ſcilicèt vidi virulentam huiuſmodi materiam per ſubſtantiam* Glandis *poroſam exſudare, non*

per

per Urethram eiectam, nulloque vlcere vel Glandem *occupante vel* Præputium. Sed an ritè censuerit, videant Anatomici! Ego certè comprehendere non possum quomodò *carnosa* Virgæ *substantia corrumpi* queat, absque quòd humores ibidèm existentes paritèr corrumpantur, idèst fermententur; et si hoc, nil mirum si solito vberior fœtidi tomenti prouentus ad *Glandem* fiat aliquandò ex concubitu cum muliere pollutâ. Memini ego etiàm plurimorum, qui *Membro* in eiusmodi latrinis solùm leuitèr intincto, albâ sanie postmodùm plorarunt per *substantiam* Glandis *porosam*, etiàm *circà vllum vlcus* [quod & *Artic. superiore*, ni fallor, adnotaui] Verùm ploratus ille non erat effectus *corruptionis* in *carnosa* Virgæ *substantia*; sed fermentationis in eiusdem succis; cuius quidèm fermentationis argumentum est semper maior prędicti tomenti fluxilitas; quâ occasione licet rursùs aduertere, quòd Adolescentum, quotquot id contigisse comperi neminem obseruaui qui aliquam *Pudendorum* labem fuerit expertus, veneno nimirùm sic ex illâ fermentatione attenuato, ac per *Penis Glandem* expurgato. Vbi adeò paritér est adnotandum, sedimentum illud, totiès nominatum, sobolem esse lymphæ á glandulis *In-*

Obseruat.

guinalibus prouenientis, vt suprà docui. Coeteró etenim non sic fuisset emunctum, sed potius à venis interiùs adsportatum.

IIJ. Vera eiusdem Sedes.

Quærenda igitùr alibi Gonorrhoeæ sedes: atque hanc quidèm esse glandulas vulgato nomine *Prostatas* dictas tàm receptum est, quàm quod maximè. Ambigitur nihilominùs adhúc vel ab omnibus, quonā tramite meretricium pus eó feratur? Generosus *Ettmullerus* putat id post excretionem seminis virilis se insinuare in Vrethram *Penis*, ibique se affigere, ac per meatus à modò excreto semine patentes in *Prostatas* prędictas se inferre. Verùm, quàmvaldè à viâ, vt aiunt, aberret, indicio est hoc, quòd nempè emisso masculino semine muliebre itèm iàm effusū est; Vrethra autem *Penis*, quandiú illius eiectioni incumbit, posterius admittere non potest. Quamobrèm & hoc eo interim frigescat decet, ac propterea impar euadat coecis Vrethrę meatibus permeandis. Quid! quòd hæc interdúm etiàm educto è *Vagina Pene* semine stillare solet! Quì igitùr aliud liquidum admittat? Linquo, quòd tubuli ab Vrethrâ in *Prostatas* transeuntes valvulis ditati sunt, adeòque extranei cuiusuis corporis intrusioni resistunt. *Archiatri Monspellien-*

ses

ses [saltém à quibus hoc audiui] in eâ sunt firmissimi sententiâ, vt existiment dictum pus primò se intrudere in Corpora Neruosa; tùm veró motu corporis impudico propelli ad *Prostatas* penès illorum fibras. Contrà quos tamen clamat experientia. Quì enim corporis gyrationibus atque occursibus infandis mobiles veneni particulę in Neruosa corpora introductæ cõpellantur ad ipsorum basin, si influente tùm alacritèr cruento spiritu pro *Penis* erectione indè potiús repelli debẽt? et quid prætereà, si *Bromium* [comico vocabulo] in *Cauitate* verè *nauiculari* innatet potiùs, quàm vt pressuram sustineat? Iunge, quòd Neruosa Corpora ad *Pubem* desinunt, inque ìstius os inseruntur, non ad *Prostatas*; ad quas adeò nullæ *Penis* fibræ [si demas, quæ Urethram constitvunt] vltimò terminantur. Denique non desunt, qui Venas auocent in causâ eiusmodi transmissionis. Sed, quoniàm venæ [Hypogastrica & Pudenda, quæ duæ *Peni* vnicè consulunt, atque altera quidèm per interiora eiusdem expatiatur, altera per exteriora] rectà Iliacam internam ineunt, videretur sanguinem antè contaminandum esse [vnde & non raròaliqui absque prægressâ vel minimâ *Pudendi* labe, in luem

præfocantur] quàm vt *Prostatæ* ad Gonorrhœam disponantur. Loquar itàque cum *Blancardo*: *Viæ, per quas humor iste, seú potiùs venenum* (meretricium audit) *in* Prostatas *ducitur, non adeo sunt manifestæ, ideóque res hic accuratè rimari opportet. Per arterias, adduci nequit, quià vasa hæc sanguinem quidem adducunt, sed nunquàm versùs superiora reducunt; neque venæ esse possunt, quoniàm illæ ex omnibus partibus sanguinem superfluum ex tenuuioribus vasculis ad maiora & ampliora reuehunt: neque nerui, neque vasa lymphatica sunt. Quales itàque vias demonstrabo? &c. Dico me peculiares ignorare vias*. Quodsi nihilominùs in re dubiâ coniecturis vti licet, dicam hoc saltim à nemine contendi, virus nempé illud à pellice eiectum è *Lacunis Vaginalibus* propudij tempore descendere in magnâ copiâ per complures foraminulos circá *Glandem Clitoridis* existentes, parique impetu irruere ad radicem *Penis* tùnc in *Vuluam* intromissi. Quo stante haúd improbabile videtur posse eiusdē salia, præsertim volatilia, & quæ dicto tempore adhùc magis fuerint attenuata: posse, inquam, penetrare in substantiam *Penis* spongiosam tùm etiàm apprimè rarefactam; beneficio imprimis serosæ partis sibi pro uehiculo inseru-

seruientis, nec nisi à *Prostatis* medioxumam eiusdem *Penis* regionem occupantibus vltimò remorari. Quibus si adiungas analogiam, quæ est inter *Lacunas* muliebres & *Prostatas*, ambarumque humores, concludes ad extremum, virus suprà enunciatum has nullo negocio debere impetere. Posset etiam dici, quód, penetratâ carneâ *Penis* substantiâ, etsi Vrethrę exteriorem partem inuasvrum esset duntaxàt; nihilominùs tamen, quoniàm hæc continua est cum *Prostatarum* parenchymate, pedetentim, vt scintilla in escam, ità idem virus in illud se se insinuet, & cùm maximè perbreue sit iter è radice *Penis*, quò nimirùm id eiaculari diximus ad *Prostatas* præfatas. Quid? quòd é ratione minimé videtur, si vtrumque accidat, præcipuè cùm venenum illud partes, quascunque lympha proluit, impetere consueuerit ob analogiam originis; sicque tùm *Vrethræ* spongiosę parti, túm & *Prostatis* adhærescere. Quicquid sit: sufficit indagasse quamobrèm id ad *Astites* eiusmodi peruemat in quo iterùm non audiendi sunt, qui autumant has non esse virilis Gonorrhœæ sedes. Quippè licèt in cadaueribus hoc morbo infectorum obseruatæ fuerint à nonnullis

Prostatæ benè habentes, quid mirum? Fermentando etenim non corrodendo, Gonorrhœam agit virus totiès deprædicatum. Quæ res est, vt solidę illarum partes nonnisi à longo temporis tractu labem contrahant vt in sequentibus ostensuri sumus.

IV. Et Processus Morbosus.

Ergò virulenta salia lymphę *Prostatarum* nupta, mediantibus videlicét oleosis hamis consimilibus, idest à *Prostatis*, siuè *Lacunis* muliebribus [vt dictum fuit] elaboratis, quoniàm post cum eiusdem moleculis, vtpotè acidulis, non autèm acribus, congruere non poterunt, intercepto iccircò ęthereæ materiæ per has influxu, planum est rotatura se se circùm istarum angulos, obuersantesque oleosos flocos ità inflatura, vt, cùm in consueto carcere consistere ampliús nequeant, foràs, tanquàm ebulliendo, ij exspumare cogantur. Atque hæc quidèm ratio est, cùr in principio tenuis apparet Gonorrhœa. Processu námque fermentationis, quandò virulenta salia vná quòque eructantur, filamenta illa lucem reflectunt, vt coctum quid, siuè albedinem repræsentent. Háud ità tamen eructantur præfata salia, quin aliqua ipsorum pars in *Prostatis* sempèr restitet, vt fermentum, quod lympham deincèps prouen-

uenturam in ſui ſimilem fingat, ſicque diū fluxum cieat illum, qui *præternaturalis*, *inuoluntarius*, *intempeſtivus materiæ cuiuſdam*, vulgo, *excrementitiæ & corruptæ*, propterea appellatur, *Galeno*, etiám *perpetuus*. Quo ità ſe habente, non renuo, inuentum iri nunquám ab aliquo veſtigiū vlceris in *Proſtatis* eius, qui ab vno, aut altero menſe Gonorrhoicus factus ſit, adeòque fidem in hac parte promereri *Blancardi* teſtimonium, qui nempè in duobus cadaueribus illud non reperit; ſed nec propterea cenſeo detrahendnm quidquam *Virſungo*, qui idem obſeruauit in tribus, ob nimirúm diuerſam, ſeú diuerſo à Gonorhoeæ exordio, tempore celebratam cadauerum ſectionem. Sanè quippè ineunte morbo aperiuntur vaſcula ſanguifera, quæ interiorem *Proſtatarum* ambitum peruadunt: quòd videlicèt perſeuerante fermentatione ac incluſi humoris turgeſcentiâ ſicuti is extenditur, ità illa denique diſrumpi debent. Indicium profectò huiuſmodi rupturæ eſt flauedo, quâ Gonorhoea tingitur tùnc temporis: ac tùm porrò nulli dubium fuerit, quin vlcus in *Proſtatis* inchoetur. Verùm quòd & ab initio hoc fiat, non credam. Lacerantur equidèm ab initio ſphincteres, ſeù fibræ con-

ſtrin-

ſtringentes oſtiola meatvum, per quos *Proſtatæ* hiſcunt in Urethram, proptēr ſcilicét affrictum acris materiæ inceſſantér prę-terlabentis; minimé veró tubulata portio, aut granula glanduloſa, quæ medullam earundem compingunt. Hæc etenim, niſi ab vlceroſo miaſmate extrinſecùs fuerint adorta, nil perferunt: laniata verò, & vaſis ſanſanguineis, lymphaticis, roriferis vnà diſcerptis, Gonorrhœam dant Protheiformem, ſeù mille coloribus præditam.

§. 2.

J.
A Gonorrhœâ incōmoda in *Proſtatis*.

Jàm verò modò indicatam Sphincterum diuiſionem plures argvunt in causâ Dyſſuriæ quæ ipſis Gonorrhœæ primordijs interuenire ſolet: quòd videlicèt non attenderint vti illa, vel antè, quàm hæc incipiat, prę-ſto ſit. Quippè alitèr, eroſionem lentam, ſeú quæ nonniſi à longo tempore contingit, tàm immeritò non inculparent. Sciſcitaberis iccircò, vnde-nam igitúr talis ardor cieatur? Reſp. ex Urethrâ congruè ſatis à proprio humore non oblinitâ, imó & ab eôdem perſæpè vellicatâ. Nouimus etenim iſtum, vt & ſuccum *Preputij* & *Glandis*, fœtus eſſe, veluti gemellos, lymphæ ab *Inguinalibus* glandu-

dulis emanantis. Hoc posito, certum est quòd infect um liquamen muliebre, sicque, vt iàm alibi dictum est, volatile redditum & aquosum, in secessu suo in *Penem* impingere debet in lymphæ - ductûs à nupèr memoratis glandulis procedentes, seque adeó cum eâdem lymphâ commiscere: quo facto, vt hæc fermentet necessum est, ità acido - volatilibus particulis exaltatis, oleosisque staminibus extentis [hoc est ex hamatis in filamentosas moleculas conuersis] humor posteà ad Urethram transiens solito tenvuior nec non magis fluxilis habendus erit. Iàmque ex hâc fluxibilitate quoniàm præfata stamina oleosa interstitijs fibrarum, quæ telam eiusmodi meatum [scilicèt vrinarium] inuestientem, contexunt, adhærere nequeunt, fiet, vt ablato, veluti munimento, vrina porrò armoniaca sua salia exerceat in dictam telam, adeòque intèr mingendum cruciatum excitet illum, qui à calore Vrinæ Ardor appellatur. Quamquàm, circà huius causas dici etiàm potest quòd exaltata salia lymphæ supradictæ, rursùsque ab interueniente lotio magis acuata & in actum exerta ardorem illum augeant, vt est manifestum; ac denique quòd *Prostatis* ad fermentationem dispositis, vri-

na proximè transiens calefiat, quò magis inermem, siuè potiùs dilutam, quàm delinitam Vrethram perfodiat. Verùm quicquid de his sit; lympham certè initio Gonorrhoeæ fermentescere in *Mentulâ* declarat iterùm. Urethræ muccus, vt qui dicto tempore limpidus instar aquæ, ac tenuis labitur ex eiusmodi canale, sicque sordidæ ægritudini præludit: declarat, inquam, vlteriùs alter humor lymphaticus, nimirùm *priapina* smorchia, tùnc etiàm solito liberaliore prouentu exundans; ac tandém rubedo *Glandis* ex virulentis fermentantibusque salibus eius fibras crispantibus, inque istarum interstitijs sanguinem remorantibus, vt consideranti patescit. Hâc occasione non simulabo dubitare me, an aliquis è ductibus lymphaticis supradictis è *Pube*, atque è radice *Penis* reflectat ad *Prostatas*: in quo casu liquidó constaret via venenati miasmatis ad has glandulas. Sed oppones quòd, quemadmodúm fluxio humoris Vrethram oblinientis, alterjusque intrà *Glandem* & *Præputium* transudantis breui cessat [lymphâ videlicèt, quæ infecta fuerit, expurgatâ] sic in tali casu parùm Gonorrhœa perduraret. Ad quod resp. venenum ad *Prostatas* deriuatum in datâ occasione eterna

erna femina iacturum: quandoquidèm illarum vesiculę, ambages, sinus &c. hæc diú asseruare & multiplicare valent. Postremò dari tales lymphæ-ductus à glandulis *Inguinalibus* ad *Prostatas*, ostendit Bubo *Venereus*, qui Gonorrhœæ aliquãdò superuenit propter impeditum scilicèt lymphæ accursum ad hæc *promptuaria*, factamque iccircò stagnantis huiusmodi liquoris in ijsdem ductibus coagulationem &c., vt ostedetur suo loco.

Núnc reuertendo ad Sphincteres porvlorũ per quos vligo *Prostatarum* transilit in Vrethram, liquet abradi hos pedetentim ex discessu salium successiuo, eorum nempè, quæ nouimus echinatam formam induxisse. Quippè illorum angulis contrà tales fibras deuolutis hæ tandem excalpantur necessum est. Sed exemptę non tàm liberum concedunt exitum recremento in *Prostatis* ebullienti; verùm prætereá eleuantur ac producuntur sic, vt in tubercula molestissima excrescant. Fiunt etiàm hæ carunculę in reliquis Urethrę partibus, vbi nimirúm constrictorias glandularum disgregatarum fibras lacerari contingit: quanquám, vt plurimum, imprimuntur ibidèm vlcuscula, quæ mingendi molestiam hàud parũ adaugent. Et quòd hanc

IJ. In Vrethrâ

molestiam siuè ardorem ; persentitur iste vel maximè ad culmum *Penis*, propterea quòd nerueæ Vrethræ fibræ initio exilimę, neque ità atque in alijs partibus simùl compactæ sunt. Quocircà vt in excretione seminis voluptate Animum afficiebant, nùnc intèr vrinandum affligunt acritèr. Cœterùm acrimonia salium prędictorum, quæ videlicèt insunt mucco è *Prostatis* in Vrethrã salienti tempore Gonorrhœæ, vel hinc arguenda venit, quòd obseruauerim in nonnullis Vessiculas ibidèm excitasse ijs consimiles, quæ vel igne, aut Causticis producuntur; plerùmque tamèn eę vessiculę humore vacuæ inueniebantur. Ex eo itidèm deprehenditur quòd in exitu suo ab Vrethrâ sic *Præputium* proritat nonnunquàm, vt impedito sanguinis regressu phymosin pariat. Mitto excoriationes, quæ in *Glandis Fræno* ac per totum Vrethræ ductum ab ijsdem salibus patrari consueuerunt. Intereà, crescente in *Prostatis* fermentatione, harum peripheria ampliatur quæ res est, vt, cùm venæ ac arteriæ iuxtà transeant, sanguis hinc impensé rarefactus influat in *Penem*, indè verò magis condensatus sursùm remeare nequeat ad Cor, impediente nimirum etiàm venarum strangula-

tione

tione: ex quo tandèm ſequitur, vt idem *Penis*, ac ptęſertim ipſius *Glans*, infletur valdoperè ac rubeſcat, concurrente ad hoc etiàm multùm ſitu iſtius *Membri*, quod incline ſe habere ſolet. Nàmque vt errigitur, dolorem intenſiſſimum affert; & ratio eſt, quia ſanguis, cúm refluere non poſſit, Neruoſa corpora valdoperè extendit: Jntendit autèm interdúm ſic, vt illius erectio longùm perſeueret: qui morbus propriè Satyriaſin audit, ſeù Priapiſmvm; neque aliam, in noſtro caſu, agnoſcit cauſam, præter extraordinariam illam *Proſtatarum* intumeſcentiam, cuius ratione ſanguis in Neruoſa Corpora ſe diffundere coactus horum fibras ampliat, nonnullas verò etiàm diſrumpit, Quid? quòd & aliquandò inæqualis eſt eiuſmodi turgeſcentia; quandò ſcilicét talium *receptaculorum* alterum inflatur, altero in ſtatu ſuo naturali permanente: ac tùm porrò *Mentula* iàm erecta in partem inflatæ oppoſitam ferri debet, hoc eſt, ſi dextera Ex. gr. intumuerit, in ſiniſtràm torqueri, ìndito proin nomine huic morbo Chordatæ Gonorrhœæ. Nec ſatis. Nàmque eadem, *Virga* ſi Vrethræ vuilli alicubi diſciſſi fuerint, intenta quidèm, aſt ſubmiſsè, tanquám pudibunda, ſolum contuebitur

tur. Comitatur autèm continuó hos affe-ctus, imò & licèt desint, vel ipsam exorientem Gonorrhœam tensio per totam Vrethræ longitudinem, quæ sané nihil aliud est, meo videri, quám effectus præcitatæ *Prostatarum* inflationis: qualis est prætereà [et quam immerentér vltimo loco recensemus] Vrethræ angustia; vtpote quæ mictûs difficultatem dolorificam ante alia inuehit. Atque tám fastidium istud quã dolores prænarrati, interdiù minùs, noctu verò magis intendi cõsueuerunt, propterea quòd lympha [in quâ & Gonorrhœam & cœtera *Venerea* radicalitèr sisti docuimus] cessante luminis actione ęgriùs mouetur, salibusque instruitur magis fixis: id nimirùm, quód & Podagra, & reliquæ defluxiones abbundè commonstrant. Sed quandoquidèm de doloribus sermo incidit, non posthabenda hìc est Lumbago, seù Renum dolor, quæ Gonorrhœam sempèr excipit, fitque (ait eximius Præceptor meus *D. Petrus Chirac* Proffessor Monspelliensis] 1. aut vellicatione quùm salia sanguinis inuolucro sulphureo destituta, qualia sunt, aspera ac laterosa per Renes excernuntur. 2. aut distensione prouenienteab ijsdem salibusmagisfixis, seù grandiori mole ampli ficatis. Vndè est

pro-

profectò, quòd Renum elices vel carpi, vel extendi debent; vtrumlibet veró in nostro casu. Siquidèm in Gonorrhœâ dispendium est maximum partium sulphurearum: ex quo licet conycere salia sanguinis nullo, adsummúm crasso, tanquàm tomentoso, sulphure amicta esse: et, si posterius, tensionem in Renibus augeri debere: si prius, punctoria tela. Tales quippé moleculæ nullo discrimine rotabuntur per illorum tubulos membranosos, tùmque suas cuspides adhùc fortiùs impingent in horum fibras, vbi ab vrinoso phlegmate per interualla recurrente fuerint dissolutæ. Quamobrèm tot inivrijs monitus eò se conuertet Anjmus; et sicuti ignavus est Autopsiæ Corporis sibi in carcerem concessi, itá dolores illos referet in lumbos qui contrá Renes, gerebantur. Hæc ni tamèn placent in explicatione doloris memorati, dici quòque poterit quòd *Prostatis* vel seorsim, vel vnà cum *Vessiculis seminalibus* per vehementem fermentationem turgefactis, contrahuntur nerui, qui á Renum pelui, medio intèr ipsas *Vessiculas* & *Vasa deferentia* loco se in priorum substantiam ingerunt, à quibus posteà ad *Prostatas* propagantur. Hac etenim ratione facilè intelligitur, cùr ille

Ren-

Renum dolor tensivus plerùmque sit, quasi nempè in eo Renes tanquàm per funiculum intendi videantur ad Os Sacrum. Remanent pauca de solutâ Vrethrę vnitate: nec vacat loqui de Ulcusculis, ni fortè monere hìc deceat, ipsorum ambitum semper esse callosum proptér membranæ dictam Vrethram inuestientis structuram callos in vlceribus gignere aptam, vt significauimus; de Thymis & Verrucis etiàm pauca fabimur: quòd nimirùm è genere Pensilium hæ semper sint ob ipsam modò allegatam fabricam tunicæ prædictę. Tantùm sermocinabimur de Carunculis, quas gigni nouimus erosis fibris, & quæ in cincinnum posteà reuolutæ sic à nutritio succo fuerant conglutinatę. Animus quippé in eo est maximè, vt examinem ferocem illam Hypersarcosin, quę in Gonorrhæâ vtplurimum vel non sanatur vel etiàm curata multa postindè linquit incommoda. Pro quo ideò iuuat recordari eminere in Vrethra proxime, atque é regione orificij Vessicæ urinariæ parvum *Septum* ità comparatum, ne semen ab vno latere erumpens in osculum alteriùs lateris impingat [*Vesiculæ* enim *seminales* vtrimque desinunt, ibidèmque per geminum orificium exoneran-

tur

tur] circà quod adstant vbique excernicula *Prostatarum*. Quo stante, planum videtur infectam istarum muccaginem, diùque illàc præterlabentẽ debere abradere pedetentim illius fibras; hæc autèm abrasio contingere nequit, absquequòd vuilli disrupti sursùm attollantur. Quamobrèm accedentibus á tergo humoribus simùl incrustati deniquè in Carunculam abire debent. Hæc itàque communis est opinio de prædicti *Septi*, sèu *Verru-Montani*, aut *Capitis Galli Gallinacei* [sic etenim etiàm appellari consueuit illud *Septum*] Carunculâ *Venerea*; verùm an hæc crebriús contingat, an illa Valvularum, quæ vtrique oculo eiusdem *Capitis Galli Gallinacei* præpositæ sunt (ne videlicèt semen in Vrethram iugitèr emanet] hoc est, quod non credo. Siquidèm constat has longè inferiùs collocatas esse á Cristâ nominati *Capitis*, adeòque magis obnoxias incursionibus veneni *Prostatarum*, quám ipsum *Caput*: ac propterea existimauerim caruncularum, quæ *Verru-Montani* atribvuntur, maiorem partem esse eiusmodi Valvularum; quod vt credam facit hæc obseruatio. Ipse nàmque noui complures, qui ab Hypersarcosi in Vrethrâ probé sanati: eo nihilominùs calamitatis adacti fuerant, vt

Obseruat.

Q non

non ampliùs intèr coeundum ſemen emitterent; verúm hoc tantùm peractâ re, ac deſidente iàm *Priapo* ſine delectu & eiaculatione prodigerent: id nimirùm, quod túm in augmentum & decrementum dictarum Valvularum iàm anteà ſtupratarum diuerſo tempore factam repetebam. Sed quicquid ſit de ſede: Carunculæ eæ certè meiendi negocium non parùm faceſſunt.quandoquidém Vretrham vel omninò,vel partiatim tantùm,conſtipando,accedente iugitèr *Proſtatarũ* turgeſcentiâ [quâ nempè tubum illũ vel à primordijs Gonorrhoeæ anguſtari nouimus]Stranguriam pariunt,aut adminimũ vrinę ſtillicidiũ ſymptomatibus grauiſſimis ſtipatum. Etenim primò Dolor acerbus eſt; quòd vrinoſa ſalia adhúc feruentia é Veſicæ orificio ſtatim irruant in dictos obices. Deindè vlcus gignitur. Nàm veſſicatis fibris ſtagnat ſanguis illúc tranſiens vt tandem vaſcula diſrumpat; vel his à circumfluente ſanie exciſis inflammatio pangi debet, atque abſceſſus. Tandèm verò ſuperuenit & Gangrænoſis, deturpato iàm ſanguguine, aut poſt prauam curationem.

III. *Veſiculis ſeminalibus,*

Relabimur núnc autèm tertiò ad Sphincteres *Proſtatarum*[& ne ſcilicèt obliuiſcaris aliquandò,Gonorrhoeam iunctoſque morbos ab

eiuſ-

eiuſmodi laticibus hauriri] Diximus enim illos à prætereunte acri lymphâ ſenſim abligurriri, ſicque breuì denique diſiectos liberum exitum eidem linquere. Succedunt núnc ergò valvulæ, quæ ſunt quędam velut apiculæ appoſitæ ſingulę cuilibet excretorio poro, impediuntque quominùs hi obturentur, nèue extrarium quid in *Proſtatas* gliſcat. Ut conſtrictorijs fibris ſupradictis præſunt, ità vtplurimũ earundem ſortem ſeqvuntur, niſi quòd ſæpenumerò in Carunculas abeunt, de quibus iàm ſatis. Reflectamus itàque núnc parrumpèr Animum ad inuoluntariam illam ac perpetuam materiæ corruptæ è *Proſtatis* deſpumationem: certum eſt hoc pacto ipſam regurgitare debere aliquandò in bina oiſtola, quę oculos *Capitis Galli Gallinacei* ſimulant, & ſic in *Veſſiculas ſeminales* demùm migrare: quod vt contingat facit etiàm iſtarum cum *Proſtatis* affinitas. Quippé hæ illarum peniculamentis accumbunt, ſua ijſdem vaſa concredunt, ac mutua per fibrarum intercapedines commercia exercent. Quid igitùr mirum, ſi virulentum miaſma tranſuolet in ſemen? Jamque infectum tali modo iſtud, nempé ſemen, turgeſcere incipiet ac fermentare, ſicque tandèm foràs ſcaturiet ad eum mo-

dum, quem diximus de ſucco *Proſtatarum*: Argumentum profectò eiuſmodi turgeſcentiæ hoc eſt, quod nempé inuenerim ſœpiuſculè *Veſſiculas ſeminales* præfatas vltrá modum tumidas (quaſi nimirùm vento fuiſſent inflatę) adeòque vacuas. Intereà ſemine vna cum reliquis *membri* virilis recrementis ſponte ac perpetuò labente augetur talitèr Gonorhœa, vt interdùm miraculo fuerit · ſic copioſiſſima fuit illa apùd *Mellebrok* in *Ephemer. German.*&c. Miratus ego ſum magis, quòd non obſtante *Veſſicularum* turgeſcentiâ prędictâ nũquàm deprehenderim in ijs aliquam vel inflammationem, vel eroſionem: quod profectò indè eueniſſe putaui, quoniàm liquor ſeminalis regiâ veluti continuó erupiſset in Vrethram; prætereà quià nil anfractuoſũ, nihil glandulosum in memoratis *Sacculis* continetur, cuius ratione ſemini mora aliqua prætendi poſſit; ac poſtremò, quià nullum ſanguiferum vas ad interiorem eorundem membranam penetrat, vt à fermentantibus acrimonioſis ſalibus deglubatur; è contrà ſempér muccillaginosâ cruſtâ muniatur. Quocircà ſi quis nihilominùs aſſerat, contingere nonnunquàm in Gonorrhœa, vt *Veſſiculæ ſeminales* exulcerentur [vt *De Blegny*, qui etiám *Thierry Hery* allegat

Obſeruat.

legat authoritatem] respondebo vlcus illud nõnisi ex suppressione eiusmodi fluxionis produci posse: quandó scilicèt, viâ seminis impeditâ, vel occlusa, corrosiuæ particulæ gyratæ in *Vesicularum* parietes retorqueri debent.

IV. *In Testibus & Perinæo.*

Rursús ex tali suppressione *Deferentia Vasa* sic interdùm eodem semine farciuntur, vt funiculos satis crassos æmulentur; atque eodem pacto *Testes* denique tumescunt. Nàm vbi semẽ indè egredi non potest, obstãte farcimine præfato, illorum tubuli plus solito ampliandi sunt, eòque magis, si contracto virulento miasmate fermentationem intús perferre cogantur In hoc quippè casu vi ambientibus vasculis illatâ, atque inflammatione partâ, Tumor in abscessum verget lethalibus accidentibus, vt pluriès memini, coniunctum. Quanquám hìc Tumor, Hernia *Veneris* appellata, indè etiàm sœpiús fit, quòd acido-fixa salia acquisito in sanguine quodam prædominio semen posteà grumefactum eant, quemadmodúm elucescet *cap. sequent*. Sed ad Gonnorrhoeæ suppressionem reuertendo, diximus suprà, sisti corrupti seminis effluxum, occlusis vijs ob sarcosin quandam, vel proptèr acidas iniectiones á Barbitonsoribus malè adhibi-

hibitas; addo nùnc, accidere aliquandò & ab acidis salibus prædictis per lymphæ-ductus, aut per arterias in *seminales Vessiculas* adsportatis, planè, vt & Herniam *Veneris* fieri suprà nouimus. Hinc etenim, sicuti prę fermētatione eadem *promptuaria* tumescunt, ità præ hac intumescentia contractis fibris illorum orificia obsignentur opportet. In *Prostatis* verò suppressâ Gonorrhoeâ, imò & citrà hanc suppressionem, si vlcus ibidèm à viru factum consenuerit, venenosum pus postquàm interiorem substantiam effoderit, terebratis carnibus, pinguedine abliguritâ, fistulas in Perinæo (adde nonnunquàm, & *Scrotum* & *Anum*) denique excauabit, vndè lotium & sanies communibus quasi cuniculis factis continentèr extillent. Interim in Gonorrhoeâ tàm *Prostatarum*, quàm *seminalium Vessicularum* ardore muccus Recti Jntestini exsiccatur. Quamobrèm aqueis auaporatis, terrestres, crassæue eiusdem succi partes tàm tenacitèr hœrebunt *Ani* parietibus, vt fœces nec vermicularem eiusdem canalis motum stimulare, neque per tàm salebrosam viam descensuræ sint deincèps; adeò, inquam, quòd, si demas mulieres, reliqui nonnisi exercitati, aut clysteribus inuitati secedat. Excipiuntur autèm fœminæ, quod

Va-

Vaginæ ſubſtantia gracilior eſt ſubſtantiâ Virilium *Proſtatarum*, adeóque minùs ſubiecta inflammationi cùm è contrà hæ, vt huic maximé ſubiacent, ſic inteſtinum Rectum fortiùs torrere ſoleant. Iungitur, quòd breuius eſt iter ab hoc Inteſtino ad *Proſtatas*, quàm ab eôdem ad *Lacunas Vaginales* (vbi ſcilicèt muliebrem Gonorrhœam ſtabulari alibi iàm oſtenſum eſt) proptèr interpoſitũ nempé Vterum, cuius orificium interiùs, vtpoté craſſum velút in clypeum eſt inteſtino ad retundenda efflvuia è *Lacunis* præfatis emanantia, vt patet Itàque ſupereſt Marcor [potiùs Phthyſis *Riccardo Morton*, qui ideò conferatur] eiuſmodi Catharros ſequi ſolitus ex eo nempè, quod in ijs non ingens modó fit ſanguinis iactura; verùm auertitur etiam ſuccus ab alendis membris Patet hoc plané in Diſſenteria, Fluore albo, Hæmoragijs &c. ceù in quibus dùm humor artvum nutritioni dicatus ruit, quà data porta, in malám frugem, miſellum corpus languet flacceſcit, areſcit moriens. Hinc igitùr in Gonorrhœâ cùm diſpendium ſit maximum tàm ſanguinis (in vlceribus) quàm & ſeminis & præſertim lymphæ (qui ros eſt verus fibras humani corporis irrigans) neceſſum eſt, iis profuſis, artus & mem-

membra marcescant. Atque hoc quidem, senescente iám morbo. Quippè in nóndúm antiquo sola virium imbecillitas adest, veluti in ieiunantibus quibus exinanitis vasculis artus non bené sustinent; siué quòd raræ sanguinis columnæ lacertos faciunt debiliores. Ueruntamèn in iàm prouectâ, siquidém euacuatis, quæcumque firmam sanguini conciliare solent crasin, videlicèt balsamicis, siuè sulphureis particulis, vapidus is futilis atque iners remanet in aeterioso genere, sequitur, vt neque globulorum rubellorum compages stricta sit, & succus nutritius minimé cohærescat. Ex illo itàque imbecillitas, ex hoc macilentia subrepet. Hinc ægrotis pallor, facies exanguis, oculi caui, frons contracta, infirmus gressus ac vacillans.

§. 3.

I. Diagnosis Gonoroeæ Simplicis,

TOT de Gonorrhœâ phasibus enarratis, si quis nihilominus ad eiusdem primòrdia solummodò respiciat, ambiget adhùc de ipsius origine. Noui ego certè [quod & initio Operis testatus sum *Propos.* 1.] Iuuenes alioqui probos paulo post nuptias cum Uirginibus paritèr honestissimis celebratas id morbi genus cotraxisse ex *Venere* nimirùm intem-

temperantèr repetitâ, vt ibidèm quòque docebamus. *Aliquandò* (inquit *Georg. Baglivus*) *vt sæpè vidi, Gonhorrœa corripiuntur etiàm homines cum muliere non infectâ coeuntes. Id autem contingit in eis, quorum sanguis particulis acribus, salinis, scorbuticis, vel alterius generis abundat; vndè nimio concubitus æstu vniuersa penè liquida in motum concitatiorem posita, vndulando inclinant ad locum, in quo maior est oscillatio: quę quoniàm est circà vasa seminalia in inguine; si* concubitus vehemens *fuerit, ac* sœpè repetitus,*singulæ partes acres salinęq;tunc excitatæ & in motum positæ deponi circà Pudendæ incipient, semelque incæpta depositione, veluti vnda sequente vndam, aliæ, quæ remanent in liquidis, circulando ibidèm deponentur & sic fluxus perennitatem producent, quæ Gonorrhœa gallica videtur esse, sed reuera non est, quia cum muliere non infecta supponitur concubitus &c.* Verùm eæ Gonorrhœæ erant sempér albæ; seù nullo vnquàm flauore tinctæ; prætereà fluidæ, absque *Glandis* aliquo rubore, & quę facilè sanabantur: atque vltimò vrina in ijsdem etiàm sine insolentiori vredine, & conatibus emittebatur. Discernere itàque si cupis an Gonorrhœa Gallica sit, vel alterius cuiusuis indolis, obserua 1. an vrina prætermodúm cruciet

ac cum labore excernatur 2. an decidua materia è limpido colore candidum perbreuì inducat; 3. demùm (quòd palmarium est) an quotidiè augeatur fluxio & sempèr vergat in deterius. Caracter namque hic est *Prostatarum* inflammationis, cui si addes post, ruborem *priapinæ Glandis*, sordidique eiusdem fuci copiam & liquiditatem, conuenientèr satis de *Venerea* causâ certus esse poteris. Quamuis nihilominús superat hæc, imó & indicia omnia ipsa Ægri confessio; si videlicèt cum muliere suspectâ fuerit conuersatus; quam tamen, si mittendã duxeris, æquabit animaduertere seriem inuasionis suprà à nobis prolatam. Etenim recensita mala nunquám omnia omninò irrumpunt; sed partim tantúm, initio; sub finem verò, toto etiàm agmine concurritur. Quod ergò augmentum: nil æquè melius Gonorrhœæ gradus monstrat, ac varius eiusdem color. Quippè hic fermentationis, siuè motûs particularum lymphæ in *Prostatis* segregatę conditiones indicat, adeóque & Gonorrhœæ vices. Hinc igitur subalbedo eiusdem principium ostendit, siué incipere aliquot sulphurea filamenta ad lymphæ prædictæ superficiem attolli, reliquis sub iugum adhùc remanentibus; albedo dein morbi progressionem

nem

nem denotat, quatinùs candor nonnisi ex sulphurum vnitate, ideſt, à iam concretâ ilâ, ſcilicèt lympha dependet: ac poſtremò flauor indicium eſt effuſi ſanguinis, ſiué iám factæ in *Proſtatis* inflammationis. Quâ occaſione aperiam hic ego candidè ſenſus meos, non intelligere me celebrem illam Gonorrhoeę diuiſionem in ſimplicem & Uirulentam. Quandoquidèm *hæ Gonorrhœæ* (ſunt *Sinapij* verba) *tantùm gradu, non ſpecie, ſiuè ſecundum magis & minùs differunt. Sicuti febris à febre* (pergit) *gradu tantùm acrimoniæ & viſcoſitatis differt, ſic & Gonorrhœa vna ab altera. Eſt enim eadem vtriuſque cura, eſt idem vtriuſque, ſi perduret diutius, pro ratione ſubiecti & humoris peccantis periculum*. Et, ſi quòd cauſas talis diuiſio facta eſt, non placet. Debuerat potiùs diſtingui in *Veneream* & *non Venereã* Simplicitas enim nec morbus, nec morbi cauſa eſſe poteſt. Quod ſi nihilominús illa nomina retinere libet, cenſeo Gonorrhœam, appellari poſſe Simplicem, quoàd in fluxu lymphę *Proſtatarum* continetur; proceſsu verò temporis, vt quandò abſciſſis vaſculis ſanguiferis rubella portio vnà elabi incipit, et ſic flauedinem (de quâ ſuprà dictum eſt) oſtendit, tùnc jure & complicatam, & purulentam, aut, ſi mauis,

 viru-

virulentam primitùs esse nominandam.

Deuenimus itáque núnc ad posteriorem, hoc est ad Gonorrhœam virulentam; cuius primus gradus & modò modò ex colore adnotatus est. Sequntur alij, qui ex colore itidèm, odore, consistentiâ & quantitate paritèr deprhehendi queunt, vt si Gonorrhœa porracea, grisæa, liuida fuerit, itèmque vel sanguinolenta, vel serosa &c. vt quæ vlceris incrementa significant adamussim vel absquequòd ipse de illorum importantia diù contendam. Percunctabor duntaxàt, an Gonorhæa sit contagiosa, vt nimirum, si quis cum Gonorrhoico dormiat, huius ægritudinem possit attrahere. Affirmat *De Blegnij*, inducitque exemplum pueri nouennis, cui id vitij contingerat ex accubitu supèr genua Patris dicto morbo laborantis. Verùm Ego, nisi interuenerit immediatus contactus sordescentis liquidi cum *Inguine* sani hominis, vt, si subucula, vel aliud linteum illo adhùc calente madidum circà huius femora fuerit prouolutum, non credam Gonorrhœam ab aliquo susceptum iri, Etenim alitèr, virulenta salia vtpotè frigescentia inepta sunt ad qualecunque *Internum* impetendum. Quamobrèm in dato casu censeo, si id ex volatilitate & cal-

efa-

efactione infecti miasmatis factum non fuerit, ex analogiâ saltim humorum, quæ intèr patrem & filium non defficit, prouenisse. Qod nihilominús fauere debet opinioni nostræ, vt qui nouimus Gonorrhœam in Viris prę volatilitate atque incalescentiâ salium muliebrium accidere. Cœterùm (vt hoc quòque notem) opinor etiàm Gonorrhœam puelli supradicti forté non fuisse *Veneream*. Quippè andentur in Talibus eiusmòdi Gonorrhœæ, prętêr *Ballonium* & *Cnoefelium*, videatur instar omnium *Laurentius Terraneus* totiès laudatus. Quæres denuò ac tandèm, an quis Gonorrhoicus ex accessù ad mulierem integram, siuè virium firmiorum se (vti suadetur plebecula) ab eodem morbo sit liberaturus. Respondet *Synapius*: *Plerique* (sunt eius verba) *expleto adhùc & repetito* (*si fieri potest licite*) *coitu cum fœmina vigorosa & sana, á Gonorrhœa liberantur*; calculumque addit *Musitanus* narrans de Amico suo, qui re cum Scorto habitâ, eâ que mox cum alienâ, tamen benè moratâ coniuge (et quàm iamdiù impvdicè deperierat) repetita, sanus ipse huic è contrà Gonorrhoeam in præmium corrupti maritalis thalami sit impertitus. Sed quandoquidem iste-met Author fatetur Amicum illum & Amicam Gon-

orrhoeâ non fuisse vexatos, inducor saltim, vt existimem venenata effluvia in *Penem* ex priori coitu contracta vasis lymphaticis inhoesisse eo tempore, quo reccurrens post, in nouo congressu auidissimè lympha, illa tandèm in malè-suasæ mulieris *Vaginam* intruderit, sicque hæc fuerit infecta. Aliàs námque si dicta effluuia ad *Prostatas* peruenissent, depleri hæ ità nunquàm potuissent, quin aliqua sempèr veneni particula ibidém pro noui morbi seminio restitasset; sicque Amicus ille frustrà *Venerem* Medicam implorauisset. Sed ad rem.

III. Prognosis Prioris

Prædicturus ergò quidquam de Gonorrhoeâ cogita ante alia, intèr eiusdem species optimam ac mitissimam asse inchoantē, proximè Simplicem, tertio loco Virulentam; et primam quidèm facilè propterea curari, difficiliús alteram, ęgerrimé omnium postremam: *Quò recentior fuerit Gonorrhœa*, (inquit *Dolæus*) *eo curatu facilior erit, Difficiliús quòque hoc malum evadicatur in corporibus pituitosis, aut melencholicis, aut valde plethoricis, quàm alijs*: Faciliús itidém in sanis, quàm debilioribus, valetudinarijs, aliquoue morbo deprehensis; et ratio est, quòd ij omnes plurimâ scatent lymphâ, nec non serositate, quibus

bus á Natura *Venereum* tabum hœrescere consueuit. Ob id rursúm, senes & valdè adulti magis periclitantur, quàm iuuenes; Autumno & Hyeme, quàm Vere & Estate: in regionibus demùm frigidis atque humidis, quàm in calidioribus, vt in Galliâ, Italiâ, Hispaniâ &c. Atque hæc generalitér de Gonorrhoeâ. Nàm quod particularia; Simplex vacat omine, nisi quôd neglecta in Virulentam transit.

IV. & Posterioris.

Virulenta verò vtplurimum est incurabilis præcipué si *Vessiculæ seminales* iàm infectæ sint, vt in casu Bergomensis illius apud *Thom. Bartholinum*; ac tùm planè hàud ambigendum, quin fistulæ, Tabes, ac Lues denique *Venerea* in procinctu sint. Quandoquidèm virulentis salibus sanguini per venas largitèr suppeditatis, vt tota ferè subuertitur Hęmatosis, ità in corpore nihil linquitur ad vitam. Arguit hoc imprimis liuidus (et qui adeò vtpotè pessimus, postremus esse consueuit) eiusdem virulentæ Gonorrhoeæ color. Hic etenim nonnisi a vitriolo in sanguine prædominante dependere solet, siuè ab affectorum locorum gangrænosi: deindè grisæus, qui incipere denotat vniuersalem labem; tùm viridis, qui vlcerum malignitatem auspicatur, atque ità successiuè, donec ad colores Simplicis Gonor-

orrhoeæ iàm suprà dessignatos perueneris. Vltimò in Gonorrhoeâ languente seminis eiaculatione, eiusdemque robore eneruato, ac seminali denique fermento depauperato sterilitas accidit. Conspiciuntur etiàm in eo vermes, vt cum *Borello* plures meminerunt &c. Insanabiles sunt quóque interdùm Fistulæ in *Perinæo*; sed non ità infaustæ, quin [non absque tamen maximo viuendi incommodo] ægrum vtut iuuenem diutiùs senescere permitterent. Tandem sicuti ex Vrethræ hypersareosi metuenda venit insanabilitas Gonorroeæ, sic ex hernia *Venerea* huius etiàm lues nonnunquàm auguranda.

§ 4.

I, Cura Simplicis Gonorrhoeæ.

QVOD Concernit Curam; non ablandiri hìc Ego possum communi Practicorum opinioni, qua asserunt Gonorrhoeam initio nunquàm; sed postquám *Venereum* miasma susceptum conuenientèr satis expurgatum fuerit, esse snandam. Quippè (vt & refractariam & temerè audacem indolem Jngenij mei manifestem] fateor me non paucos ab eiusmodi morbo liberasse ipsis primis ab inuasione diebus, & quidem citius, quàm aliàs post commentitiam illam expurgationem fieri potuiset

tuiset

tuisset: nimirùm solâ interdùm V. *Sectione*, *diæta humectante*, *cathartico*, vsu *balnearum* temperatarum &c: cùm secùs id neque primipilaribus, vt sic dicam, auxilijs euicissem. Nec dissuadebat ratio. nàm, quód *Phlebotomiam*: nonnè impeditâ phlogosi *Prostatatarum* ab eiusmodi defluxione eluctari posteà dabatur, cũ videlicèt hæc ab illa procedat? C'est lá donc [ait *Remifort*] qu'il la faut combatre en epui-„ sant les sucs qu'il commence à corrumpre, & „ aux quels il s'attache auant que d'attaquer „ les parties solides, & c'est alors, qu'il faut „ auoir recours à la *Saignèe* sur tout dans la „ Gonorrhee pour eteindre l'inflammation „ & ostant la cause, qui la fomente. Iungitur „ quód V.S. celebrari debet supradicto tempore etiám ad vrinæ ardorem compescendũ. Quod victum *humidum*: confert hic in catharris omnibus & in Rhumatismo, hoc est in omnibus lymphæ morbis; quos mehercle *diluente* victu meliùs domari vidi, quàm omnium Practicorum frustraneis Receptis; et patet ratio. Siquidèm *diluentia* serositatem lymphę conciliando salinas particulas eliquant, disperdunt, inhabilesque reddunt ad fermentationem. Caue tamen frigida [quod plerique facere consueuerunt] admisceas ijs dil-

uentibus, vt *vitriolata*, & similia fixa; quatinùs lympham condensando, hoc est sulphureas eiusdem strias constringendo interposita deindè veneni salia crescere faciunt, & magis figunt. Quamobrèm de repente interdùm, nec sine magno ægri periculo Gonorrhœam sistunt, id, quod multiplici experientiâ mihi compertum est. Hæc itèm, est quæ me docuit, cùr Gonorrhœa vel solo *cathartico* elidi in ipsa infantiâ possit: Sic *Forestus* curauit Juuenem *Gonorrhœa, & Testiculi inflatione* laborantem *cum suspicione luis Venerea* solis *Purgantibus* diuersimodè adhibitis: *Omni die* [sunt eius verba] *ter quaterue secessus habebat cum tanto successu, vt non opus fuerit accedere ad decoctum ligni guaiaci; &, quod dictu mirum est, nō solùm à Gonorrœa sed, & alijs symptomatis curtus fuit.* Conferatur ad hanc rem etiàm *Riuerij* Cent. 1. Obs. 25. quâ scilicét non tàm recentē, quám & antiquam Gonorrhœam *Catharticis* præcipuè remedijs sanari patet. Ratio si quæratur, habetur ex *Syluio de le Boè: hęc* [loquitur de ijsdem *Purgantibus*] *si ritè, hoc est, quantitate tempore, modoque conuenientibus exhibeantur, semper conducent, nunquàm nocebunt Ægris, quamuis móx nihil expurgant humorum peccantium, quippè quos tunc alterant, corrigunt, & ad*

secu-

secuturam posteà euacuationem blandàm pręparant: dicam planiús; quià sanguinis particulas agitando, humorumque motum inuertendo, *venereum* miasma á *Prostatis* seducunt. Tandèm quod *Balnea & Thermales aquas*: conuenire illa in omnibus Vrethræ inflammationibus; Vrinæ ardore, Stranguriâ similibusque morbis tàm in comperto est, vt probatione non egeat; has verò incipientem Gonorrhœam penitùs eximere declarant Acidulæ, quarum efficaciã in tali morbo Romæ abs me pluriès obseruatam hic ideò cum elogio duxi prælegendam. Audio verba tamen increpantium hanc Gonorrhoeæ sanationem præcocem tanquàm incubam mali teterioris: Quid enim [aiunt] retentum in corpore virus anihilabitur? Nonnè solo eoque iugi stillicidio subducitur, hoc supresso intùs in malorum fomitem alitur? Præpostera sanè cautio est post receptum hostem fores occludere. Nonnè venenata sunt euomenda? Ad isthęc tàm strepera tàm rationi sensuique aduersa nemo veniret qui nosset Gonorrhœam, prout senescit, iuxtà peierare nihil proficiente continuâ defluxione. Profectò *Prostatæ* itá nunquàm viru depleri possunt, quin aliqua istius pars in earundem anfractibus sempèr lateat. Et si hoc, cùr

 ipsum

ipſum non extinguas priùſquàm ibidém implantetur? Certum eſt enim vel pauciſſima virulenta ſalia ſicuti cum aduentante iugitèr lymphâ perpetuò fermentabunt, itá novum virus quotidiè productura, vtque quò longiùs in illis, nempé *Proſtatis*, ſtabulabuntur, ſic eó altiús ingeſſura ſeſe in ipſarum poros, inuentiſq; iccircò vaſis capacioribus ſanguinem ad extremum infectura eſſe, quod eſt Luem *Veneream* gignere. Proptèr quod adéo ſi initijs fuerit obſtitum, & fermentatio auerſa, nullæ in *Proſtatis* inciſuræ, nullibi *Venerea* inquinamenta manebunt. Quippè penitús attrita in vaſorum cauitatibus nabunt, ſeque lymphæ rursùs intermiſcebunt. Hinc igitúr omninó diſperibunt, & ne hilum quidèm detrimenti afferent ſanguini, cuius tamèn globuli intemerati tùm primitùs venenum fuerint experti (etenim exercitus viru ſanguis facilè corrumpitur, vt vinum, quod ſemel contraxerit acorem) Quæ igitùr vtilitas in mora? Nonnè, vt cœtera mala, ſic & Gonorrhœam præcauere melius, quàm exſpectare? Sentiat nihilominùs quiſquis prout vult: Ego certè in hâc Praxi multum commodi percepi, nec iucunditatis minus. Conquerebantur ſcilicèt Infirmi de Vrinæ ardore, mingendi moleſtiâ,

Colis tensione, rubedine & calore; aliqui etiàm humiditatem quandam ex *Vrethra* effluere denunciabant. Ad hæc propterea *Sanguinis missionem*, *cassiam* cum *cremore tartari*, *Emulsiones*, aliaque *humectantia* præscribebam, indictâ paritér in rebus non naturalibus *seuera temperantia*; quo factum fuit, vt quotquot iussibus eiusmodi steterint, pauci ex post Gonorrhoeâ plorarint. Replicabis propterea, & cur non etiàm *Adstringentia* vsurparim, cùm hæc citiùs reliquis medicamentis negocium expedire potuissent. Resp. quià eadem secùs, quam vt *Venereum* virus eliquent, euacuent, aut disperdant, istud potiùs in *Prostatis* figunt, quo videlicet tandem Gangræna, aut Sphacelus ibidèm innascatur: & proindè horum metu factum fuisse existimo, cùr Medici se temperarint à Gonorrhoeâ initio sistenda, propter nimirùm accidentia ex *Adstringentibus* obseruata, id tamen, quod vetare non debet, quominùs eadem aliundé cohibeatur. Sic *Dolaus Diaphoreticorum* vsum quòque commendat in dicto casu, ineunte videlicet Gonorrhoeâ formulamque tradit, quæ hîc sequitur.

℞. *Mitrhidat.* ʒ. *j.*, *bezoard. mineral.* gr. *iiij.* *vel Antimon. diaphoret.* ℈. *j. camphor.* gr. *iij.*

 tin-

tinctur. rof. rubr. ℥. *ij. Syrup. granator.* ℥. *iij.*
m. f. hauftus.

Sic etiàm Ego *Acidulas* Romanorum aquas (vulgo *l'Aqua acetofa*) nifi vel largis calicibus ebibantur, aut fontanâ diluantur, noxias iudico, quamuis fuprà, sèd cum hac tamen exceptione laudatas. experto crede. Jnterim ni ceffet Gonorrhœa, metufque fit, an phlogofis in *Proftatis* iàm peruenerit ad fuppurationem exfpectari hæc debet, abftinendumque ab omni auxilio, quòad abfceffus fuerit euacuatus [id nimirúm, quod ex flauo eiufdem Gonorrhoeæ colore dignofcetur] ac túm porrò adhúc largiùs quám in principio Venâ fectâ [nunc enim vberior, quàm dudùm puris prouentus eft pertimefcendus] ad *humectantia* & *digerentia* procedetur. Huiufmodi proceffum habet *Spleiffius*, cuius hæc funt verba; *Sic Patauij ftudiorum gratia cum effem, vidiffe memini Gonorrhœam ex impuro coitu contractam fine vllo fequentis morbi Gallici metu quatriduo fublatam vfu boli ex Caffia recent. & pulu. Liquirit. parati; & Syrupi ex Emuls. fem.* 4 *frig. mai., Ialap. Viol. & Syrup. de Ibifc. alternatim fum tis: quæ laudato cum fucceffu per aliquot dies indè fequebantur aut pilulæ ex Therebenthina confectæ, vel* ℞. *pulu. Charabes ad* ℥ *j.*

cum

cum bol.armen.orient. ʒ. ß. *in aq.rof.aut plantag. affumta.* Ratio huius proceſsûs patet ex iàm dictìs. In hoc enim caſu *Proſtatarum* intumeſcentia, Vrinæ ardor, & putredo ab ijſdem *Proſtatis* percelli debent. Quamobrèm priori vtrique ſcopo ſatisfaciùnt V.S. et *blanda purgatio*. Nàm caue irriteris [hoc enim fieret, vt adauctâ ſanguinis ſeroſitate venefica ſalia in *Proſtatis* fixiora euaderent, earundẽ lympha rudiùs fermentaret, & inflammatio denìque exacerbaretur] Idcircò præter *Caſsiam* ſupradictam & *Mannam* coetera *purgantia* ſuſpecta eſſe debent: *Cliſteres* etiám, imprimis *emollientes*, vulgo *Lauatiui* nuncupati licèt quotidiè impoſiti non parùm conferre conſueuerunt: Conducunt etiàm plurimúm *humectantia*, vt *Balnea aquæ dulcis*. *Nam humectant* [inquit diligentiſſimus Thermarum obſeruator *Andreas Baccius*] *& calefaciunt blandiſsimè: móx aperiunt, leniunt, attenuant, digerunt, reuellunt maximè tepidiora. Deindè vrinam, & aluum cient, ſudores atque halitus inſenſibiles excitant, dolores mitigant, vrinæ ardores tollunt, ſomnum conciliant, bonas coctiones moliuntur & vires corroborant.* Hinc plures ego noui, qui Gonorrhœam ingruere certam ex doloroſo mictu præſenſerant, *balneis* iuxtà præpoſita adhibitis

Obſeruat.

bitis fuisse liberatos: Et quod Jnterna, silicèt Emulsiones, Serapia, Ptisanas, & similia *Aquosa* diuretica, audiatur præclarissimus *Desse*, qui sic loquitur: Dans les vlceres des „ *parties honteuses* & dans les Gonorrhèes vi- „ rulentes l'vsage des diuretiques aqueux & „ peu acides est tres necessaire pour deterger „ & euacuer par la meme route les parties qui „ ont etè les premieres infectées. Posteriorem denique, hoc est detergendi indicationem complet *Therebenthina* non ità tamen, vti mos tulit, abluenda, sèu lauanda; quòd proiectis tali operâ salino-sulphereis & maximè volatilibus particulis reliquæ crassiores minùs aptæ sint ad solidas vlceratas fibras defendendas, quo nimirùm crescere atque indè augeri queant. Sed delicatulis, & quibus alia exhibere licet, *detersiuo* illi pharmaco substitui potest hoc aliud.

Obseruat.

℞. *Balsam. de copaiua gut. x. ad xv. dentur cum potu calido.* Vel.

℞. *Balsam. Peruuian gut. iij., ol. therebenthin. gut. v., ol. succini destil. gut. x., cum vino cal. saccharato fiat haustus sumendus matutino tempore.*

Nàm vespere sequentes pilulæ, tametsì *Adstringentes*, purgato corpore nõ erunt inutiles.

℞.

℞. *Pulu. ossis sepiæ* ℈. ß., *corall. rubr. pp. & lapid. hæmatit. a. gra. v. laudan. opiat. ad g. ij., cum s. q. ol. calam. aromatic. f. S. A. pilulæ sumendæ h. s.*

Alia demúm his similia in hos vsus trahi possunt, quæ sua cuique prudentia, vel aliorum maximè pericula suggerent. ac tantùm innuam circà vsum *laudani opiati*, constare in hoc, vel præcipuè, Medici gloriam, si opportunè ac scientificè ab eodē administretur

II. Et Complicatæ, seù Inueteratæ.

Rapimur nùnc verò ad medicationem Gonorrhoeæ inueteratæ, siué, quam suprá malui appellare Virulentam: quandò nempé vlcus in *Prostatis*, quúmque in vicinas partes, vt *Vesiculas seminales*, virus iàm repsit. Ad id propterea nitendum præcipuè, ne hoc ipsum virus vigeat, sed vt omninó deleatur: deindè, vt idem vlcus abstergatur, & consolidetur; ac postremò vt pristinus fibrarum tonus partibus restituatur. Primum certé non alitér obtinebitur, quám *Mercurialia* porrigendo; nec credamus Antiquæ Scholę, & Tonsoribus, qui putant extingui sufficientèr posse incendium *Venereum* decoctis suis sudorificis ex *Guaiaco, Sarsaparilla &c.* compositis Sic enim *Sydhenam: Nec minore cum fructu* [loquitur comparatiuè ad *Adstringentia*, quorū abusum & nos in prin-

 cipio

cipio Gonorrhoeæ paulo ante damnauimus]
licèt periculo minore decoctum lignorum exsiccantium vsurpatum comperi; quo scilicèt sub pretextu Specificorum tùm vniuersum Ægri corpus, tùm præ cœteris affecta pars iampridèm nimis incalescentia vlteriùs adhùc inflammabuntur; nonnunquàm etiam Gonorrhœa, quę paulo ante euanuerat, quod me obseruasse memini, denuò in conspectum prodyt. Et ratio est, quam affert *Taury*, cuius hìc est Textus: L'Antiquité „ raccommandoit les ptisanes sudorifiques au- „ ec le Gaiac, l'esquine, la Salse-parille, le Sas- „ safras, qui sont de bois sudorifiques. A cause „ des sels volatils, qu'ils contiennent, ils font „ sortir les parties les plus volatiles du venin „ par l'insensible transpiration, ils peuuent „ rompre les pointes fixes dé ces acides: mais „ s'il à des parties grossieres, elles restent; vn „ corps se trovue desseché; les parties du ve- „ nin font plus de corrosion, parce qu'elles „ sont moins ecartèes; en fin le mal s'augme- „ nte, & quelque fois le rend incurable. *Mercurius* igitùr inuocandus; & primò quidèm præscribi debet sub hoc exemplo.

℞. *therebenth. Venet.* ℥. ß.; *mercur. dulc.* ℈ ß. *extract. rhabarb. gra. vij. diagrid. sulphur. gra. iij. cum s. q. pulu. ocul. cancr. præp. f. S. A.* *pilu-*

pilulæ in nebulis inuoluendæ & sumendæ mane; quæ subindè reiterari poterunt cùm occasio tulerit.

Jn fortioribus itèm vnum, aut alterum granum *Mercurij vitæ* adiungi poterit, vt & *purgantium* dosin adaugeri. Siquidèm, si alibi, heic in Gonorrhoeâ inueteratâ, vbi humores procul dubio infecti sunt, locum habet Methodicorum illud: *Qui benè purgat, benè sanat*; & ratio dabitur *cap. seq.* Sed neque ob eiusmodi infectionem omninò, verùm eatenús etiàm repetenda veniunt *cathartica*, quatenùs, vti cõplurimis continuis diebus certa quædam *mercurij* dulcificati portio exhiberi debet, eademque aut minui, vel augeri, prout solerti Medico videbitur, itá, ne is ptyalismum cieat aliquandò, consultum est lympham sanguineam mediantibus *catharticis* prędictis ad Jntestina identidèm deriuare. Alterum deindè intentum, hocest vlceris mundificationem, quod attinet; *therebinthinatis balsamicisque* auxilijs satis euinci id potest. Ego verò in tali occasione balsamum hunc parare soleo, qui me expectatione meâ nunquâm fraudauit.

℞ *flor. sulphur.*; *radic. aristoloch. rotund. in lamell. tenuiss. dissectæ a* ℥ *ij.*; *summitat. Centaur. min.*, *Absynth.*, *Hypericon. a. M. j.*, *sal.*

ſal. armoniac., myrh., croc. oriental. a. ʒ. j. camphor. ʒ. ß. ol. therebenthin. ad eminent. ʒ. digit. digere in vaſe hermet. clauſo ſupèr ciner. calid. diebus XV., XX. *Decanta ad Vſ. Doſis à gutt. v. ad* XV. *ægris obæſioribus in liquore calido, vt in potu Coffè, aqua Thè, lacte, amygdalato, vino &c. idque ſub lecti ingreſſum.*

Nàm matutinum tempus *mercurialibus* eſt cōcedendum, vt diximus; Quod *Narcotica:* hęc nùnc minus conuenire videntur: Dùm enim puris efluxum coercent, vlcus ad corruptionem diſponunt. Ni itàque Gonorrhœa in magnâ copiâ inſtet, abſtinendum: & ſi vnicum duntaxàt granulum *laudani opiatici* identidem admiſcebis præfato balſamo, modò tamen aluus fluat, nil referet. Referet autèm maximè vt *Diuretica acria*, Ex. gr. vinum in quo *Cantharides* fuerint affuſæ omninò deuites. Quippè vtut lympham ſanguinis corrigere videantur; fermentationem tamen augendo virus alliciunt ad corroſionem. Quamobrém neſcio quo titulo illa, & præcipuè vinum prædictum laudarit *Waldſchmit*, & cum eó alij: quicquid (vt verum fatear) in præuentione hac mea fortaſſis decipi poſſem. Quandoquidèm talia nunquàm volui experiri. Tandèm abſterſo

&

& mundificato vlcere, quod consistentia, & puris color laudabilis indicabunt, postremum Scopum, qui de Atoniâ partium emendanda est; assequeris per *Adstringentia*; quorum vsus túnc non erit inutilis, sanguine videlicèt purgato, & viru, prout decebat, ritè euacuato. Formulas, si piget alibi, vnicam saltim reperisti suprà. His non desultorié vtcùnque peractis contingit nihilominùs aliquandò, vt Gonorrhœa perseueret; fitque id vel ob vitiatam chylosin, quandò nempé ex vsu *Purgantium* assiduo Ventriculus ità proprijs fraudatur fermentis, vt chymum indigestum adhuc transmittat ad Cor, & sic ab acidâ lympha virus *Venereum* magis fixatur; vel ex abvsu in rebus nonnaturalibus eidem veneno quotidiè classicum canente, ut est manifestum. Qarè monitum hic vellem Medicum, respiciat sempèr ad præfatum viscus, inque eius gratiam modò Stomachica præsidia, modò diætam præscribat: modò denique in Animi pathemata inueheat: *Rhabarbarum* videlicét *Purgantibus* semper admisceat, tabellas diarhodon Abatis & similia, sæpiusculé indulgeat. *Aer deindè* (inquit *Dolaus imprimis siccus non sit opportet; Cibus sit liquidus, euchymus, eupeptus, gratus & suauis*, Prosunt iuscula

 cula

cula carnium cum pane parata Gallorum & Germanorum more, oua ſorbilia, itèmque Elixa omnia: non ſic Aſſata, Acetaria, Conditanea & Infumata. Potus non ſit frigidus, aut valdè incraſſans, ni fortè Æger ex ijs ſit, de quibus *Hippocrates*: *Victus frigidi*, inquit, *conferunt in his, quibus ſanguis erumpit, aut erupturus eſt, in flammeis ardoribus, ad ruborem & ſimilia*. Caueat nimirùm à rebus ſpiritu vitrioli, alióue huiuſmodi ſtiptico acidulatas: è contrà verò vtatur *diureticis aquoſis* iám ſuprá laudatis, v.g. miti limonata, emulſionibus parúm craſſis, atque imprimis aquâ fontanâ leui neutiquàm malitiosâ, propinato interdúm, ſeù vicatim, leui etiàm aliquo oligophoro. Somnus ſit moderatus: vitetur ſitus ſupinus, ne vaſa circà lumborum regionem incaleſcant. ob quam cauſam optimum eſt in Gonorrhœâ elato capite decumbere, ne videlicét in dorſum contingat reſupinari, & quo propterea pacto plures nouimus ab hoc malo fuiſſe ſeruatos. Vigiliæ nihilominùs nimiæ compeſcendæ ſunt. Spiritoſiores enim ſanguinis particulas turbant, debilitant, diſſipant, doloreſque in *Pene* adaugent. Motu nimio ac frequenti ſe ęgri non defatigent, ſed placidè agant. Nocent quippè equitatio, &

ſalta-

ſaltatio; indèque æger inquietus coercendus & vt tranquillus ſit admoneri debet. Excreta & Retenta Naturę normam ſequantur. Alvus quotidiè officij ſui ſit memor. Nàm ab Aluo durâ ob vicinitatem comprimũtur vaſa ſpermatica; vndè aliás & Gonorrhoeę & Pollutioni nocturnæ anſa præberi ſolet. Quamobrèm ſi ſubſideat, alio ſcilicèt, quám tempore curationis, *Suppoſitoriis* & præcipuè *Clyſteribus* [qui ideò à nobis, & vt alibi dictum eſt, *Lauatiui* appellantur] ex aquâ, hordei, ſimilibuſque *diluentibus* ſubducatur : et ſic etiàm quod reliquas naturales euacuationes procedendũ eſt. Quod verò ſpectat Animi pathemata: hæc rectis Ægri moderentur habenis: grauiores curę & Affectus, quos intèr primas tenent Amor, et *Libido*, abſoluté eijciantur. Nàm obſcenæ cogitationes vltrò nec vocatam illã (vndè ei nomen) *Venerem* ad nos venientem alliciunt, *Penem* ſanguine inflant, ex quo demum *Proſtatæ* inflammatione turgeſcunt. Vltimò ad veneni fixitatem eneruandã ſequens Opiata nonnullis eſt in vſu.

℞. *extract. heder. terreſtr.* ℥. j. *theriac. Venet.* ʒ. ß. *reſin. Gaiac.* ʒ. ij. *ſal. volat. ſuccin.* ʒ. j. *Camphor* ℈. j. *ol. iuniper gut.* xv. *M. f. Opiat. de qua ſumantur* ʒ. iß *ſinguli. matut. hor. ſuperbib*

perbib. iuſcul., vel aquæ fontanæ hauſtum, in quo nodul. antimonj.crud.parum ebullierit. Alij in Viperinis iuſculis magis confidunt, eademque continuis 20. diebus præbent Jnfirmis. Verúm Ego neutrum huiuſmodi rimediorum diutiús protrahendum cenſeo; ne videlicèt tot ſudationibus humores in ſicco linquantur, convulſioneſque indè oboriantur & læſiones, quę naturæ functionibus accedunt arefactis recrementis: præthereà, & ne virulenta ſalia craſſis alióqui indaginibus prępedita ab ijſdem ſic poſteá adglutinentur, vt in libertatē aſſeri deincèps non valeant. Quocircà mallem in tali caſu redire iterùm ad *humectantia*: quandoquidèm 1. quod ab vno non euincitur, extorquetur ab alio, & contrariorum, vtplurimùm, alterius vis alterius inſufficientiam exęquat. Deindè, quiá *diluentium* palmarium eſt ſalia quælibet extenuare & craſſa omnia emollire; ac 3. demúm quia extirpatâ licèt Gonorrhœâ adhùc nihilominùs vſurpari debent illa ad reſtituendam coenoſo & ſicco ſanguini fluiditatem. Quamobrèm lactabunt Ægri, tepidâ corpus abluent, ſerum lactis, acidulata mitiſſima, aut ſimilia aquea aliquòuſque potabunt, ſeú donèc viſum erit denique ad *purgantia* reditare, quę

etiàm

etiàm esse poterunt huiusmodi.

℞. *mass. pilul. aloephangin.* ℥.ß. *extract. enul. campan. & mercur dulc: a* ʒ. j. *trhocisc. alkandal* ʒ. j. *resin. turbith.* ℈. ijß., *ocul. cancr. præp.* ʒ. j. ß.; *sal. volat. succin.* ℈. iiij. *cum s. q. syr. de cich. Gul. f. s. A. pil., de quibus cap. Æger.* ʒ. ß. *ad* ʒ. j. *altern. diebus m. superbib. iusculum.*

Diebus autèm intercalaribus vtatur sequent. Elixirio.

℞. *tinctur. verm. maial. cum sal. tart. extrac.* ℥. ß.; *ol. therebenth.* ʒ. ij., *ol. succin.* ʒ. ß. *balsam. pervuian.* ℈. ij. *m. atq. agita exactè Dos. á gutt.* xx. *ad gut.* xxx. & *vltrà in haustulo vini calidi saccharati.*

III. Curatio Hypersarcoseos *Venerea* seù Carunculæ Meatûs Vrinarij

Potissimum tamèn ad Gonorrhoeæ sanationem impedimentum est ferè sempèr Hypersarcosis Vrethræ. Hæc etenim vti vel vlcerata est, vel facilè in vlcus abit, sic proximis vel non longinquè hœrentibus *Vesficularum seminalium* ostiolis saniem influendo, aut alitèr transmittendo fermentationem ibidèm, vel in *Prostatis*, perpetuó alit, recrementa corrumpit, extemporaneum denique istorum exitum stimulat. Quocircà summo studio caueri debet talis Caruncula, et antè tamen inuestigandum, an vlcerosa sit, vel fungosa: cuius in-

 dicium

dicium est, si vrina in proportione debita non excernitur, atque in *Vrethra* impedimentum persẽtitur; et cùm prẹtereà in vlcerosa ingens adsit præsertim in mingendo molestia. Si itàque haùd vlcerata sit illa, mittendus primò sanguis ex basilicâ; túm Balnea instituenda, in quibus æger, prout maior, aut minor erit lotij suppressio, se se crebriùs aut rariùs [noui, qui ferè singulis horis) demerget; et si vrina demùm penitus intercepta fuerit, Canula, siuè Catheter imponendus, imò & Lithotomia nonnunquàm celebranda, vt in *Gallo* quodam ex vrinẹ suppressione iàm perdeliro facto vidisse memini. Quamuis nihilominùs haùd opus tantâ præcipitantiâ, si vrina etsi tenuitèr, manet tamèn. quandoquidèm tempus vltrò dabitur pro Carunculæ extirpatione, nullum videlicèt morâ periculum minitante. His non desultoriè peractis extirpatio eiusmodi Fungi auspicanda erit vsu Topicorum, ad eum nempè modum, quem docet *Hartmannus*, vel qualem proponit *Senertus* itèmque omnium optimè, *Henrycus Regius*, ab ipsius *Scholiaste Ioan. Broen.* ad incudem posteà reuocatum; qui quidém curandi modi, cùm apùd prẹfatos Authores prostent, inutile est hic transcribere. Auctarij gratia

Obs. et nat.

tan-

tantùm pauca circà illos adnotabo 1. ſcilicèt, ne candelæ in id operis inſumendæ ex ſola cerâ conflentur. Aliter enim frangerentur, & fruſta in *Virga* permanerent hęrentia [de quorum extractione exemplũ ponit *Molinet.*] Meliùs itàque fabricabuntur ad hunc modum.

℞. *ceræ albę* ℔. *j therebent.* ℥. *ij; quæ ceræ liquefctæ immitatur, & hâc mixturà intingantur elynchia, ſicque fiant ex ijs candelæ paruæ.*

Harum defectum ſupplent turundæ lineæ cerâ ad rigiditatem obductæ, aut ſtyli ex barbâ balenæ. 2. vt medicamenta huiuſmodi inſtrumentorum apicibus inungenda *corroſiuà* quidem ſint, ſed non ità, vt ex nimiâ corroſione (vti cauet *Ettmullerus*] gangrænam inducant: quale exemplum infauſtum proſtat in *Henrico à Moinichen.* Omnium propterea *corrodentium* vices implere poterit emplaſtrũ *Vigonis* duplicato triplicato, aut etiàm quadruplicato *mercurio*, quod me nunquám fefellit vel externè duntaxàt ad radicem *Penis* applicitũ 3. et vt, quicquid in *Vrethram* introduxeris non ſinas ibidèm diù perſiſtere, ne dolore ſcilicèt nimis acerbo [monente *Broen.*] conficiatur æger, & pars affecta inflammetur vlteriùs: ſed candela illa, turunda, aut ſtylus corroſivus remoueri debet prout vrget neceſſitas

Obſeruat.

ſitas

ſitas, & vnguentum aliquod leniens eodem modo eſt intrudendum, ſicque pedetentim aliquid conſumendum eſt, donèc aduertatur impedimentum Carunculæ eſſe omnino ablatum: poſtmodùm verò ad deterſionem, exſiccationem, & conſolidationem vlceris procedendum erit mediantibus iniectionibus mòx deſcribendis, aut alijs, quas ex *Vulnerarijs* confeceris; quibus tandèm ſuppraddetur candela vnguento camphorato inuncta. hæc námque conſolidat. Et quod iniectiones; hæ ſub Gonorrhœæ initium ad glabram Vrethræ ſuperficiem lubricandam adhiberi poſſunt, ex lacte tepido, aut hordeacea *Pari ratione*, inquit *Sehmitzius*, *ſi inter meiendum intolerabilis ſit ardor, vrinam reddat æger demerſa Mentula in matulam lacte, vel aqua tepente plenam*; quibus etiàm illam, ſi acerbiùs doleat, fouere poterit. Quodſi Vrethra fuerit excoriata.

℞. *aq. calc. viu. tenvuior* ℥. *viij. aq. plantag.* ℥. *iij; flor. Zinci* ʒ. *ij.*

Mixtura hæc [et remedium eſt *Ioſephi Ianchſon*] lauentur vlcera in *Pudendis*, vel alijs partibus ſtabulantia, & ope ſyringæ tenvuioris inijciatur; ſed leni & conſtanti manu ducatur. Vel.

℞. *aq.*

℞. *aq. calc. viu.* ℔. j. *lythargir argent, ceruss., tuth. a* ʒ. j. *camphor.* ʒ. ß. *Iniiciatur ter de die.*

Postremúm autèm ad vlcera in meatu vrinario, ad Carunculas etiàm vlceratas, de quibus suprà, atque ad Sphincterum ab Emunctorjis illic hiantiũ scissuras respicit hęc alia.

℞. *aq. ros., plantag. a* ℥. *iiij., trochisc. alb. Rhas.* ℥. ß. *bol. armen.* ʒ. ß. *m.*

Huiusmodi quippè iniectio mũdificat eadem, & cicatrice firmat. Si veró vlcera dìutiús persistant, quasi altas egerint radices, ac Luem sint manuductura; si, iterùm, perdura sint & callosa, nec laudabile pus suppeditare videantur: in tali casu nonnisi ab *Escharoticis* ac *Suppurantibus* auxilijs, de quib. *superior. Artic.* tractauimus, leuamen aliquod sperari debet; salusque omnis propterea in appropriatâ Luis curatione ponenda. Hâc occasione: Solent Barbitonsores in Gonorrhœâ indiscriminatim, & quocunque tempore Iniectionibus maximam partem Stipticis, siuè *Adstringentibus* vti. Ego contrà petulantem huiusmodi methodum quam ad Amicifs. Virum *Laurentium Terraneum* iamdiù scripseram inuectiuam Legentium oculis iterùm subijciam. *Deus bonè! hæc Reipublicæ pestis promissis tantùm diues & sordida, è Tonstrina, vbi coquebat*

in olla Sparadrappum similesque vernices, in Lares ornatissimos penetrat ad Nobiles ad Plebeios ad quoslibet deceptu faciles, ibidemque, dúm manu syringam admouet, altera loculos emungit, Gonorrhœa interim quotidie magis incrudescente.

Et nec immeritò sanè. Siquidèm Stiptica illa remedia virus coagulare, aut vias Glandularum obstruere debent. Quamobrèm noui aliquot ob peruersas eiusmodi curas Gangręnâ affectos [& quam proinde *Membri* paralysis sequebatur] ad extremum isto fuisse mutilatos. Eijciamus igitùr Promissores illos, & Vitriolum, Alumen, & similia eorundem pigmenta Sutoribus ipsis aut Cerdonibus vsurpanda linquamus!

Obseruat.

IV. & demùm, herniæ *Veneris*

Jntèr communes tamen *Adstringentium* effectus non incelebris est *Testium* tumor; qui vbi imminet *Scrotum* imprimis obtusé pungitur Dartros vritac rubescit, æger denique febre corripitur, inque ijs sedibus metuenda inflammatione. Ad hanc auertendam Vena bis, terue, quaterue tundi debet, & prout casus feret, aut æger poterit tolerare. Mòx verò tota invngetur regio *Perinęi* inter *Scrotum* & *Anum*, ipsumque etiam *Scrotum* hoc balsamo:

℞. *ol. Masticin., ruthac., menthac. a ℥ ij. sem. rut. & vrtic. a ℈ i. cariophyl. ℈ ß. ceræ q. s. pul-*

ue-

uerisat. puluerisand. f. ungu.
Hoc enim resoluisse vel prægandes *Testium* hernias author ipse sum, & quicquid olea pro salium retibus hodièque á Medicis reputentur. Aliàs in minori inflammatione sufficit terra sub Pollionum rotâ concrescens alibi laudata; commendabatque hanc sæpè eximius Præcep. meus *D. Petrus Chirac.* ex eo, quód scobe ferreâ imprægnata istius volatilitate discutit, digerit, idest sanguinem attenuat, expansumue in vasa debita reducit. *Omnia tamen Topica* (*Schmitzium* audis) *ità applicentur, vt Testes minùs dependeant; intercipiens ad latus Pubis accomodetur*. Si verò *Testium* tumor non fuerit inflammatorius, tantúm duritie valeat, tùm fiat inunctio ex balsamo sulphuris succinato [*Dolæo* suadente] aut lintea oleo Guaiaci intincta adhibeantur, quòd citissimè ac potentissimè penetrat. Verúm non est, cùr hìc alia apúd alios inuestigem, cùm eorundem in libris infinitus sit numerus. Sufficit igitúr adijciam, quòd si talibus non obstantibus Tumor ìn immoto persistit, *Emollientia* tentanda veniunt, vt Cataplasma de mica panis, cui post aliquot dies subrogabitur alterum *Vigonis*, quod dicitur ex quadruplicato *mercurio*. Hinc enim, quod supra-

dicta

dicta olea discutere non potuerunt, semen scilicèt in *Testibus* grumefactum, *Mercuriali* penetrantiâ resolutum iri spero:et si hoc vnius, vel alterius mensis spatio continuò adhibitũ non profecerit, denuncio *Veneream* luem altè iàm ossium medullis insidere, sicque illum, idest Tumorem nonnisi remedijs hanc Luem profligantibus expugnatum iri. De Fistulis in *Perinæo* è suppressâ Gonorrhœâ, vel &c. prouenientibus nihil habeo,quod reponam. Significabo tantúm, cedere has interdùm *Antiuenereis* pharmacis, quemadmodùm nempè & alij quiuis *Pudendorum* morbi cedere consueuerunt. Denique Gonorrhoea sæpiùs, interdúm quòque initio & inopportunè disparet; quod si malè moratis, quiue vitæ solutioris sunt, accidat, metuendum planè; non sic, si abstemijs, & qui vitæ sunt continentioris. Arguit nàmque ea fuga exquisitam Veneni *Venerei* volatilitatem in his ægris; denotat in alijs maximam fixitatem. Sed quicquid portendat euasio hæc, immaturè fugientj ne credas vnquàm; vrge pharmaca, absolue victoriam. Fortassis etenim ex vno miasmate corporis cuipiam angulo infixo ingens populatio sequetur, quemadmodùm ex parua scintillulâ magnum jncendium. Accedit, quòd eiusmo-

di

di fluxio recurrit, pauſat, languet, deſinit abſque lege, ob exceſſum nempè in rebus nõnaturalibus, vti nouimus; vel potiſſimùm, qvum peruersâ confeſſione Medicum & adhúc magis ſemetipſos fallunt Ægroti. Pro Colophone quęritur quibuſnam amuletis præmunire ſe quis valeat contrá hos morbos. Sed indignatur *Waldſchmidt*, increpatque *Magninum*, tanquám parùm Chriſtiané ſcripſerit, quòd impuné quis & ſecurè cum infecta concumbere poſſet. Neque enim *opus eſt* [inquit] *vt agatur de præſeruatione iſtorum affectuum, ne maior occaſio præbeatur peccandi*. Pace nihilominus tanti Viri, non ſunt hęc ſcripta, quæ anſam flagitijs porrigunt; aſt noſtra inconſiderantia; aſt ſvus cuiuſque ſtimulus iuxtà illud

—— *Trahit ſua quemque libido.*

Proptèr quod huic affectui medicaturus *Vergilius* ſic loquitur in *Georgicis*:

Sed non vlla magis vires induſtria firmat,
Quàm Venerem, *& cæci ſtimulos auertere*
[*Amoris.*

Fugiamus ſcilicèt [inclamat *Scaliger*] *fugiamus pocillatricem illam* [Venerem] *et ne illud ſitiamus,*

—— —— ——*vnde laboris*
Plus haurire mali eſt, quàm ex re decerpe-
(*re fructus.*

Quodsi tamèn Animo non possumus, cùr iniqvum erit Corpori mederi? sique illud præseruare non valemus á peccato, istud saltèm liberemus á supplicio. Quamobrém mitior *Ettmullerus*, misericordiâ, atque in Proximum maiori charitate prçditus mentē suam aperire non dubitauit his verbis. *Si cui libeat præseruare se ab hac Gonorrhœa, quam nempè Venus vexat, interim tamen non certus esse potest an cum infecta coeat; is præseruationis loco, mox ante, aut post coitum assumat spiritus, seu olei Therebent. vol. gut. vj., vij., vel viij. in haustu vini generosi; huius enim abstersoria vis meatum vrinarium, eiusque sal volatile oleosum abstergit, ac corrigit contagium virulentum forsitan haustum*. Nescio nihilòminus, an probatissimus Author de hoc remedio experimentum fecerit: cum viris Septentrionalibus (Deo sit laus) talia experiundi minor occasio adsit, testante *Spleissio*: *Hac inparte, nos Germani fœliciores, á iusto Deo, si Venere peccauerimus, temporali Iudici mulctandi relinquamur, interim á lue tám fœda vtplurimum immunes*. Vtut verò expertus fuerit; non facile comparatu est plerisque illud oleum, & cùm libido antidotum aliquandò nolit vel exspectare, vel audire. Dabo igitùr aliud remedium expertissimum

&

& vbique obuium, tametsi terminis parùm, ænigmaticis: *Accipe* videlicèt *Sinceram post coitum, & marita*. Sed libet loqui planiùs, ne fortè censeas approbare me iamdiù reiectam *Synapij* ac *Musitani* opinionem, quâ volunt coitu cum sanâ muliere repetito virus ex priori susceptum atrahi ab hâc, tanquàm à viperæ capite, aut scorpio contuso, quæ proprium venenum resumere existimantur. Accipe, igitúr aquam fontanam, siuè putealem qualemcunque, & benè *Inguen* prolue; sed debet ea esse tepida, seú, adminimum, non frigida. Hæc enim crebrâ experientia teste plures à Scortorum maleficijs liberauit; et ratio est, quam totiès de *humectantibus*, siuè *diluentibus* tradidimus, adeò vt nosse possis Rationem & Experientiam in Praxi nostra sibi mutuò correspondère.

CAPVT QVARTVM

DE MORBIS VTRIVSQVE SEXVS

E T

De Affectibus Totius,

Ubi

DE LVE VENEREA

ARTICVLVS I.

De Pano Inguinis.

§ I

I. Bubonis Nomenclaturæ,

NARRAT *Plutarchus* vicum fuisse quendam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadę vocabantur; apud quos moris erat, vt qui fuisset in Adulterio deprehensus ignominiosas poenas daret impactis in *Pudendam* corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis reperiebantur. Hoc tempore si existerent Placiadæ id genus multæ superuacaneum

caneum ducerent. quandoquidèm viderent longè acriores raphanos ſponte, ex ſe, creſcere in *Inguine* Adulterorum; viderent, inquam, Tumores magnos, dolorificos, duros, rebelles, malignos inuadere præfatam partem, ibidémque præ ferociâ itá debachari, vt poſtquàm lentam veluti carnificinam exercuerint, ad extremum Ægros Libithinæ deuoueant. Tumores profectó hos Grœci *Phygethlones* vocant, Latini *Panos*, (ob ſimilitudinem ſcilicet, quam habent cum tramæ inuolucris, teſte *Nonio*) atque ex *Fernelio Phlegmones ſunt in Adenum locis emergentes*, vt in Ceruice, maximè verò in Alis & in *Inguinibus*: quamuis alij in his poſtremis ſedibus duntaxát germinari perhibent, vtque rurſùs ad olera alludant, pro magnis bulbis *Bubones* audiunt.

Comparére ſolẽt hi cum, vel ſine Gonorrhœâ [quapropter hic etiàm á nobis fuerunt deſcribendi] ſeque inuicem cauſant, & cauſantur mutuò. Cauſa tamen illorum frequentior eſt, quæ & coeteras *Pudendorum* parit affectiones: muliebre nimirùm pus in Viris, & Virile in fœminis, quę tali ſupplicio damnantur. Sed ambiges confeſtim, quomodò tàm fœmineum, quàm maſculinum virus remotum illud, nempè *Inguen* adoriri valeat? Miſſa Veterum

IJ. Cauſæ,

 ſen-

ſententia Tuathologica nimis & vanâ. Recentiores in hoc ſunt, vt velint muliebres ſordes (vt nempè á causâ Virilium Bubonum exordiar] gliſcere iuxtà *Colem* per externam iſtius ſuperficiem vſque ad dictam partem: maſculinas autèm ſuffundi fœminis in tali loco, quod eſt earundem *Inguina* irrumare. Jn vtroque tamén decipiuntur. Quatinùs in turpi amplexu nec fœminina ſanies labi ad *Inguen* Viri, nec Virilis irrumare, ſeú fucare poteſt *Inguen* fœminæ. Obſtant enim ad illud, Maris incubatus: pro hoc, introductio maſchilis *membri* in *Intercapedinem* muliebrem: poſt eductionem autèm, neutri Sexui laterales hypogaſtricæ regionis partes madviſſe viru vnquàm compertæ ſunt, & ni fortè de induſtria vter alteri confricuiſſet. Jnſupèr fœmininum ſemen (vt ad iſtud redeam) quotieſcúnque excernitur, non ſupernè ad *Clitoridem*, neque lateralitèr propè *Nymphas*; verùm infernè versùs *Frænum Vulvæ*, adeòque, in congreſſu maris, ſuprà dorſúm *Penis* iaculatur; quæ res eſt vt idem introrsúm potiùs, quàm extrorsúm relabatur. Ad quod faciunt itidèm *Labia* eiuſdem *Rimæ* & circumfuſi pili, qui omnem illi aditum ad Uiri *Inguen* prohibent. Sed quicquid de his ſit [pudet enim talia memorare, uolunt poſtea

ijdem

ijdem Practici, quód, quomodocùnque eò peruenerit siuè muliebre, siuè masculinum virus, & siuè alterutrum, siué vtrumque *Inguen* fuerit affecutum, protinús per apertam cutim atque hiantia præ *Venereo* œstro venularum ora ibidèm concedat in subiectas glandulas. Quid verò? si nulla eiusmodi vasa ad istas transeant, vt suadere videtur autopsia [neque enim glandulæ imprimis Vessiculosę suscipiendo sanguini dicatæ sunt), monetque Anatome interdictum esse quodlibet cõmercium vasorum exteriorum cum ijs glandulis mediante Peritonæo, quod eminet superextensum. Nec vacat confugere ad porositates. Quandoquidèm nequè hę tàm rectę, nec suffusum pus in tantâ copiâ esse potest, vt perindè, ceú fomenti vires exerat. Iunge, quòd hoc fixum est, eòque magis, vbi ad *Ingwen* peruenerit. Quì igitùr penetret ad dictas glandulas? Sciturus nihilominùs quo pacto menstrvum illud venenatum hùc irrumpat, reduc in memoriam, quæ suprà, *Artic.* de Gonorrhoeâ, narrauimus de lymphęductibus ad *Præputium* descendentibus ex ijsdem glandulis: dices protinùs manifestum esse, quamòbrèm tale fermentum á fœminâ eiectum coitûs tempore, si paulò fixius sit, adeò vt vlterius

terius non queat excurrere, vel proptèr aliam quamlibèt rationem in eodem *Præputio* pausare debeat, supradicta emunctoria dicto citius aggrediatur. Constat ettenim, quòd impraegnata isto, & ab austeris menstrui eiusdem partibus coagulatâ lympha in citatis vasculis contentâ, vti glandulæ ob impedimentum suppeditare aliam posteà non valebunt, ità retenta hæc & lacunata illarum molem auctura sit: ac præsertim, quiá virus tales ductus ingressum nullo negocio euaporabit in dictas sedes, per communicationem scilicét filamentorum præfatæ lymphæ, non secùs planè, quàm vt modicum fermenti ingentem pastæ massam in sui similem conuertere consueuit. De Fœminis idem censeri debet. quamuis enim lymphæ vascula in ijs nondúm animaduerterim; ob consimilem tamen mechanicem, quam deteximus in Viris, credibile est illos, idest lymphę ductus, etiàm in fœminis transire è glandulis *Inguinalibus* ad *Vaginam*, sicque aditum præbere halitibus venenosis à spurco Masculo communicatis. Assentitur *Hippocrates*: *Quibus*, inquit, *vlcus factum fuerit in Vtero* (qui indifferenter ab eodem & pro Matrice accipitur & pro *Vagina* [*his febres & Inguinum tumores succedere necesse est*, *& dolo-*

dolores in his locis; quibus verbis expreſsè denotat conſenſum *Muliebrium* cum *Inguinibus*.

Verùm cuiuſuis demùm *Inguen* impetierit idem virus, ſiuè Maris, ſiuè Fœminæ, & ſiuè alterutrum, ſiuè vtrumque, nonnè patet ibidèm exiſtentes glandulas [quæ in vnoquouis quatuor vtplurimúm reperiuntur] vel ſeorſim, vel coniunctim inflandas eſſe ex ſtagnatione nimirùm lymphæ, quæ indè abire inpoſterùm non valebit, quæque móx à virulentis ſalibus exaltata turgeſcere incipiet, ac veluti deſpumare? Non renuis! En igitùr exordia Bubonis *Venerei Inguinalis*!

IIJ. Ortus,

Tractu quippè temporis, vti ex tali turgeſcentiâ vis infertur membranis tales glandulas occingentibus, ità diſrumpuntur vaſorum Curalium propagines, quæ ad ipſas-met tunicas deriuantur: atque hinc porrò ſanguiis, quoniàm extrauaſatus antiquum partium ordinem ac diſpoſitionem amittit, in fermentationem icçircò raptus ſuperſtantes muſculos lœdit, hoc eſt, immiſſis hùc acribus ac volatilibus particulis fluentem in ijs ſanguinem contaminat, ſiuè attenuat, alterat ac fermentat adeò, quòd hic è vaſis ſuis eductus externâ inflammatione intrinſecæ reſpondere pergit. Facit ad huiuſmodi inflammationem

IV. Jncrementum;

etiàm

etiam fibrarum Musculorum Abdominis prædictorum [vnum si demas Rectum, vtpotè magis remotum] curuatura, quæ accidit inquantùm, quòd subiectæ glandulæ iàm tumefactæ extrorsúm superstratas partes cogunt, ideſt Musculos præfatos. Hinc ettenim vasa sanguifera disrumpi, adminimum sanguinis circuitus in dictis partibus impediri debet.

§. 2.

J. Maturatio,

QVo facto, prætèr Tumorem, rubedo insolens in *Inguine* apparebit: dolor etiàm ob distorsionem & fibrarum ex fermentante sanguine vellicationem interueniet; qui hinc adurens [vtpotè Animo sensationem illam ferè ad ambusta comparante] indé punctorius videbitur: quandó siuè sinceri, siuè iàm in pus conuersi cruoris moleculæ acicularum specie perstrinxerint Musculorum fibras; ac simùl denique profundé lancinans: vbi scilicét in glandulis existens venenata lympha aùt ob moram exaltata, vel abientem calorem fuerit experta, vel postremò, cum affuso pure in harenam veluti descenderit. Tùnc enim glanduloso parenchymate concusso dolebit Animus; et vti carne molliore sunt eędem glandulæ, ità sensum reddent hebetiorem. Comitatur

mitatur intereá hæc Inceſſus deprauatus. Quandoquidèm ex vna parte, contractis præ tumore, qui ſecús *Inguina* exoriuntur, Crurum Muſculis, intendi illa, rigere ac vara fieri debent: ex aliâ, quoniàm maior arcuatarum in eodem *Inguine* fibrarum contractio fit deductis Femoribus, ne idcircò indè augeatur dolor, Animus vt hæc cautè moueat, inceſſum vitiat. Iungitur, quòd turgentes Glandulæ, dúm Femoribus ſuperponderant, reducemque per venas ſanguinem deorſum cogunt, ampliatis vaſculis fartiſque Muſculis horum motui frænum inijciunt. Et hæc equidèm cauſa eſt, cúr in Bubone *Venereo* Coxæ turgeſcunt. Vt enim ſanguis infrà *Inguen* retinetur, ità eę humore ſaginentur neceſſum eſt. Replentur autèm imprimis ſero, quòd hoc facilè cùm per vaſorum poros tranſudat, tùm ab eorundem oſcillis exigitur. Quapropter œdematoſæ euadunt pedetentim; et, ſi venoſum aliquid fortè diſrumpatur, etiàm eriſypellatoſæ. Quamuis hæc inflammatio miſceri œdemati nunquám conſueuit, niſi quùm Bubo ſuppurationi maturus eſt, in quo caſu idem ſæpenumerò euaneſcit; quotiès nempè ſanies iàm confecta nec tamen euacuata per conſtantem adhùc fermentationem attenuatur

Obſeru.

tur ſic vt denique in vaſa ſanguinea ſe recipiat. Vidi crebrò illius apertura à Chirurgo interdùm procraſtinatâ, mane ſequente Panum ampliús non fuiſſe inuentum; ſed eius loco aut veſtigia Luis, aut Tumorem eriſypellatodem de quibus agemus in Prognoſticis. Alij è conuerſo ad maturationem ægrè perducuntur; vel quod parua ſalium venenatorum manus ad *Inguinales* glandulas acceſſerit; vel, quòd ſingulæ quatuor glandulæ vnitim à viru haud fuerint occupatæ [Duabus ettenim aut vna tantúm prehensâ, vti lympha exindè ad alias minimè infectas ſubrepit, ità ſubducto paritèr venenoſo menſtruo minuitur in illis fermentatio, à quâ porrò ſanies conficitur] Vel denique impeditur maturatio ex eo, quòd eædem glandulæ non derepente, aſt ſenſim, eâ nimirúm ratione fuerint infectæ, vt aliquibus lymphæ flocis primitús coagulatis cœteri ſubindé nonniſi per ſucceſſiuam ante ſtrictorum compreſſionem coaluerint. Quo fit, vt virus glandularum meditullium quàm lentiſſimè aſſecutum ægrè itidèm in fermentationem irrumpat, vt acceleret ſuppurationem. Atque hoc quidèm phęnomenon mente nonnunquàm recolenti mihi motiua adijcebantur ad credendum lymphã

Obſeruat.

è di-

è dictis glandulis, videlicèt *Inguinalibus* diffundi in *Penem*, ac per consequens Bubonem Gallicum fieri modo à nobis suprà descripto, plané, vt & ex postrema modo allegatarum rationum de lenta illius suppuratione colligi abbundè potest. Jámque proximè suppuraturus Bubo, siquidèm Corpus quiete, Animum patientiâ orbauerit, fresso idcircò ob diutinas agitationes, pręsertim ex fermentantibus in venas quotidiè repentibus particulis cruoris masśâ febrilis diathesis in hanc inducetur, seù febris illa Suppuratoria vulgò nuncupata, vt est manifestum.

II. Abscessus.

Licèt autém ritè suppurauerit ille Tumor, sponte suâ tamen nunquám aperietur; quòd in partibus longè á Cute positis existente sanie, hæc, potiùs quàm extrorsum, intrà corpus iter quærat. Perforatur itàque; & si probè successerit maturatio, pus flauum redditur ac saniosum: copia itidèm est sufficiens, & laudabilis consistentia; non sic, si illa velut fuerit extorta. Siquidém jn tali casu serosum apparet illud, nempè pus, tenue, inolidum, & in paucâ demùm quantitate.

IIJ. Ulcus.

Vlcus deindé, quod Abscessum sequitur, arescit, ac labia ostendit alba, sicca, & per consequens duriuscula, alio interim, quod tur-

gentem exceperit Abſceſſum, floridis humentibuſque obſito, & quæ demùm vel ſuapte ſponte ad cicatricem perducuntur. Quò minus igitúr periculi in hoc eſt, eò magis creſcere in nobis debet obligatio de illo ediſſerendi; vtque oris aliquantulùm glabris, ſiuè ſiccis, adeòque duris reliquimus, ſic inſpiciamus nùnc prędítum etiàm calloſis. Calli huiuſce cauſa à nobis alibi iám lata eſt; nihilominùs compendij ergò híc adijciemus: quód deciſis areſcentibus túm Cutaneis, tùm Muſculoſis fibris, ac propterea valdoperè contractis, ſucci nutritij elices inter binas quotlibet exiſtentes obſtipantur. Quocircà is ibidèm coercitus ſicuti gliſcente poſtmodùm hinc nitro aereo, indè autèm alio Acido-fixo ab infectis glandulis exhalante condenſari debet, ità glutinis formam nactus talia capita [ideſt cœſarum fibrarum iàm contractas extremitates] ità conferruminet neceſſum eſt, vt margo quædam, ſiuè vallum duriſſimum circà prædictũ vlcus excitetur. Nec tàm ambitus, quàm ſinus vlceris prę duritie riget. ſiquidèm diſtracto in alias partes nutrimento[dicam planiùs] Quippè ſanguine in Arterijs condenſato *Inguinales* glandulæ fraudantur humore ſuo, proindèque ſitiunt continuò ac dureſcunt. Hinc

itáque

itàque albidus interdùm ichor, ſed in pauciſ-ſima quantitate, ac rurſùm tàm viſcidus, vt nec abſtergi aliquandó poſſit.

IV Gangræna.

Verùm non procedente nutrimento Gangræna exoritur, liuent labia, concedunt mortificata: virus etiàm ab his in ſanas partes raptum fermentatione iugi carnes deuorat, vlcus ampliat. Vidi ego ſœpiùs huiuſmodi vlcera phagædenica, depaſcentia maligna eò ſęuitiæ deueniſſe, vt eroſis Vmbilico tenùs Abdominis Muſculis, Pyramidales ipſos è confinijs diremerint, Peritonæum terebrarint. Quocircà inductâ hinc in *Penem* virulentâ lymphâ Phymoſes & Gonorrhoeę, indè verò contaminato Sanguine Febrium exacerbationes, Appetitûs deiectiones, ac Diarrhoeæ demùm (vt quæ inſtantis Fati non æquiuocæ indicinæ erant] naſcebantur. Quod Phymoſin & Gonorrhœam; hæc erant, quæ me plené perſuaſum fecerant de influxu lymphæ à glandulis *Inguinalibus* in *Præputium*, *Proſtatas* & Urethram. Qui enim, alitèr, tales morbi euenire potuiſſent? Cœterò Febris oritur in tali caſu ex eo quòd retractum in venas pus, quoniám ægrè ob molem ibidèm circulare, atque ob diuerſam partium diſpoſitionem cum ſanguine conuenire nequit, Ætereæ materiæ

Obſeruat.

Obſeruat.

per

per hunc influxu passim ideò intercluso tumultus miscere debet, hoc est fermentationes excitare, siuè Febres: quæ accessione nouę materiæ exacerbantur potissimùm é primis vijs, vt videre est in vlceribus Pulmorum, Intestinorum &c. Ut verò iterùm in præfatis vlceribus Pulmonum, alijsque morbis ex vitiosa lymphâ, in fine languet Appetentia; ità in Bubonibus vlceratis, febre pręsertim adstante. Nàm sulphureis eiusdem lymphæ moleculis constrictis, salinis autèm attritis nonnisi serosum quid labitur cùm ad OEsophagoeas Nostras, tùm ad alias glandulas digestivum menstrvum elaborantes, iners profectò stimulus titillandis neruis, siué, ad Famis sensum inducendum. Sequitur Diarrhoea, & Tragoediam claudit. Incipit hæc ab irritatione Intestinorum Jlei & Colon, quâ parte sub *Inguine* obuolvuntur; finitque vtplurimùm ex humorum colliquatione, vel priuatione Intestinalis mucci, vt ostendemus *Artic.* 4. Mitto crebras hæmorragias Bubonibus vlceratis familiares, vt quæ Prognosin potius spectant quàm hunc locum. Denique Gangræna, *si diutius protrahatur, partesque sibi coniunctas in affectionis consortium pertrahat, partemque magnam, ex toto, vita, sensu, motuque priuet, in*

Spha-

Sphacelum, hoc est perfectam necrosim degenerat. Sic nimirùm partes carnosæ magna inflammatione tentatæ in necrosin incidunt, si huiusmodi inflammatio nec digeri, neque in pus mutari propter suam magnitudinem, calorisque natiui infirmitatem possit (ait *Liebautius*)

§. 3.

PORrò hucúsque dicta Diagnoseos loco esse possent Bubonis *Venerei* ab alio nō ipso. Sed permittamus nihilominùs adhúc aliquid Rudioribus. Ergò Intertrigo, qui Tumor consimilis est Buboni, quæque ab exercitio aliquo violento, deambulatione præsertim in aprico facta vtplurimúm procedit, ijs nunquàm stipatur accidentibus, quę suprà numerauimus: tantùm molestè vrget, hincque paucorum dierum interuallo desinit congruâ refrigeratione; Victu nimirùm *humido*, *Resoluente* aliquo Topico, vt Vrinâ, & Corporis tandém, Animique tranquillitate. Pani verò in *Inguinibus* Mulierum plerùmque à suppressis menstruis aut ex Abortu (quales tamen Ego noui nunquàm, neque adeó fieri posse censeo, non obstante, *Hippocrat.* decreto, aliorumque prisci ęui Med. Antistitum, de quo suo loco) ex suis-met causis [si tamèn veré tales sint) elucescunt; ac po-

I. Signa Diagnost.

 stre-

ſtremó Bubones peſtilentes nil commune habent cũ *Venereis*, vti ex Antecedentibus ſymptomatibus atque ex Cõuinctis rimari facilè quiuis poteſt. Superſunt ergo Gallici, quorum promiſcua ſigna eſſe poſſunt ſiuè á Lue dependeãt, ſiuè à coitu cũ muliere immundâ. Nihilominùs tamen niſi alia adſint, quæ eiuſdem Luis præſentiam denotent, obvium eſt cuilibet de iſtius exortu deliberare. Quippè ijs abſentibus etiamſi durus, etiamſi contumax, parvus, pallidus, rebellis ſit Tumor, comprehendet nihiloſeciùs quilibet ipſum à viru fœmineo originem traxiſſe, prognoſi intereà in aliud tempus delatâ. Generalitér autèm Ægri confeſſio de Bubonis ſpecie decidet; quæ propterea ni ſpontanea ſit, omni arte extorqueri debet; arte, inquam, prudentiæ. Quandoquidèm, [redeunt hic mihi in memoriam verba *D. Bartholomæi Torini* quondam Archiatri Pedemontani celeberrimi] *Medicina vel Prudentia eſt, vel quid affine Prudentiæ:* et ne id tibi contingat, quod ignaris Barbitonſoribus; qui dúm Infirmis facilè aures prœbent, horumquæ mendacijs occipiuntur, Bubones porró Phlegmonum aut Furunculorum in morem pertractant, ſicque eoſdem Ægros tandèm in diſcrimen adducunt, à quo recedere aliquandò

dò non datur.

Prognostica facturus obserua suppurantem: videas, an hæc mutatio citó, plenè, rubicundè, viuidè fiat! et dic porró, huiusmodi Tumorem omnis propemodúm periculi esse, expertem adeò nimirùm, vt intèr *Venerea* pro inculpatissimo reputetur Bubo, modò circunstantijs nupèr allegatis concomitetur: nec abest ratio. Ettenim virulenta salia sicubi fermentent, vbi ad *Inguina* desciuerunt; mutata protinùs figurâ nullam organicis, fluidisue partibus labem imprimere apta sunt: non sic tamen, postquàm alibi, in corpore, latibula quæsierint. Postulabis idcircó cúr alij serotini, alij ad maturationem præcoces Bubones habeantur? Resp. quià (missâ Corporum constitutione, alijsque impedimentis, de quibus fusiús in Therapeuticis) consueuere interdùm venenosi echini paruo examine conuenire in dictis glandulis; ac propterea, cùm ægrè ibidèm tumultus sint concitaturi, maturationẽ profectò pigrè sollicitare: non sic verò vbi farto quasi exercitu concurrerint. Verùm enim verò licèt rarum sit, quod agmen eò confluxerit, raritas tamen illa lympham ibidèm inquinare capax est, ac pedetentim protinùs in venas repere: è contrà illud, quod nem-

IJ. Prgnostica Buboais non aperti.

pè fuerit benè condensatum. Tametsi quidèm maius lymphæ inquinamentum [Luem scilicèt *Veneream*] ocyùs portendit Bubo retrocedens, idque siuè è lymphę fermentatione nimiâ, siué ex aliâ qualibet causâ contingat. Relapsum ettenim in venas virus quid, nisi sãguineam diathesin, subuertat? Obseruaui ego plurimos eiusmodi Tumorum, ex quo euanuerant, Luem illam statim auocasse: effugisse autem plerùmque ferè cúm essent abscessuri. Quapropter in quibusdam procrastinata forte illorum incisione, alterâ die *Bubonẽ* in Erysipella conuersum vidi, quo Abdomen confestim circa *Inguen* inflammabatur, & rubor viuidissimus apparebat cum tumore nullo, febre interim validè excandescente, ac Letho demùm consequente. Porrò huiusce Erisypellatis si rationem exposcas, tene, quemadmodùm intér maturescendum consertà fortè sanguinem intèr & virus feruidissimâ aliquâ luctâ indé resultans ichor eatenùs attenuari debuit, vt venas inire potuerit, vaporisque in morem superaxtantem cutem imbibere. Quocircá extenuato Bubone miliares glandulæ obstruendæ fuerunt, abscissisque vasculis circùm repentibus ità inflammandę, vt hypogastricæ regionis superficiem lamben-

Obseruat.

bente flammâ, vnâque inflatâ glandulâ aliam coarctante, & sic deinceps, ignis ille inualuerit, totam Abdominis inferiorem partem occupauerit &c. His non obstantibus, si, priusquàm percrebuerit, elabatur, ac tùm quidèm mollis, albus, indolens fuerit Bubo, minimé metuendus. Indicat námque se à viru admodũ volatile pependisse: quamobrèm etsi lymphę se se immiscuerit, idemque repserit in venas, illic nihilominùs nullam coagulationem in hoc nullam malignam diathesin inducturum. Jam verò *Bubones molles boni, crudi verò mali*; quem *Hippocratis* locum sic commentatur *Hollerius*: *Per molles Tumores intelligit eos, qui vergunt ad suppurationem, si verò duri sunt, indicant cruditatem materiæ, & contumaciam*, de qua *Poœta*.

——*Latet anguis in herba*.

Quamobrèm boni etiàm sunt, qui aspectu sunt sanguinolenti: è contrà verò liuidi, pallidi, aridi, parui; vt qui sanguinem denotant iàm esse contaminatum; vel, quòd lymphæ tenuiori parte reasumpta, sèu venis confusa, aut aliò sufflaminatâ virus ibidèm quasi viscatum exerere se se ampliùs nequeat, ac fermentare; id, quod in Febribus, in Sudationibus, inque alijs huiusmodi euacuationibus ac- *Obseruas.*

cidiſse non ſemel comperi. Rurſùs, ex eodem *Hippocrate*, Suppuratio, quæ foras vertitur optima eſt ſi parua, maximèque egreditur,& in ſublime reſsurgit ſi verò magna eſt & lata, minimèque in mucronem ſubducitur, peſſima. Et *Galenus* in Commentario ait: *Conſtat vt in Suppurationibus indulgentior habeatur, quę foras, non intró tendit, atque ex his ipſis, quæ non ampliorem prehendit ſedem in latitudinem extenta; ſi veró in ſublime feratur Coni formulam reddens, foras expellentis robur indicat facultatis, & iâm non magnam erumpit ſedem corporis, quod erodit. Quæcumque veró retrocedit* (ſequor hic ego *Hippocratis* textum, vtpotè cùm meâ, tùm aliorum quorumcunque Medicorum experientia ſacrum) *optima eſt, ſi cum exteriori ſede nihil communicat; ſed adducta eſt, nec dolet & omnis exterior locus vnicolor apparet.* Miror, cur non dixerit etiàm *mollem*; cùm Ego retrocedentem huiuſmodi Bubonem obſeruauerim nullius malitiæ fuiſſe, ob virus nimirùm in fluxili humiditate veluti ſuffocatum; et quod propterea ſuprà adnotare non deſij. *Verù* [ſubdit *Hippocrates*) *ſi abſceſſus deletus fuerit nequaquam ſecreta ſanie, difficilis morbus eſt. periculum enim delirij mortiſque imminet:* prout nempe in inflammationibus Eriſypellatoſis

háud

haud ità dudùm à nobis animaduersum est. Denique, *dum pus conficitur dolores & febres accidunt*: et hęc nisi contingāt, Bubo nunquàm suppurabit, siuè maturus erit; prout quisuis etiàm triseclis Chirurgus nouit.

III. Vlcerati,

Abscessu facto spes erit multa (inquit *Hollerij* Scoliastes) *si pus quod erumpit purum sit, videlicet vnius formæ, non ex diuersis naturis commixtum: album, ab ea albedine, quam fibrarum membranarum & corporum spermaticorum integritas* (dixissem potiùs exquisitam salium iàm fermentatorum præcipitationem) *inducit, ęquale, ea ęqualitate materiæ, quæ est vniusmodi in crassitie, tenuitate, colore, coctione: lęue, eo læuore quem vis caloris natiui* [hoc est, sanguinis ritè fermentantis) *se se in omnem partem insinuantis profert; denique minimè fœtidum, idest ingrati quodamodò odoris, qui è conditione materiæ puris optimi pendet* (veriùs à salinis particulis ritè subactis]. Quod autèm huic contrarium est [rescribit Diuinus *Senex*) pessimum censeri debet; & si prætereà liuidum, *cœnosum, fæculentum fluat, aut qualis amurca*. Quandoquidém talis riuus fontis inquinamenta testatur. Et alibi; *Vlcera*, inquit, *si repurgantur pure albo, celerem curationem indicant: si verò in saniosos humo-*

res

mores transſmutentur, *maligna fiunt*. Priſci nàmque ità *Pus*, *Saniem*, *Ichorem* diſtinguebant, vt *Pus ex ſanguine ſolo ſuppurato* (quemadmodùm apud *Celſum* legitur) aut *carne contuſa fiat*: *Sanies* excrementum tenue & aquoſum extrà corpus, quod emanat ex vlcere malo, maximè, vbi neruo læſo inflammatio ſequitur; *Ichor* aquoſa, vel feroſa humiditas intrà corpus ſiuè ſanguinis, ſiuè alterius humoris. Quæ tria tamen poſt decretam ſanguinis circulationem non amplius locum habent: cùm á ſanguine ipſo vnicè deriuentur, & reapſe vnum ſint pro diuerſa eiuſdem conſtitutione duntaxàt diſtinctum. Quocirca indiſcriminatim dicere ſolemus *Pus tenue aquoſum*, *ſeroſum*, *humidum* &c. Et aquoſum quidèm pus, ſanieſue, aut ichor fit, quotieſcũque ab acido fixatum fuerit, U.caus. quandò uenenum gallicum conſtrictis ſulphureis illius filamentis ſeroſas intermixtas partes exprimit; aut, quandò ſanguinea in vaſis condenſatâ lymphâ nonniſi ſerum labitur ad vlcus: in quibus propterea caſubus hoc ipſum vlcus prætumidam oram gerit, ſiuè calloſam, liuidam. Quicquid ex alia parte talia euadere etiàm poſſunt labia vlceris, quæ albam vtcunque ſaniem expuunt

unt, ſi modó hæc paulo ſpiſſior & iuſto viſcidior ſit, & in pauca demúm quantitate. Quattenùs ex hac, ſiccesſcere debent dicta Labia;ex illo, deciſarum fibrarum capitibus veluti conglutinatis, dureſcere ac tumere.

Porrò callus huiuſcemodi in Bubonibus infauſtus ſempèr eſt. Gangrænam quippè, impeditâ partium nutritione, ſempér manuducit, vt & vlceris grandeſcentiam, ſanie coercita. Mitto Luem *Veneream*, vt quę ſubintelligi ex poſteriore cauſâ poteſt. Cœterũ periculoſa eſt illa, ſcilicèt Gangræna, ſi adijciatur vel febris aliqua periodica, vel Diarrhœa, vel denique Hęmorragia, vt ſepenũero abs me animaduerſũ fuiſſe ſupra retuli. Et quod hęmoragiã: hęc proficua & ſalutaris pluriés ſpectata eſt, ante videlicét ſanguinis infectionem: non ſic, vlcere iàm inueterato. Quippè illo tẽpore humoris afluxum puris, acrimoniam, fibrarum rigiditatem compeſcebat; aliàs verò exanthlatis volatiliorum ac maximè balſamicorum ſalium reliquijs non niſi vires deijciebat, Gangrænam ac partium mortificationem augebat, vt eſt manifeſtũ. *Denique* (concludit *Hippocrates*) *vlcus ante mortem, ſi periturus eſt homo, liuidum ac ſiccum erit.* Vidi ego prætereà, in quibus etiàm pallidum: & profectó, *Pallida mors*.

IV. Gangręnoſi.

Obſeruat.

§ 4.

J. Cura Bubonis *Venerei* benigi;

EX his collige, Bubonis Suppurationem omni studio promouendam, & ni sponte contingat, Arte extorquendam esse. Sponte autèm occurret, vt Febris quædam laxatoria, dolor bullicans, saturus rubor: figura itèm idonea, mollities ac magnitudo iuxtà conuenient. In quo casu nullâ interpositâ morâ ferrum adhibebitur, sectio instituetur obliquè, siuè deorsùm ad *Inguinis* commissuram, vt videlicèt pus commodè exanthletur, vtque iterúm sic dissectæ fibræ minùs renuant consolidationem. Hoc facto euacuandus, mòxque abstergendus, mundificandus, ac demùm cicatrizandus est Bubo ijs penè remediis, quę in Phlegmonibus alijs benignis vel ipsi Tonsores vsurpare sciunt.

IJ. Maligni, siuè non suppurantis

Sed, si Arte opus, cura, simulac Tumor vrgere incipit, obducas ipsum pulte lacteâ, seù Emplastro de mica panis, Vnguento de muccillaginibus, aut alio quolibet *suppuratorio* hisce genuino prorsùs, quià liquidæ eiusmodi Topicorum partes fixa Veneni salia diluere, in fermentationem agere aptæ sunt. Interim quiuis excessus [prætèr quàm in *Venereis*] homini permittendus: Chorææ insuper,

pér, Tangomenæ, Ludicra, Exercitationes omnes [modò Sudorem tamen non cieant] imò aliquatenùs quòque Crapulæ & compotationes cum vinò imprimis meraciori, cum Aqua Vitæ, Rore Solis &c. ad luctam nimirúm humorum in glandulis *Inguinalibus* incendendam. Præſcribantur ad hoc prætereà Theriacalia, Iuniperina, Gaiacina & ſimilia plura, donec tandèm euincatur intentum. Ex aduersó euacuationes inſolitæ, quoàd fieri poterit, ſiſtantur, tùm naturales, vt Hęmorroides, tùm Artificiales, vt Phlebotomię, Purgationes &c. Fugiantur vlteriùs Topica *Repercuſſiua* appellata, vt quæ virus fixando ipſum minús habile reddunt ad fermentandum: necnon demùm *Reſoluentia*. Quandoquidèm inconceptibile eſt, quomodò hęc idem virus ex talibus glandulis excuſſura ſint foràſque penitùs eliminatura. quodſi nihilominús *Suppurantia* præfata, & prætereà alia, vt Althæa, Parietaria, Oleum lumbricorum & huiuſmodi alia parùm profecerint, non inutile erit applicare ſequens *Reſolutivum*.

℞. *ſal. armoniac.* ʒ. ij. *Galban.* ℥. ß. ; *diſſolu. in ſ. q. vini generos. & euapor. ad Cerati conſiſtent.*

Malè tamen ipſum *Reſolutivum* nuncupaui,

cúm potiùs vocandum fuiſſet *Inciſivum*, vt ex analyſi remediorum in id Ingredientium ſatis conſtare poteſt. *Inciſivum* paritèr dici meretur Emplaſtrum *Vigonis* de ranis præſertim quadruplicato *mercurio* cuius in hoc caſu virtutem nemo ſatis commendare nouit. Caue tamen intèr adhibendum hæc *incidentia* linquas *Euacuantia*, quæ imprimis fuerint *Antiuenerea*: ſecús reſoluto Bubone virus in ſanguinem refunderetur: ac propterea, ni caſus ferat, atque eiuſdem Bubonis mollities id fortaſſe moneat, abſtinendum ab eiuſmodi Praxi, & ſi demùm Medicus ſolers non fuerit ac ſagaci ingenio præditus. Iterùm itàque ad *Suppurantia* recurrendo, ſi ſuprà indicata pharmaca abſque compendio impenſa fuerint, applicabitur quotidiè eidem tumori magna aliqua vitrea cucurbitula, quæ inibi ſpatio adminimum quadrantis horæ relinquetur: ac remotâ ipsâ, imponetur ſtatim magis acuminatæ parti plummacceolus parvus, magnitudine nummum aureum exæquans, Baſilicone obductus, cui anatina pars fermenti triticei cum ſpiritu Vitrioli parati adiuncta fuerit: Vel inungetur eadem ſtuppa Emplaſtro *Paracelſi*, Diaculon. magn. cum Gumm., aut huiuſmodi alio. Mitto Cataplaſmata Tumores

hoſce

hoſce rumpere apta, de quibus conſulendus præcipuè *De Blegny*; itèm alia *Reſoluentia*, imprimis verò folia Aloëtica ſub cineribus cocta, quorũ, admirandam vim prædicat *Monconys*. Dùm nihilominùs hæ machinæ extrinſecùs admouentur, applicandæ aliꝫ intrinſecùs, quæ ſopitos excitent humores: adminiſtranda, inquam, *Mercurialia*, & primùm ſub hac formulâ.

℞. *ſen. mund.* ℥. *ij.*; *inf. in ſ. q. aq. font. In colat.* ℥. *vi. diſſol. caſſ. recent. extrac.* ℥ *j. ialap. pulu. gra. viij.*; *m. C. deglutit. priùs bol. ex mercur. dulc.* ℈. ß. *conſeru. roſ. inducto* (vt ne is in potione exhibitus dentibus hœreat : ex quo non pauca ſequerentur inconuenientia] *Cap. m.*

Deindè alia porrigenda, quæ ſvus cuique mos, aut prudentia dictabit. Neque enim hic proceſſus varios in his caſubus deſcribere licet. Iis vſurpatis conſueuit Bubo ſatis de contumacia ſua remiſiſſe, vt aperiri demúm aliquandó poſſit. et ſi res ità ſe habeat, hoc eſt mollificatus ſit Tumor; quicquid aliundè minimè rubeſcat, lanceola feriendus. Scindatur ergò ad eum modum, quem ſuprà oſtendimus in Tumore benigno hâc tamen præmiſsâ differentia, quòd benignus vtcùnque Bu-

bo

bo quamuis ſvâpte ſponte, citò & alacritèr ad abſceſſum properauerit, ni tamen benè maturuerit ſecundùm omnia ſuppurationis ſigna, nunquàm incidi debet: econtrà rebellis, ſeù malignus. Præſtat quippè in hoc virus educere, quàm vlteriorem labem exſpectare: in illo, ne crudum nimis, ideſt fixum extrahatur, ſatius eſt manum continere. Siuè tamen hunc, ſiuè alterum præcidas, caue lanceolam profundè vrgeas in glandulas. Siquidèm diffiſſę iſtæ non parum negocij offerrent curaturo. Meliùs itàque res agetur, ſi inſtrumento vtaris adunco, ſiuè cultello, quem Galli *Biſtory* vocant. Poſtulabis quid facto opus, quùm Bubo nullâ induſtria emolliri poterit? Reſp. confugiendum eſſe ad *Cauſtica*, imprimis verò ad Stygium lapidem, vtpotè qui minimè acidus ſic, vt cœtera, eſcharæ ambitum exacerbare, aut figere non ſolet. Quo igitùr is magis dolori parcat, in pollinem tenuiſſimum redactus *Digerenti* alicui Cerato, V. g. Diaculoni inſpergetur, latoque ordine extendetur ſuprá Tumorem. Vndè fiet, vt amplitér aduſto iſtius culmine, ablatâque eſcharâ ope alìus *Digeſtiui*, Abſceſſus poſteà pateat, adhúc magis, ſi res tulerit, dilatandus.

Obſeruat.

IIJ. Aperti.

Jám verò implebitur ſubindé hic abſceſſus, ſiuè

siuè vlcus Butyro, vel Basilicone, quo mediante in longum tempus expurgari sinetur. Ac macie porrò sufficientèr exhaustâ locum habere poterunt 1. quæcunque Labiorum vlceris inflammationem, duritiem, liuoremque, si fortè acciderint, expiare valent, puta *Mercurialia* internè: externè verò cùm alia suprà, *Artic.* 1., proposita, tum imprimis fomentum pro Gangræna. Deindè ad Vlceris mundificationem facient Vnguenta Apostolorum, de Apio, & similia: ad Cicatrizationem autèm imprimis mel rosatū hordeaceæ infusum, tùm absynthiaca, atque in fine calcaria aqua, prout nimirùm in alijs vlceribus fieri consueuit. De quo videantur Practici.

Quodsi tandèm Gangræna oborta fuerit, remedia quælibet externa parùm proficient. interna potiùs & quæ Luem ipsam *Veneream* profligare solent, erunt inuocanda. Nèc tàm in Gangrænâ, quàm in alijs Bubonum constitutionibus *Antiuenerea* congrvūt. Siuè nàmque perdifficilem eorundem suppurationem consideres; siuè Herpetibus, Inflammationibus, lethalibusque plagis metuendam retrocessionem: siuè demùm, quæ horrendissima sunt, Sphacelum, & vel à ritè pertractato

IIJ. Sphacelati.

vlce-

vlcere se se in corpus insinuantem Luem, satius existimabis Ægros aduersús tot mala præmunire, quàm ab ijs præuentus de ipsorum posteá salute certare. Sed sciscitaberis, ex quo háud valdè perperàm curatus Bubo, nihilominús malitiæ suspectus esse debeat? Resp. quià difficile est, quin virulenta aliqua particula in venas cum tempore gliscat, & quæ post per idem vlcus non poterit euacuari. Aliàs autèm prauæ eiusmodi curationis causa vnica, post Patientem, esse consueuit Medentis inscitia: ille, inquam, si cachecticus sit, si Bubonem seriús ostendat; hic, si missis debitis animaduersionibus, temerè, nulloque iudicio rem insectetur. Liquet hoc satis hincè præposteré Verecundorum quotidiano errore, qui videlicèt, dùm clàm sibi consulere satagunt, apertè sunt improuidi: indè veró ex inauspicatissimis illis Barbitonsorum medicationibus tot monstrorum matribus, quot olim ne Lerna quidém. Vapulet nihilominùs sub quem quisquis maluerit Carnifice. Medico certè nil plùs displicet, quàm quòd passim tales spectare debet lanienas, & qvùm præsertim sunt irreparabiles, vt Enteroceles pro Bubonibus habitę & excisę, Abscessus malé detersi, Vlcera disepulotica facta &c.. Dices denique, accid-

accidisse interdùm, vt cõsulto licèt Medico diutinus puris effluxus supprimi non potuerit: Resp. non illũ fuisse Medicum: secùs phlebotomijs atque iteratis Purgationibus, talem turgescentiam castrare calluisse.

ARTICVLVS IJ.

Subsidiarius

De Morbis Femorum.

OBlitus fueram *Super. Cap.* loqui de Verrucis alijsque morbis, qui *Femoribus* contingũt cùm Mulierum, tùm Virorum. Núnc igitùr postquàm occasio redijt Infirmitates vtrique Sexui communes enarrandi, non intempestivum, fuerit quantum de ijs superest depromamus. *Femora* ex Bubone *Inguinis* turgescere ac inflammari non ità pridèm dictum est; excoriari verò eadem, ac diuersimodé lacessiri debere ex incursione sordidi liquaminis obuiam habebit quiuis aduerterit veluti Receptacula esse illa eiusdem colliquamenti tàm ex *Inguine*, quàm ex *Pudendo* defluentis, aut transudantis. Ob quam causam inuestigandũ duntaxàt, quomodò virulenta salia ad prædi-

J. Rhagades & Verrucæ;

 cta-

ctarum partium superficiem deuoluta, aut affricta, excoriationes illas aliosque morbos gignere apta sint. Quod vt elucescat, non pigebit aduertere, vti putres illæ moleculæ eo loci progressæ frigidæ, tepidæ: hoc est fixæ ac parùm actiuę esse debent. Hoc posito, nonnè liquet ipsarum actionem vltrà Muccosum corpus extendi non posse? Muccosum autém corpus [quoniàm scilicèt de hoc nullam apùd Authores Anatomicos, exceptis *Monspelliensibus*, mentionem factam fuisse inuenio] voco Ego quandam glaredinis speciem mediè intér Cuticulam & Cutim existentem, vt papillas nerueas Tactûs sensationi dicatas in mollitie debitâ contineat, ab aereo nitro defendat &c. cuique porrò Cutis colores, imprimis veró nigredinem Æthiopum primus tribuit *Polsenus*. Illapsa ergò in hunc Muccum venenosa salia constat vel istius flocos constrictura, vel cum exhalante ibidèm è miliaribus glandulis transpirationis materiâ bellum initura esse. Si primum; planum est serosas particulas intèr binos quoslibet eiusdem mucci flocos existentes exprimendas esse. Quamobrèm irrigatâ Cute nonnè huius fibræ ità producentur, vt posteà se insimúl contorquendo in Verrucas tandèm facessant? Si alterum: certè, vti ex

fer-

fermentatione dirimentur Willi Cutem Epidermidi colligantes, ità disruptis vasculorum extremis capillaribus Rhagades patrabuntur, siuè Excoriationes.

Ex his igitúr deprehendet quilibet, qualis sit *Venerei* miasmatis actio in *Coxis*. Sed obseruo tales porrigines ac cæsuras nonnisi fœminis accidisse, Maribus vtut Gonorrhœa plorantibus, aut alio quouis *Pudendi* morbo affectis sempèr exclusis [fortè hoc indè esse poterat, quód in illis virus *hàc atque illàc perfluit*, vt Lemmate utar *Rollenhagij*, quod post exponit hoc carmine.

II. Mulieribus familiares

(omni
Pertusum Meretrix vas est, quod perfluit
Parte, nec arcanum, nec Venerem retinet]

Eâ de causâ paritèr euenisse arbitror, cúr mulieres inspexerim Verrucis ad *Interfœmineum* frequentiùs stipatas, quàm Viros; etsi é contrá hi Fistulis in ipsâ-met parte crebriùs donabantur, vt nouimus. Nec memini profectò Fœminam vidisse vnquám cauernosis huiusmodi ulceribus sordescentem; quod me impulit, vt crediderim aliquandó, mulieres á Gonorrhœâ porris in *Perinæo* continuò scatere, raró Fistulis: mares ex aduerso his quidèm crebrò, raró Uerrucis. Quotiès autèm

III. vt & aliæ ad *Interfœmineum*:

vſuuenit has ibidèm contigiſse, obſeruaui, non alitèr, quàm vt prefatæ Fiſtulę, germinaſſe ex ſudamine *Proſtatarum*, aut *Veſſicularum ſeminalium*, & cum hâc ſolâ differentiâ, quòd fixa fortè fuerint, quæ efflvuia Fiſtulas ſuffodiebant: volatilia, quæ Porros; et quæ nihilominùs cúm iám valdè tepuiſsent vt in adipoſam *Perinæi* membranam conuolarunt, molem iccircò adepta pinguedinis filamenta conſtrinxerint, ſerum expreſſerint, quo cutaneis fibris emollitis Verrucæ denique concinnabantur.

IV. Earum Cura.

Sed quicquid de his ſit; vbicunque, & quandocunque ſuccreſcat progenies hęc, ſempèr tamen veluti veſtigia ſunt Luis purulentæ, genimina itidèm, & quandòque ſemen. Quarè vt deleatur, prędtat illam è medio tollere Nàm quod Topica; blandimenta ſunt hæc, & compendia Tonſorum: ſi verò *Antiuenerea* ritè adhibueris, noſces externis medicaminibus haùd opus eſſe, remque te perfectè abſoluturum ſolis Unguentis vel de Lithargyro, vel de Tuthia, vel adſummum denique Præcipitato *Mercuriali*.

AR-

ARTICVLVS IIJ.
De Ani Condylomatis.

§ I

MAriſcas *Peringi*, ſequuntur aliæ *Podicis*: quarum diſpares licèt cauſę ſint, de ijs tamen hìc agendum duximus, quæ præpoſteram *Venerem* (heù Propudia! Stomachatur enim ad tám fœdam recordationem Animus) inuolvunt; vt, ſi violenta duntaxàt ſit, vel etiàm polluta: quod tamen ante quàm explicem, euomenda hic mea eſt nauſa in Pædicones iſtos ac parúm, viros. Deus bone! adeò ne perpetvum erit illud: Nullum ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra, nulla via, quã non corrumpamus? Annè ſatis proſtare palam, vbique & diù Seruitia inſida, Scorta petulca, vltrò obuia, poſtulantia, abſquequòd *Venus* in ipſâ etiàm *non Venere* quęratur? Amentiam, ſi alibi, in hoc certé meritó Priſci *Venerea* appellitarunt. *Nam quotuſquiſque* (inclamat *Scaliger*) *non abijceret potiùs viuendi animum, quàm vt ſeſe indueret in illos receſſus cloacarum, niſi falſæ forteſque ſpecies mentem ipſam obruerent*? Ità nihilominùs comparatum eſt in natura Rationalium, vt (quod in Beluis nuſquàm videas) Sedes ipſa ſterco-

J. Inuecti-in Pædicones

ris, inuerecundiæ, abominationis omnis, nedùm oculos, quos auertere deberet, alliciat; ſed præterea ipſam præcipuam Jntellectus humani partem, Uoluntatem; vtque in Deam ferè ſeſe ſtatuat, in Supplicationum aram, in gaudium & delicias perditorum. Vah ſcelus! vah amentia! Sed.

Vale nefandum Idolum Belzebub,
Tibi hęc parantur, vt tvum terque quaterq;
Vrat incenſus torris putidum crinem.

(vt nempè Uerſus imiter *Virgilianos*)

II. Condylomatum generatio ſimplex

Quod igitùr cauſas; notum eſt *Anum* finem eſſe Recti Jnteſtini tribus Muſculis inſtructũ, qui ipſum claudunt (ne contenta Nobis inuitis excernantur; vndê & eiuſdem Sphincter nominatur] Superiús craſſus multùmque carnoſus; tenuior inferiùs & cuti firmitèr connexus ſpectatur: quâ parte iccircò fibræ etiàm magis conſtringuntur. Proptèr quod, cùm ibidèm minùs extendi ſoleant eæ fibræ, cúmque introducto craſſiori aliquo corpore præter naturam elongari, ſeú violentiam pati debeant, ſequitur, vt ceſſante poſteà iſtâ Elaſticitatem, ſiuè Tonum ſvum priſtinum recuperare ampliùs nequeant; ver m angulos magis acutos, quàm, anteà deſcribant, ſiué in plicas duplicentur longiores. Nec ſatis. Quippé

pè ſucco præſertim nutritio illùc proptèr ipſ-
am eãdem ſolito vehementiorem extẽſionem
liberaliùs accito, ſiquidèm hic præfatos angu-
los difficillimè ſuperabit, ad ipſorum cuſpi-
des propterea remoratus, arcuatas illas fibras
poſteà irrigabit, producet, aleſcet ſic, vt hæ
in papillas denique creſcant Criſtarum no-
mine; quicquid reuerà Mariſcæ ſint è genere
Verrucarum.

Sed ſi aliud adiũgatur, quod infami plaudat Hymenæo, Gonorrhœa nempè, aut fax alia quælibet *Venerea*, condenſato protinùs à ponticis particulis in hęmorrhoidalibus vaſis ſanguine vti nutritius ſuccus hinc ſeroſus poſteà euadet, ità magis emollitis, nutritiſque illis, ideſt Orbicularibus (& quæ anteà fuerant criſpatæ) *Ani* fibris, dictæ Criſtæ intantùm allongabuntur, vt fimbrias, ſeù longitudinallium fibrarum Appendices veluti ſimulent.

IIJ. Complicata

Jnterrogarunt aliquando Me Viri Curioſi ecquid mihi videretur, accepiſſe ſe ab alijs, vti fœminæ quamuis præpoſterè ſtupratę, ſtigmatibus tamen eiuſmodi non eſſent obnoxię? Reſpondi nouiſſe me aliquot puellas talem *Venerem* paſſas, & quæ tamen nonniſi Sedis inflammatione tenebantur [quemadmodum etiám inflammatam videram *vuluam* infan-

IV. Viri præ Fœminis ſunt huic morbo ſubiecti.

Obſeruat.

tis

tis sexennis ab impijssimo viro compressæ] adspexisse itèm me, quibus aliquę Cristæ superuenerant, sed duæ tantùm aut tres numero, atque itá contractę, vt nonnisi exquisito tactu internosci possent. Rationem deindè addidi; pellem nimirùm fœminæ mollem esse, doüillette [vt verbis vtar *D. De la Chambre*] & deliè, adeòque aptam cedere, neque itá recusare extendi, ac pellem Viri, præsertim in *Pudendis* partibus, vbi pinguedo est maxima circà *Vuluam Ano* proximam, & quæ ideó rebus in hunc impetum facientibus locum illicò præstat: quæ causa est proindé, vt fibræ *Ani* à Pędérestiâ illâ parúm violentiæ perferant, svumque iccircò Tonum continuò conseruent corpori vtpotè cuilibet introducibili accommodabiles. &c.

§. 2.

II. Condylomatum numerus mollities & rigiditas.

Coeterò complures eædemque indefinitæ sunt illæ productiones, iuxtà numerum videlicèt plicarum, seù angulorum, quos *Ani* fibræ compingunt; quæque adeò, vt increuerunt, tàm confertæ apparent, vt Cristas iàm indicatas mentiantur. Quoàd verò adhúc pusillæ sunt, molles itidèm persentiuntur. Etenim nutritius succus, vtut ęgré, influit tamen

men, atque etiamnùm penetrat ad lacessitarum fibrarum extremitates : non sic, si iàm plurimùm adoleuerint. Obstabit quippè insupèr ipsius cursui circumfusus æther, & qui adeò siccato istarum fastigio rigidas reddet, quæ mariscæ indè resultabunt.

IJ. Pruritus,

Nescio hic ego tamén, qualis ille sit pruritus, qui Ficus huiusmodi comitatur. Uidi nàmque complures hoc morbo vexatos in libidinem sic exarsisse, vt hìc, atque illìc quærerent, à quibus incæstarentur. Et profectò, nisi id fortè accidat ex eo, quòd nutritius totiès memoratus succus ex acrimoniâ, quam ob moram in ijs Sedibus contraxerit, *Ani* fibras postmodùm vellicatum eat, adhùc ambigam vndè ille ardor oriri possit. Ast hìc prætèrproptèr causa patet, cùr huiusmodi Catamiti se prostituere gestiant. Quid veró arbitrabimur de ijs, qui absque dicto incitamento Amasios quærunt? Noui ego Villicum vt facie, sic vitio abominabilem, cùm diú vitam stupri patientiâ tolerasset, annos deindè senectutis ingressus [erat enim ferè sexagenarius) Procos

Obseruat.

ampliús non inueniret, construxisse sibi *Priapum* ligneum non mediocris cúm longitudinis tùm crassitiei: quocum consueuerat mediante scamno aliquo, aut lapide, suprà quem

tale instrumentum adaptabat, hymenæum ducere; donèc aliquandò adacto penitùs in *Podicem* tali pessario, cum ipsum indè educere non valeret, ad Archiospitale nostrum se transferre coactus est: vbi tentatâ inutilitèr extractione, adextremùm *D. Cechinus* forcipes excogitauit; quibus exempto ligno nigrâ sanie lurido ac fœtido Gangræna nihilominùs ità inualuit, vt intrá pauca Cinædus execrabilis supremum diem clauserit. Accesserat paritèr (quid enim vlteriora punitæ impudicitiæ exempla, dùm huic maledicimus, non afferamus?) eodem tempore atque ad idem Xenodochium alter Rusticus, sèd iuuenis atque habitosus, qui Grçcalem vitam agere solitus cúm aliquandó céu Lydus, vt aiunt, meridiaretur, introduxerat in annulum ferreum satis crassum suvm *Verethrum*: cùmque in ipsum, etiàm *Scrotum* vna, cum *Testibus* posteà induxisset, accidit, vt inflatis contrectatione partibus eas subindè reducere ampliùs nequiuerit. Quamobrèm priusquàm is annulus recidi potuerit Gangrenâ obortâ, miser ille fatis cedere debuit. Sed hæc pro datâ occasione, siuè, incidentèr, vt diximus.

Jnterim tales excrescentiæ, dùm vigent ac durescunt, citrà apices earundem retento sanguine

IIJ. Inflāma-

guine

guine & coaceruato, non tàm prolixiùs vrgeri debent, quàm aliquo etiàm demùm disrupto vasculo rubescere, tumescere, seú inflammari. Hinc igitúr, quoniàm subuersâ partium eundem cruorem componentium texturâ ętheris incursus impediatur, adeóque & fermentatio sequatur necessum est: propterea in pus conuerso sanguine idem ad extremùm sibi vias aperire, ideſt suppurare debet. Et en profectò Cristas illas anteà siccas, nùnc humentes, rubicundas, saniosas!

tio& exulceratio

Quid verò, si *Venerei* quidpiam adiunctum fuerit? Videbis mariscas illas breui marcescentes ruborem suum in liuorem conuertere, foetère, remedia respuere, verbo, in Gangrænam induci: Ægrum deindè anteá petulcum spectari tristi facie, pallidum, emaciatum, donèc postremò comparentibus alijs Luis *Venereę* signis, atque integrà Condylomatum mortificatione verificetur *Homericum* illud

IV. Mortificatio & Gangræna

Hos fatum & malefacta neci exitioque dederunt.

§. 3.

Controuersum nupér est ab aliquibus, puer, qui Ficubus eiusmodi tenebatur, è stupro ne ipsos, an aliundè sibi consciuisset; Ratio dubitandi erat, quód matre prognatus per-

Signa Diagnostica simplicium Mariscarum

hibebatur ſcortorum cicatrice ſtigmoſa. Quamobrèm ſuſpicari quiuis poterat, Infantem ſiuè ex Vtero, ſiuè contubernio, baſiationibus nempè, concubitu præſertim ſuprà lintea polluta &c. *Venerea* miaſmata exhauſiſſe ſic, vt quemadmodùm Lue Gallicâ infectis, ſic eidem hæc *Podicem* Criſtis diſtrinxiſſent. Ad hæc: deciſum à me fuit, Condylomata, de quibus contendebatur, ſi vlcerata fuiſsent, nonniſi *Priapum* habuiſse authorem: ſin ità, à Lue *Venerea* etiàm procedere potuiſse; et, ſi alia ſigna comitarentur, quæ mòx dicemus.

II. Ut & malignarum,

Nàm in Lue *Venerea* Condylomata illa parua ſunt & pauca: itèm pallida [cuiuſmodi nempè tùm Cutis vniuerſæ color eſt] nec mutantur, aut rigeſcunt &c; Ægèr tandèm puſtulis in facie, alopecia, alijſque affectionibus vexatur, quas afferemus *Artic. ſequent.* Si verò *Venerem* incubam non habuerint, creſcunt, ampliantur, inflammantur, vlcerantur, vt diximus; aſt Patiens nec de viuido cutis colore quidquam amittit, neque accidentibus à Syphillide prouenientibus deprehenditur, neque demùm vllo alio ſymptomate, prætèr febriculam, quæ vlcus ferè quodlibet ſequi ſolet. Denique dignoſcentur Condylomata à Poſtergatoribus inducta, qui *Mentula-*

gra

gra laborarint, si eadem liuescant, fœteant, sphacelentur, planè, vti retulimus ad calcem *Paragraphi Superioris*. Addam hìc igitùr tantúm, venisse mihi aliquandò in mèntem, vti *Podex* etiàm Virilis, quemadmodúm *Vulua* muliebris, ex affrictibus libidinosis *uenereum* focum accendere posset; sed dissuaserunt aliæ causæ à Nobis in *Theoreticis* allatæ, & quas porrò inuenire non est in *Podice* virili, vt consideranti patescit.

Hoc non obstante, Exolætorum, qui cristosi sunt, maiorem partem Lue *Venerea* affectam vidi; fortè quòd pluribus se prostituunt, intér quos aliquis sempèr est *Pudendag.* saucius maximè ijs in locis, vbi & virorum ergà pueros, & fœminarum ergà Viros impudens Amor æquè regnat: sin hoc, rursùs dicendum, ex Postergatione Luem illam procreari. Quod tamen ne credam moneor ex eo, quòd obseruaui alios itèm ficosos Adolescentes, sed multâ cum zelotypiâ custoditos, vtpoté á Proceribus in delicijs habitos, sicque vnicè adamatos Siphylide illa nunquàm laborasse. In reliquúm Mariscæ in his facilé curantur vulgaribus etiàm præsidijs, vti ostendetur, obsecuturæ.

III. Prognostica Priorum;

Non sic, quibus *Venus* à tergo est, videlicèt

IV. nec non Posteriorum.

Venereus fomes: atque hæ quidèm, ſi initio ob pudorem celentur (inquit *Muſitanus*) vt plerùmque fieri ſolet, *Multiplicatur Gallica meſſis, & niſi appropriatis aueruncentur remedijs in cancroſam migrant naturam*; Regerminant etiám quamuis conuenienti methodo curatæ; & (modó hæc methodus non ſit quæ Luem *Veneream* pesſundat] varias formas inducunt, Morarum, Thymorum, Ficuum, Verrucarum, quæ nunc exiles habent pedunculos, nunc latiſſimis potiuntur radicibus &c.

§ 4.

J. Cura ex ferro & igne

INſupér hoc quóque cum Porris commune habent *Ani* Condylomata, quòd deciſa creſcunt feraciora. Et ſanè ingenuè affirmare poſsum, quotquot mediante ferro curatos noueram, vidiſse expoſt, intrà pauca, Noſocomiũ repetijſse. Quæ autèm cura ex ferro? vinciebantur miſellis illis vnà manus pedeſque ità vt corpus in glomum veluti componeretur, exceptiſque mòx quâdam quaſi forcipe condylomatis tandiù premebantur hæc, quoàd extenta ſuprà illam maximè prominerent. Tùnc verò arrepto lato gladio prominentiæ eiuſmodi amputabantur iuxtà bina forcipis latera, quæ rotunda erant, atque ex altera

parte

parte funiculo simúl ligabantur: denique eiecto forcipe atque amputatione facta candens lamina primò applicabatur, tum glomus ferreus crassus pariter & ignitus, qui in *Podicem* vsque intrudebatur tanta immanitate, vt nemo Adstantium non horresceret, solo parem culpæ pænam inclamante Tortore; veluti iuxtà illud

Cæduntur tumidæ Medico ridente mariscæ;

atque vltimò *adstringentes* pulueres plagæ inspargebantur. Hanc profectò curam, *Lector*, Auernalem diceres, nec improbandam tamèn, si esset Eradicatiua; sed cùm ex eâ nihilominùs Cristę repullulare soleant, ad Cynosarchas hoc remedium;

Humaniùs igitùr agunt alij, quiuis vel Aquâ forti, vel Vnguento Ægyptiaco, vel Pręcipitato, Alumine, Sabinâ, Vitriolo, Viride Æris, *Mercurio* dulci similibusque pharmacis eiusmodi Excrescentias extirpare, siuè potiùs cicurare conantur. Præstat enim incrementa morbi saltem impedire, quam re infecta Ægrotos recisos, ambustos, semianimes linquere, & cum periculo grauiorum ærumnarum.

IJ. & cum Localibus

Nos ante inchoandum huiusmodi curationem sedulò inuestigamus an *Venerei* quidpiam lateat

IIJ. ad Christas simplices;

lateat in prædictis Moris; ſique de negatione certi euaſimus, Topica ſolũmodò conſulimus reſeruatis Internis vt *Purgatio*, *Venæ-ſec*. &c. quotiès aliqua alia indicatio efflagitabit, vt Febrilis habitudo &c. Topica autèm, ſiuè Localia illa eſſe poterunt huiuſmodi.

℞. aq. plantag. ℔ß. *mercur. præcipit.* ℈ iiij. *alumin.* ℈ß. *diſſolvantur inuicem, & cum penna huic liquori intincta tangantur.*

Hinc enim emarcitæ Criſtæ pedetentim decidunt; et ſic Verrucis alijs etiàm conferre creditur. Peculiariùs tamen ad illas.

℞. aq. calc. viuę, & miſceatur cum mercur. præcipit.

Hac aquâ fluida, vel linteaminibus huic aquæ intinctis ſolent eædem Criſtæ exſiccari & curari; et ſi apertæ ſint, armoniacalia maximè conferunt, ſiuè ſpirituoſa ea ſint; ſiuè ſalino-fixa, vt patet.

IV. et Virulentas.

Verùm adiuncto virulento miaſmate ſuperflua cenſenda quæcunque Topica: *Mercurialia* intrinſecùs, & quæcunque Luem *Veneream* diſſipare valent, palmam præſeferunt. Tu itàque in hoc caſu ad eadem confugito, ſecùs inanem operam inſumpturus.

AR-

ARTICVLVS IV.

De Lue Venerea

§. 1.

I. Causa Morbi remota.

ARgutè profectò, ac more suo lepidè *Aristophanes*:

Tamen postquàm & vinum dignum putabas
Bibere, compotandum est tibi & fæcem:

videlicét, quandoquidèm palato Vestro [improbæ *Veneris* Cultores nequissimi!] arriserunt Excoriationes, Tumores, Inflãmationes, Abscessus, Ulcera diuersi generis, Porri, Mariscæ, ac similia pocula hucusque indicata [videtur quippè hic mihi rem aliquo, tanquàm Epilogo, inchoari debere) quandoquidèm, inquam, hinc Fæminæ *Pube, Clytoride, Labijs, Alis, Lacunis*, totâque *Vaginæ* substantiâ; indè autèm Viri *Præputio, Glande, Prostatis*, verbo vniuerso *Pene*, atquè insupèr *Vessiculis seminalibus, Testibus* & *Scroto*: demùm vtrique *Inguinibus, Interfœmineis, Coxis, Ano* &c. eadem pleno velut ore haurire voluistis; quidni sorbeatis paritèr [prout in adagijs est) improbitatis fœcem? *Sed* (respondetis cum Iuuene eiusdem *Aristophanis*) *est valdè fex antiqua & marcida*

Igitùr [concludam cum *Chremylo*] *Trygæpus hęc omnia medebitur*. Sed medicaturus Asclepius nouerit imprimis talem fecem esse *Complexum plurium morborum ex actione virus* Venerei *in Corpus introducti resultantium*:et qui adeó, *Lues*, à grassatione vocatur; introduci deindè idem virus in corpus triplici modo: *primó* per vsum *Veneris* ordinariũ, et siué Excoriationes, Tumores, Vlcera &c. *Pudendis* impresserit, siuè non [quandò nempè clàm, veluti per insidias, sanguinis tyrannide potitur) *Secundó* ex contactu; quùm ab alijs membris non *Genitalibus* eidem sanguini participatur. *Tertió* denique à natiuitate, seù in generatione. Quo fit, vt & nos triplicem faciamus illam Luem: et primam quidem *Legitimam* appellemus, vtpotè pręrogatiuis omnibus stipatam, quæ morbo *Veneris* Primogenito competunt; alteram *Spuriam* (ad prioris differentiam) vltimam *Hæreditariam*, quæ per traducem suscipitur.

IJ. Eius diuisio in Legitimam;

Iàmque toto ferè decursu præsentis Tractatûs locuti fuimus quo pacto venenum illud in *Vagina*, *Mentula* alysque *Venereis* modò recensitis loculis castrametatum [ettenim Gonorrhoeæ, Vlcera, Bubones &c. ex *Fallopio*, *principia sunt & veluti milites leuis armaturæ victorem gallicum præcedentes*) nisi cominùs per *Euacuantia*

cuantia, eminùs per *Impellentia* profligetur, lympham ibidèm peruertat atque in ſuos mores fingat; auctiſque propterea copijs demùm ſanguineam craſin expugnet: pauca interim præfati de altero modo, quo videlicèt idem virus per *Verenda* quidèm, ſed nullâ in ijs ſtrage factâ, clanculùm, abſque ſtrepitu, quicquid etiàm aliquandò cùm impetu, imperium ſanguinis ſuffuratur. Cui ſané defectui ſuppleturi adnotabimus impræſens fieri hoc inquantúm, quòd in tali occaſione vel volatile eſt ipſum virus, & ſic citó labitur in venas; vel valdè analogum humoribus, quibus communicatur (quam analogiam idæis tribuit *Marco-Marci*, nos uniformi particularum ordini ac diſpoſitioni) vel denique, quià humores ſuſcipientes in magnâ deſpumeſcentia ſunt, atque ità excalefacti, vt virus attenuare potuerint, idque in ſuâ volatilitate conſeruare, quoàd penetrauerit in venas.

IIJ. *Spuriam*.

Quod *Spuriam* (quæ per contactum fit) nota 1. quòd vtrumque tangens calidum eſſe debet ſecús non ſortiretur effectus. quandoquidèm Agens, hoceſt venenum, aliam ſpeciem indueret penetrationi contrariam, ſcilicèt fixitatem, & ſic ad oſcula pororum cutaneorum concideret, imò antè ipſam Cuticulam. Quæ cauſa

 eſt

est etiàm, cùr mitissima esse solet quæ Lues per contactum acquiritur. Ettenim virus vtcùnque ab vno corpore in aliud migret calidissimum, priuatur tamèn sempèr angulis in transmigratione sua, atque imminuitur affusione corporum etherogeneorum, quæ diuersimodè ac passim obuiam occurrunt; & prætereà quiá vehiculum statim non inuenit sibi appropriatum, idest lympham, Matricem nempè Virus *Venerei* totiès decantatatam. Ea causa est etiàm, quòd minimè contagiosam arbitror dictam Luem; et sic *Fallopius*, *Primis*, inquit, *temporibus credebant ex vsu vitrorum, aut poculorum posse nasci affectionem istam, & Ego locutus sum cum sene, qui habebat domi duos Laborantes habentes partes posteriores vlceratas; et asserebat se infectum ob vsum eiusdem latrinæ: hodie non est timendum de hoc; & quamuis* (subiungit alibi) *quidam summæ authoritatis voluerint defendere castas Matronas dicentes aqua benedicta infectas; infectio illa habuit originem per vnũ Asperges, scio Ego &c.* Et de facto quotiès vidi Tyrones Chirurgos in Archiospithali sibi inuicem propinantes Jnfectorum poculis, quæ etiàm cuiuis Infirmorum indiscriminatim destinabantur. Nàm cum efflvuia illa frigida iám sint quandò alienum corpus contingunt

gunt, vi deluduntur ſua vel adminimúm de ferociâ ſuâ multum iam remiſerunt: vndè appoſitè *Scaliger*: *Frigus per ſe ad naturæ opera ineptum*. Miſſo hoc contagio. Lues certè per contactum irrepit, ſed interueniente calore, vt diximus. Sic noui Adoleſcentem, qui cum Meretrice ſordidà congredi verritus, eius *Pudendum* procaci manu tantùm attrectauerat, nihilominús membro hoc inſolentiſſimé tumuiſſe, Puſtulis vbique ſcatuiſſe, inanem porrò delectationem conſtanti morbo expiaturum, ni ad opem Medicam confugiſſet Nota 2. ad virus in contactu ſuſcipiendum plurimũ etiàm conferre, ſi pars, quam attingit, humida ſit, ex hypotheſi nempè totiès deprædicata, quòd eiuſmodi menſtrvum lymphæ facilè nubat: vndè eſt porrò, quòd in Glanduloſis cauitatibus, Ore, Ex. gr., *Podice &c.*, vbi prætèr calorem feruidiorem liquidum quid reperitur, *Venerei* halitus temerè hæreſcunt; & quià ſanguifera vaſcula ibidèm magis obuia ſunt, ſanguinem audentiús aggrediuntur.

Obſeruat.

Hereditariam tandèm quod concernit Luem perenne certè eſt *Homericum* illud:

IV. Et *Hæreditariam.*

Heus Heus, vt illi dictitant rectè, probum
Patre ab improbo non poſſe naſci filium

Nám ſi conſideres in noſtro caſu Patris ſemen

acido quodam fixo turgere, quod à virulento ſanguine in *Teſtibus* depoſitum fuerit, apertè noſces eôdem poſteá in *Vas* muliebre iaculato, vbi ipſius portio magis ſalina, magiſque volatilis, quæ Aura dicitur, ad Ouaria exhalauerit, huius ſalilla Ouulum, quo parua fœtûs rudimenta continentur, facilè ſubitura; dùmque operante alio menſtruo ſpiritoſo idē ad *Fallopianas* Tubas indéque in Vterum deuoluetur, ipſa inſimùl agglomeranda eſſe, donèc creſcente fœtu in eo ſiſtant ſe ſe, vireſq; ſuas poſt ortum aliquandò tandèm effutiant. Jdem dic propemodùm reſpectu Matris. Nàmque ab hâc ſi fœtus alys impreſſionibus percellitur, quę minus apparentem habent originē, dubium eſſe non debet, quin *Venereis* vel maximè notetur ſiué in vtero, quúm loco congrui nutrimenti venenoſum quid ad illud adigitur, ſiuè extrà Vterum loco lactis, vt patet. Quaré ſcitè *Fernelius*: *Maxima ortus noſtri vis, & non parúm fœlices benè nati.*

§. 2.

J. Cauſa proxima.

IAm verò illapſo in venas viru venit inquirendum quid ibidém præſtare hoc valeat? Quod vt eluceſcat, ſuppono 1. Sanguinem quadruplici ſubſtantia conſtare; Gobuloſâ, Lympaticâ

paticâ,ſeroſâ &ſalinâ;et primam quidèm rubicundam eſſe, alteram muccilaginoſam, tertiam aqueam, vltimam ſapidam,hoc eſt dulcem, auſteram,vel amaram &c. prout ſcilicèt temporum & victus diuerſa ratio id poſcit. Hanc prætereà Principiorũ quadrigam, quoàd ſingula in eſſe ſuo conſiſtunt, neque ex ijs aliquod ſerie, figurâ, numero à naturali ſuâ conſtitutione deſciuit, ritè procurrere, æquè omnia fluere ſorte, paritate,conſtantiâ vbique eâdem: intermiſceri nempé Lymphaticis filamentis cúm ſeroſos, túm rubellos globulos, hos paſſim transfigi à ſalibus, quæ rurſùm illis dant accipiuntque mutua. Uerùm vt harmonia huiuſmodi diſſona euaſit, rem longè alitèr ſe habere. Tùnc enim Sal hìc recollectum debita non occupat interualla;illìc ſerum cum ſero labitur; hinc iterúm Lympha omnis ſupernatare, illìnc rubentes globuli cruoris faciem appetere videntur tanta diſcordia,vt omnia ſubuerſum iri credas; ac tùm porrò diuerſi etiám diuerſimodè fiunt morbi,vno ſcilicèt principio ſtatas leges non ſeruante, aut duobus, tribus,aut penè õnibùs.Sed quicquid ſit de hoc abſurdo;vno certè dempto Sale, quod vbique diffuſũ perhibetur, reliqua Cruoris cõſtitutiua raròabinuicẽ ſecedunt, niſi Lympha, quæ ipſorum

veluti vinculum eſt,aut reticula, ſoluta fuerit aut complicata [id nimirùm, quod compulit *Henricum Scretam* alioſque melioris notæ Practicos, vt exiſtimarint periculoſiores Ægritudines ab ipſius,nempè Lymphæ,diſcraſia pendere,quemadmodum& Mors ab omnimodâ cunctorum eiuſmodi Elementorum ſeparatione & corruptione) Hoc poſito, meminerimus iàm,vti *Venereum* virus ſoboles eſt Lymphæ ſanguineæ, eique adeò naturalitér inhœrheſcit, ex Sympathia videlicèt, ſeù magnetiſmo, aut conſimili partium configuratione. Meminerimus inſupèr, quòd idem virus accido-fixum eſt, acre, & corroſiuum: habens nimirùm partes tribus, aut quatuor angulis inſtructas (comme des petits pions) & quarum cuſpides obuia quæq; corpora iccircò rodunt, ſi reſiſtant: cùm aliàs in rebus fluidis dictos angulos baſe tenùs adigat in illas, eaſdemque protinùs conſtringat. Collige itàque inducta in ſanguinem virulenta hæc ſalia, quoniàm ſulphurea, quæ ſecum traxerint, inuolucra muccoſos Lymphæ flocos peculiaritèr amplecti debent, infixis ob id altè admodùm in hos ſuis cuſpidibus eandem condenſatum ire paucis exceptis filamentis, quę Parietibus, poris ſinubus, flexuris, anfractibus Canaliculorum

Muſ-

Musculorum, Tendinum, Ligamentorũ, aliarumue partium Organicarum inhærendo fortè restitent, & sic dissolui pergant. Collige, inquam, quòd condensatâ illâ, idest lymphâ, tùm rubelli, tùm serosi globuli ipsius flocis anteà intermixti mòx exprimendi sunt, vt & salia omnia: quæ proindé, quoniàm veluti manumissa ac sui iuris facta venenosis moleculis passim obuiabunt, fermentaione iccircò facta illorum fixitatem, acrimoniam atque indolem denique nanciscentur, *Gallicum* ærarium interim augendo, sed auro tamén plusquàm Tholosano.

II. Accidentia Morbi Gallici *Legitimi.*

Jrrepunt iàm protinùs Affectus é Lymphę crassitudine præfatâ, ex Rubellis globulis sequestratis, atque ex Sero demùm virulentis particulis grauido tám varij tàmque inuoluti, vt eosdem enumeraturus hęsitem, vndè potissimùm exordiar. Dabo nihilominùs operam, vt talem plexum enodem initio sumpto à magis apparentibus: intèr quos principatum obtinent Affectus Oris nescio quâ de causâ. An, quiá Os in propatulo existens ægritudines suas citiùs ostendit? an est, quià alibi plùs viarum, plus etiàm moræ superandæ habet virus, antequàm se manifestet? an denique est, quòd decebat illam primariò infici, quæ

 pars

pars in Prothoparentibus nostris priùs peccauit(mittamus Theologica) quæ, inquam, pars vel maximè symbolizat cum Ore *Vaginali* [vndè nempè *Pudendagram* omnem excludi demonstrauimus ?] Sed quicquid de his sit

Saliuæ redundantia.

1. Saliua magis fluxilis obseruatur, siuè aquosa: idque intantum, quòd inspissata Lymphâ nil muccosi, nil oleaginosi per exiguos Saliuales tubulos permeare potest ad Oris cauitatem.

Oris Excoriationes

2. Et, quià expressum Serum sale celtico onustum est, Saliua porrò suprà membranam Palatum inuestientem defluens acribus suis particulis deglabrare, huius lanuginem vellere pergit excoriationes pingēs obliquas, rectas, longas, diuersiformes.

ptyalismus

3. Nec tamen his contenta eiusmodi Saliua ostiolorum etiàm, vndè irruit, Sphicteribus abscissis, viam sibi sternit aliquandó ad perpetvum exitum.

Oris vlcera

4. Ast quandoquidém vnà cum constrictorijs fibris lacerantur sœpè vascula sanguifera Palatinas glandulas occingentia, hinc est profectó, cùr inductà post aliqua phlogosi, vlcera efformantur pro sitûs varietate abinuicem discrepantia.

Callosa

5. Nàm vbi crassa est prædicta membrana, vt in

vt in Palato & Gutture, vlcera callosa euadunt. Quippè ipsius fibris in tali loco naturalitèr cohærentibus, si aliquæ dirimantur, turgent extremis capitulis: quæ res est, vt magis posteà conniuendo succi nutritij vias intercludere debeant; hic verò ità coaceruatus, ac tùm ab austeris vicini vlceris, túmque ab acidis nitri aerei salibus condensatus nonnè dicta capitula conglutinabit, vnà, strictim fartim, ammussatim conferruminabit?

6. Hæc autèm vlcera sunt, quæ *Galeno* Telephia vocantur, idest profunda, maligna. Et sanè dúm saniem coercent fouentque, tám altè penetrant, vt Palati fornice excauato Fistulas aperiant, vocem etiàm ad Nares transmittant.

Fistulę in Palato

7. Vt verò mollem Oris partem occupant, V. g. Gingiuas, trāseunte haùd ęgrè in patentes poros virulento miasmate, latè proserpunt, omnimodam istarum carnem absumendo: cuius quidèm verbi recordatione reducitur in memoriam, quod constantissimus in patiendo plusquàm Hercules, Diuus *Iob* (quē Lue *Venerea* quóque fuisse tentatū opinantur permagni Docti Viri, etiàm Theologi, intèr quos *Vatablus*, *Cyprianus Cistercienfis*, *Pineda* & alij plures) posteritatì mandatum reliquit,

Gingiuarum erosio

ſcilicèt: *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum, & derelicta ſunt tautumodo Labia crcadentes meos.*

wlulæ

8. Laxior tamen, & Gingiuis adhùc ſpongioſior pars, Columella, ſic abradi interdùm ab aduncis illis moleculis ſolet, vt penitús eroſa atque exſcalpta voces quę illius ope articulabantur, iamiàm confusè, ideſt inarticulatè proferantur.

Epiglottidis

9. Sic etiàm Epiglottis vnà cum adſtantibus hinc indè ſurculis, ciborum canalibus, è quorum propterea eroſione aſſumpta quælibet tàm eſculenta, quàm potulenta, ne in Tracheam decidant á, Spiritu hinc exſurgente ad Nares impelluntur

Laryngis

10. Larynx verò, & ipſa eadem Trachea vt vt dura ſint, cùm tamen tunicâ inſternantur, quæ Glandulis ſebaceis referta virulentum ſerum eructat, pedetentim ſcalpuntur & fatiſcūt. Quamobrèm vidi aliquos, quibus eæ partes iàm hiabant, intèr bibendum illicò fuiſſe ſuffocatos.

Naſi

11 Naſus interim, qui non tàm vlceroſos halitus excipere, quàm ipſum virus per membranam Pituitariam ſegregare cogitur, iſtius carnificinâ longúm exercitus totus aliquandó abſumitur, & corruit planè.

12. Idem

12. Idem constat de Faucibus, ideſt OEſophagi principio, siué Pharinge, cuius excoriationibus vlceribuſque non tàm impeditur Deglutitio, quàm ad cuiuſuis, etiàm liquidi, corporis contactum intenſiſſimus excitatur dolor.

& Pharingis

13. Attende nùnc paulisper ad huiusmodi Buccam mi Lector! nonnè ipſam, Latrinam, noné Sepulcrum dices potiùs, quám Suauium, aut Delicias Humanorum? Fœtor autém indè exiens à *Tilingio* aliundè, quám ab Ore deriuatur, quemadmodùm itèm Deglutitionis; necnon & Pronunciationis impedimenta; ſcilicét ex Thymo. *Quippè quem Thymum*, inquit, *aliàs nouimus ex quorundam Lue Venerea infeſtatorum cadauerum ſectionibus id docti tám certò, quàm ter tria ſunt nouem. Unde quoque ſonora non ſunt voce ægrè cibum potumque deglutientes, ſæpè per foramina naſi ea excernentes ægrè reſpirantes, inſuper compreſſo à tumore Thyni OEſophago, renitente cartilaginoſa Aſpera Arteria. Imo ſuſpicamus eoſdem ob prauam hanc Thymi conſtitutionem fætenti eſſe anima, ſaluis adhuc Pulmonibus* [*id enim ſi ita ſe non haberet aut exulcerati Pulmones eſſent, quomodo fieri poſſet, vt ſpacio ſex ſeptimanarum Lue Venerea infecti curari poſſent*) *non tuſsientes, ſed ſputatores*

Oris fœtor

ac ſcreatores. Et paulo poſt *Quæ omnia de Thymo hic tradita Lue Venerea laborantium medela confirmat facta per ptyaliſmum artificialem, quem collo circundatum emplaſtrum Vigonis ſimplo, vel duplo Mercurij currentis conſtans longè facilius, quàm Zona mercurialis promouet & accelerat &c.* Dicat tamen quicquid vult *Tilingius*: Ego vlceroſum Thymũ nunquàm obſeruaui, neque trium annorum curriculo, quo plus centũ eiuſmodi Cadauerũ licuit ſecuiſse, tale aliquid ſe viſendum præbuit. Uidi autẽ ſempér Thymum durum, contractum ac penè nullum, quòd videlicèt ſchiroſus inſtar aliarum glandularum euaſiſſet, quæ glandulę Conglomeratę ſunt è numero Veſſiculoſarum quales dici debent Iugulares, Axillares, *Inguinales* &c. de quibus ſuo loco. Oppones, exulcerari has in Lue *Venerea*, ac proindè etiàm Thymum. Sed diſparitas in hoc conſiſtit, quòd dictæ glandulæ intantùm vlcerantur, inquantùm quòd ex ipſarum duritie inflammantur partes adiacentes, imprimis Muſculoſæ, & ſic abſceſſu facto vlcus eiſdem communicatur: cùm verò Thymum nullæ obſtipent carnes, ſed Sterno & Clauiculis contegatur, niſi propterea hæc oſſa carie tententur, vti plerùmquę in Lue *Venerea* fit, non poteſt vlcus talem

glan-

glandulam, ideſt Thymum inuadere; & præterea, quicquid exoſſoſes deprehenderim in Sterno & Clauiculis prefatis, nunquàm tamen memini vidiſse Thymum exulceratum. Fœtor igitùr ille ex Ore omninò aucupandus eſt, & cùm, ſi vel vnicum adſit in eo vlcuſculum *Venereum*, intrà pauca Os oleat fœtidiſſimé.

14. Mittimus alia, quę in *Tilingo* caſtigationem potiùs merentur, quàm reſponſionem, & deſcendimus interim ad OEſophagum. Hic in Lue *Venerea* infectorum cadaueribus ſquallidus, ac tantumnon rubicundus, ideſt excoriatus ſpectatur; & patet ratio tùm ex ſaliua per eundem canalem delabente, tùm ex alijs ſuccis, qui ad ipſum properant. Quippè compertum fecimus in Anatomicis (*Sect.* 1., *Artic.* XXVII. *primæ Noſtræ Diſſertationis*) adeſſe Lymphæ - ductus qui è Glandulis Iugularibus deſcendunt ad Nerueam illius tunicam, nec non alios humorem digeſtiuum afferentes. Quandoquidèm ergó tàm huiuſmodi recrementa, quàm ſaliua prefata corroſiuis moleculis in Lue *Venerea* abbũdant, quid mirum, ſi ijs ſupra talem tunicam rotatis interior OEſophagi ſuperficies poſteà deglubatur?

OEſophagi laniatio

15. Uerùm pretèr OEſophagum abraditur etiàm

& Stomachi

concaua Stomachi facies intantùm, vt mucco destituta sempèr inuenta sit, adminimùm, satis diluta: id quod indicat seri loco lymphæ ad Glandulas Gastricas miliares incursionem.

Esuries inordinata

16. Jnueni vlteriùs in ijs, qui morbo eiusmodi occubuerant, intrá plicas Ventriculi humorem quendam serosum, adurentem, acrem ac subrufum, qui alius esse non poterat, quàm humor digestivus è Conglomeratis Nostris profectus, de quo fusè in *Dissertat. citat*. Atque eiusce quidèm humoris acredini tribuo Ego ingentem illam Famem, quæ plagis *Venereis* saucios vexat. Dùm enim per OEsophagum affluit talis liquor, retortis in Nerueam membranam iàm crustâ, seú mucco orbatam realgaribus suis particulis, eiusmodi sensum stimulare debet.

Chylosis euersâ.

17. Nota verò hâc occasione qualis esse possit fermentatio alimentorum ex tali menstruo? Certè, nonnisi inchoata & imperfecta. Nàmque vti acido-fixum est illud, ciborum autem partes aliquando fixissimæ; ità, quicquid idem cum hisce committatur, ac vires experiatur, minimè tamén ipsas abinuicem separarare, abstrusa præsertim salia in apertum deducere valet. Fit itàque cita & fugax fermentatio, cremorque indè resultans infor-

informis, Chyli-embryo potiùs, quám chylus: qui vt citiús ad Jnteſtina prouoluatur, pulſat, incitatue fibras præfatum menſtruum, & Pylorum reſerat.

Bilis productio

18. Occurrit iàmque huiuſmodi chylo Bilis in copiâ ſatis exuberanti. Quandoquidèm in nullo alio morbo tantã obſeruaui vnquàm; et Cyſtis quidèm fellea ad ſtateram appenſa ſemilibre pondus plerúmque ſuperare viſa eſt: Torrida etiàm apparebat illa Bilis, & Palato admota (quod citrà Lectoris nauſeam dictum ſit. Non pudet quippè heic palàm confiteri non tàm recrementa interna, quàm ipſam etiàm ſaniem ſub cruſtis, alijſque cutaneis affectibus, atque in vaſis hominum hoc morbo enectorũ me pluriès deguſtare voluiſſe) inſtàr Titymali adurens ſentiebatur. Cauſam talis vbertatis adiudico Ego facilitati excernendæ bilis (de qua Excretione doctè ſatis diſſeruit nõ itá pridèm *Jo. Bapt. Bianchi Taurinenſis* in ſua Hiſtoria Epatica) ex abbundantià nempè ſeri, quod bilioſis ſalibus pro vehiculo inſeruit.

Obſeruat.

19. Nihilo tamen plus efficit hęc bilis frequentia, niſi vt fœces præcipitantèr à chymo ſeparentur, vtque copioſæ fiant deiectiones, Inteſtinis tàm internè, quàm externè ad Colon ſtimulatis

Diarrhoeae

20. Jamq; adeò sensim increbescunt istæ delectiones, atque itá, vt in Diarrhœam denique facessant, cuius color flauus est ex origine, quam olet; exitus autèm pessimus, vt dicemus in Prognosticis.

Defectus mucci Intestinalis

21. Corrugationes tamèn Jntestinorum, & per consequens hæc Diarhæa sollicitãtur maximam partem ex defectu Mucci Intestinalis. Cùm enim iste à lympha sit, quæ per lymphatica Mesenterica deriuatur ad *Peyeri* glandulas, idest acinos Intestinales; atque interim hæc lympha condensata in proprijs vasis retineatur, fit, ne quid oleaginosi transeat ad Nerueę Jntestinorum tunicæ deffensionem. Vtrũque hoc probat autopsia. Ipse scilicèt vidi in Adolescente præ morbo *Gallico* vitâ functo propendisse vtrimque & continuò è Mesenterio suprà Jntestinorum dorsum paruas quasdam & diaphanas, ceú crystallinas lentes, singulas singulis tanquàm pedunculis fibrosis appensas, & quarum altera crassior, altera tenuuior erat, vti & illa magis inferné descendebat, quàm hæc; fimbrias sic, siuè segmenta simùl repręsentando, quo nil pulchrius spectari potuisset: extitisse præstereà lentes illas ad Intestina crassa maiores, ad tenuuia minores; sed in illis æquales, in his ordine fimbriato dis-

Obseruat.

dispositas, vti nouimus; tandém verò omnes durę ex gummi quodam veluti compactę cernebantur. Quarè colligi ex his potest, quòd defficiente in Intestinis lympha, siuè mucco vuillosam crustam confingente, efluentibusque, ex aduerso, acri sero, bile titymallina, & chymo foecibusque indigestis; Diarrhoea illa attendenda venit.

22. Bilem sequitur liquor Pancreaticus. Hoc autèm viscus quoniàm in Lue *Venerea* schirrosum semper existit [vt cultro anatomico licuit experiri] non recrementum idoneum, sed consuetum acre serum intestinis impertitur cum prȩiudicio Chylificationis, atque ad maiorem illorum ductvum vellicationem. Sed de schirro glandularum Conglomeratarum Vessiculosarum, adeòque & Pancreatis, dicemus postea.

Durities Pancreatis

23. Operimentum igitùr Jntestinorum, siué Omentum quod attinet: nemo hoc quærat in Abdomine Lue *Venerea* extinctorum; reperiet tantummodò contractam pelliculam, emunctam, luridam, subrusam vasculis sanguiferis nonnullis, sed exillimis obsignatam adipe ab acri toxico prædominante penitús abligurito.

Omenti Squallor

24. Similitèr & Mesenterium squallidum,

& Mesenterij

 qua-

quasi Tympani pellem atque humectatam æmulatur, nullo, ac ne sanguineorum quidèm vasorum vestigio apparente, glandulis consumptis, *Aselliano* Pancreate ad nihilũ redacto.

Praua Sanguinis diathesis.

25. Iàm veró indigestus chymus, virulento sero grauidus [quod in his sedibus vbique hauserit] ad Cor denique delatus, & sanguini permixtus in fonte demùm natat impuritatis: Qualis autèm sit iste sanguis luculentèr nouimus in Causis: habere videlicèt lympham strictè condensatam, rubellos globulos palantes, nùnc turmatim, nùnc solitariè procedentes, & sero affusos, ac serum denique manumissum, & seorsùm à vasis capacioribus vbique obuium: impræsens, ad ista confirmando referam quę in Anatomicis veluti palpasse contigit. Vidi scilicèt in funeribus Siphylorum ingentem. 1. Polypum Cor perpetuó occupasse valde durum, fibrosum, subflavum, & qui cùm parùm, aut nihil sanguinis complecteretur, concretum quoddam lymphaticum apparebat; extitisse præterea alios tàm in venis, quàm arterijs grandioribus, sed molliores, hoc est hàud ità fibrosos, ac nupèr indicatus: nigros insupèr, & quò plùs á Corde dissidebant, eò nigriore colore præditos [ex globulis videlicèt sanguineis lymphæ capil-

Obseruat.

litio

litio adhúc hoerentibus & impactis] in vasis autèm minùs capacibus extitisse atrum quoddam veluti cænum, rubellos nempé globulos corruptos, seù mortificatos, qui sero innatantes istud penitùs turbabant; atque vltimò in vasis minimis capillaribus solum hoc, nempè serum, locum obtinuisse. Et quod hoc serum: scitè ac sæpè cùm Axillaris, tùm Cruralis arterię ramulis detectis, & secundúm omnes suas productiones exploratis, inueni ipsum inferiùs, circa Musculos, colorem luteum sempèr retulisse; paulò superiùs, circà Integumenta, cœsium, ac tandèm omninò extrà, in cute, limpidum apparuisse: vbi porrò, si crustę adfuissent, sub ijsdem tanquàm in lacusculum diffundebatur, secùs, per pellem oberrabat. Argumentũ profectó dicendi quod neque in viuis & sanis animalibus sanguis æquali partium quantitate ac ordine vbique fluit. Sed de his ex professo agemus in *Dissertat.* nostra *Anatom. Med.* 2. *De Humorum Generatione, Separatione & Vsu.* Postremò [& ne hoc ommittam] degustatis hisce tribus seri speciebus, compertum habui cœsium illud cœteris longè mordacius, ac non per Integumenta modò, sed & per Tendines & per Lacertos sparsum tyrannidem exercuisse, vt iam.

iàm enarrabimus in Viuis, Mortuorum incommoda priùs emensi.

Eiusdem Lirculus impeditus

26. Quamobrèm, si motum sanguinis circularem spectes, nonnè ex lymphæ coagulis grumisque partis rubicundę, obstructio vasorum aliquandò continget, quę illius fluxum impediet atque inuertet?

27. Si verò motum intestinum, aut fermentativum [vndè *Calor naturalis* Priscis est] liquet, defficiente sulphure, quod erosum, vel ad lympham anteà inspissatam fuerit ablegatum; abesse paritèr debere copulam explosiuam, quæ ex nitro aereo in Pulmonibus recepto, inque illius filamenta adacto obtinetur, & sic desiderandam esse eiusmodi fermentationem, in quâ tamén vita vel potissimúm consistit.

Pulsus debilitas

28. Consistit, inquam, in hoc vita, vt nitrum aereum cum salinis frustulis fermentando sulphurea filamenta sanguinis exsuscitet, ab inuicem separet, atque ità exactam principiorum eius faciat commixtionem. Quòd si adeò parùm intér sulphura emicet, quo pacto flammam, veriùs crasin istam conciliatum ibit? Hâc tamen non constante, tenebrę, siuè mors repit, vti apparet: atque interim languente eiusmodi explosione, quemadmodúm Cordis Dia-

Diaſtole minùs validè promouetur, quidni & Pulſus debilis efficiatur?

29. Nihilominùs à talibus quaſi vinculis abſolutum nitrum, vti liberiùs cum cruentis ſalibus fermentat, ità in ſiniſtro Cordis ſinu crebriùs accendendo oleoſa ſtamina, ipſius dilatationem accelerat, Pulſum reddit frequentiorem.

& frequentia

30. Sed non ſufficit frequentia, potiùs amplior dilatatio exigitur, vt validiore indè Syſtole [hoc eſt fibrarum Cordis ad naturalem ſuvm ſtatum reditu] cõſequente ſanguis poſteá quoquouersúm alacriùs didatur, impellatur, aut diſtribuatur, Hinc itáque velùt torpido ſanguinis remanente motu, lympha faciliús conuenit & condenſatur, humorum diſcraſiâ quotidiè magis crebeſcente, vt patet.

Lymphæ condenſatio

31. Jàmque ex diſcraſiâ iſtâ ſerum, quod è butyroſâ ſanguinis ſubſtantia expreſſum, vnicè & vbique permeat [cœteris, nempè principijs, hìc atque illìc coaguli cuiuſdam, aut inſtar limi ſubſidentibus ob defectum etiàm competentis motûs] quoniàm ad Pulmones identidèm allatum membranoſas eorundem veſſiculas veluti macerare pergit, flaccidâ propterеà redditâ iſtarum texturâ Inſpiratjonis negocium non parùm implicat.

Aſthma

Quan-

Quocircà parietibus earundem concidentibus nonnè porrò vberior aeris influxus requiretur ad ipsarum dilatationem? Iunge, quòd cùm sanguis effœtus spiritibus etiàm careat, qui partes in elasticitate suâ contineant, vt proindè aer ducendus est, maior istius copia exigitur pro istarum expansione.

Tussis

32. Ast Serositatis vti aliàs, itá hâc occasione proprium est, vt salia sanguinis circumuehat, diluat, hincque in actum exerat iuxtà tritum illud Chymicorũ *salia non agunt nisi soluta*. Quarè ijs in Vessiculas pulmonares actis, ac titilatione inducta Tussim excitat plerùmque siccam, vt ratio suadet: interdúm humidam, vasculis relaxatis, ac nonnumquàm etiàm cruentam, aut saniosam, vbi sanguiferorum ductuum erosio contigerit.

præsertim Sicca

33. Dixi, *vasis relaxatis*, propter eaquòd serum illud non tàm per sanguifera excurrit, quàm per lymphatica, nec tantùm in Vessiculas pulmonares, quàm ad glandulas in istarum bronchijs, in succingente membranâ intèrque vessiculas præfatas existentes. Quarum adeò fibris contractis atque conuulsis Tussis illa sequitur sicca, & cùm Aer pusillos illius globulos congregare atque eleuare nequeat, & prætereà, si adsint aliæ causæ læ-

sæ

ſæ reſpirationis, puta Muſculorum Thoracis, Diaphragmatis & cohœrentium membranarum atoniam, ſiuè relaxationem; quæ nullo negocio accidere debet, vt inſinuauimus.

34. Tracheam quod attinet: quamuis ſerum è glanduloſo interno velamento depluens altera præfatæ Tuſſis cauſa exiſtat, quoniàm nihilominùs tumefactis tunc temporis ijſdem glandulis refluentis aeris columnæ vndulatũ eunt, Uox propterea continuò alteretur, ſiuè immutetur neceſſum eſt.

Raucedo

35. A Pulmonibus interim rursùs ad Cor, atque hinc per Aortam ad Carotides procedendo ſubit contemplari ſanguinem imprimis ad Caput emigrantem. Notum autèm iàm ſuprà fecimus qualis in *Venereis* ſit iſtius conſtitutio, ſeroſa nimirùm in Arteriarum finibus, alibi muccillaginoſa, eòque compactior, quò propiorem Cordi ſedẽ occupauerit. Cùm itáque muccoſa portio accliuem, ſeu perpendicularem viam metiri, eiuſdemque terminum nimis anguſtũ ſuperare difficultèr valeat, planum eſt, quod muriatico duntaxàt ad Meninges & Pericranium euecto ſero, puncturę in his atque irritationes pangendę veniunt, & ſi inſupèr glareoſum quid illùc tranſeat, grauamen etiàm ac diſtenſiones fiant, ſeù Dolores Capitis

Cephalalagiæ

lancinantes, tensiui ac pręgrauantes.

Febris lenta, & Hectica

36. Respectu verò reliquæ alterius massæ; manifestatum est itèm, quemadmodùm debili existente Systole, idest Cordis contractione, cruoris motus circularis hebescere multúm debet. Colligamus nùnc proindè, adauctâ sempèr ex eiusmodi lentore lymphæ concrescentiâ, cœtera principia abinuicem quóque tamdiú sequestranda esse quòad Sales velut euinculati, vbi post alios conuenerint per Respirationem, Chylificationem &c. in arterias introductos, fermentationem accensuri sint, videlicèt Febriculam Hecticæ similem, & quæ cum tempore in veram Phtysin degenerat. *Neque enim mirum est* (loquar cum *Riccardo Morton*) *cum tota humorum massa tàm euidenter ab huius morbi* [nempè *Venereæ* Luis] *fermento alteretur & in statum colliquativum reducatur* (*quod á Tumoribus malignis Gonorrhœis & vlceribus hunc morbum vsitatò comitantibus & pręcedere solitis appàret satis*) *si etiam huiusmodi Tumores atque vlcera Venerea aliquando in spongioso parēchimate accidant, vndè Phtysin verè Pulmonarem insequi neccesse est. Ego equidem* (pergit) *potius mirari soleo Luem Veneream saltim Chronicam, seù malè curatam, vnquam sine pulmonum vlcere & Phty-*

si

si indè nata reperiri. Verùm, vt rem ipsam loquar rarissimè si vnquam Phtysin pulmonarem Venereã obseruaui, præterquàm, vbi pulmones iàm priùs obstructi & in Phtysin dispositi fuerant, vel saltem vbi malum regimen & medicamenta mali mors ab Empyricis fuerant exhibita; & frigora sæpius in cursu sudatorio vel saliuatorio percepta cum ipsa Lue conspirarunt. Hactenùs Laudatus Author, & mea quidem sententiâ rectissimè. Vt-vt námque & ipse complures adspexerim, qui Lue *Venerea* infecti Asthmate, Tussi, ac Macie præthereà vexabantur, neminem tamen vnquàm comperi in Phtysin delapsum, nisi fortè aut Stirpe satus tabidâ, aut causis illis obnoxius fuisset ab Authore relatis. Rationem si petis: censeo Ego nullum in Lue *Venerea* vlcus pulmonare gigni, quòd tùnc in hoc viscere sanguis minùs rarescat ac despumescat, vti narrauimus.

Obseruat.

37. Licèt autèm Lues Phtyse vacua plerùmque sit, Marcore nihilominùs, siuè Tabe stipatur semper: & ratio est primò, quià Chylus (à quo nutritio est) imperfectus peruersusque, & in minimâ mensurâ deuoluitur ad Cor; prætereà, quià balsamicæ eiusdem partes siuè sulphura, pereunt, aut corroduntur, hoc est volatiles præ febrili diathesi diuiduntur

Membrorum Atrophià

continuò ac sufflaminantur, fixæ verò (quæ Fibræ sanguinis, à nobis vno nomine Lympha appellari solent) constringuntur, seù condensantur. Quamobrèm illæ inutiles euadunt alendis membris; hę non tàm exigua capillaria ingredi nequeūt, verùm etiàm alias prohibent, nè progrediantur, nèue, prætèr serum quidquam per arctiora intestitia discurrat pro partium organicarum nutritione.

Cutaneę maculæ

38. Vnum itàque omninò serum, quod venenosis biliosisque salibus turgidum minimas arteriolas subire diximus, Corporis peripheriam aggreditur, ac verè, inquam, aggreditur. Quandoquidèm tantùm abest, quin eiusdem fibras nutrire valeat, vt potiùs depascat; ad minimùm autém Miliares glandulas, quas obtinuerit, tandém obstruat impacto in ipsarum poros aliquo é crassioribus, quos secum vexerit sales. Hinc ergò perspirabili materia suppressa, quoniàm circumstantia vascula in quibus, vtpotè latioribus, rubicundi aliquid sempèr est, disrumpuntur, propterea & Maculæ adextremum excitantur in Cute purpureæ, petechijs, siué Exanthematibus grādioribus ferè æquales. Vndé itá *Tilingius*: *Petechiæ, non modo in contagiosis, sed interdum quidèm in alijs quoque affectibus apparent, vt in Scorbu-*

to

to, Lue Venerea *&c.citrà pestem vel pestilentem febrem : sed earum ab his differentiam* [addit] *peritus Medicus sola inspectione, & circumstantiarum consideratione facilè animaduertet.*

39. Quòdsi compertâ in ijsdem Glandulis Cutaneis materiâ aliqua siué Nutritioni, siué Transpirationi dicatâ moleculas etiàm inueniat illud serum à Celticis, quibus scatet, omninò diuersas, protinùs indicto bello & tumultu excitato Glandularum ostia, parietesque consternet, vasorum repagula auferet, sanguinem denique hinc eductum atque ad luctam instigatum in pus confinget; quod erosâ Cuticulâ liquidum priùs, mòx verò à nitro aereo inspissatum solidam, hoc est crustaceam naturam inducet, idque in facie, in trunco corporis, in Extremitatibus, planè vt in *Iob* citato, de quo itá *Sacrę Litteræ*: *Egressus Satan à facie Domini percussit Job vlcere pessimo á pl anta pedis vsque ad verticem Capitis*. Obseruaui Ego Crustas, quæ laxiori cuti penès capillare aliquod succreuissent, habuisse infrà se aquam limpidam, adsummum parùm turbatam, siué flauam, & quę adeò opercula quorundam scrobiculorum eâdem aquâ repletorum ęmulabantur, latas insùpèr, crassas, circumhęrentes: quot-

Scabies

Obseruat.

quot verò in arcto, vt suprà Musculos, prouenissent, fuisse vtplurimùm siccas, labiles, fluxiles squammarũ instar, tàmque frequentes, vt herpetes mentirentur.

Impetigo

40. Sed istæ, vtpotè ad casum pronæ, si prætereà ex irritatione virulentorum salium iusto crebriùs fuissent exscalptæ, ablatis per interualla etiàm fibrillis, quibuscum pelli toti adhærescebant, latiores pedetentim factæ, Serpiginis, aut Impetiginis nomen promerebantur.

Lepra

41. Illæ verò, crassiores Crustę, etsi minùs pruriginosæ, quoniàm tamen ichore abundabant, Psoræ, Heraclei morbi, Leontiasis, Satyriasis, Lepræ, Elephantiasis [vt qui affectus ferè vnum & idem sunt, nec nisi nomine intèr se differunt] speciem pręseferebant tanta malignitate, vt quæ crebró scalptę corpus altè confodissent, cancrosam naturam statim inducerent, manante propterea sanguine ac malignitatem, seù acrimoniam illam suo effluxu connotante. Horreo profectò, ac tremit adhùc animus ad recordationem eorum, quos ità infectos noui ad nos confugisse. Ipse, scilicèt vidi aliquot Elephantinâ eiusmodi pelle inductos, quâ visu etiàm priuabantur, ambustos quasi stipites repræsentasse, & qui

Obseruat.

ad

ad extremum cùm lotium reddere non posset accensa intensissimâ febre ac delirio correpti vitâ decessere. Sectis cadaueribus inueni Cerebrum penè aridum, Renes nigerrimos, exvlceratos, cutim tabidam & arentem (similes in hoc Beluis, Jmprudentiæ æquè ac Impudentię suę sic admoniti; vndè & beluinum nomen huiusmodi morbi generi concessũ est: *Cutis animalis Elephanti*, inquit *Cassiodorus*, *vlcerosis vallibus exaratur, ex quà Transpontaneorum nefanda passio nomen accepit.*)

42. Rursùm serosus ille latex siquidèm nil succulenti habet, quod defferat ad Bulbos, idest radices pilorum in *Pube*, Mento, Capite &c. existentium, vectis propterea illùc potiùs totidem veluti acinacibus, quot sunt, quibus salibus instructus est, interiores eiusmodi germinum canaliculos deuastat, disijcit ac prosternit Alopeciam sic inducens, Menti glabritiem &c.

Alopœcia

43. De colore *Aphrodisiacorum* subflauo, aut luteo dicemus posteà.

Cutis fædatio

44. De Cute igitùr quod in reliquum dixèrim: expanditur ea nõnullibi in tumores quosdam œdęmatosos, quatinùs serum totiès nòminatum per ipsius poros aliquandò diffunditur liberalissimè, nec postindè vias inuenit

OEdemata

per

per quas in reliquam maſſam reducatur deſficiente præſertim motu cordis impulſiuo, ceù quem diximus in Lue *Venerea* deſiderari.

Adipis conſumpti

45. Labitur vlteriùs idem ſerum in Membranam communem adipoſam, vbi quicquid melliginei ſupereſt abligurito vacuos relinquit fauos, ideſt alueolos, in quibus pinguedo nidulabatur: & ſic integumentum illud emunctum remanet, tenue ac vix perceptibile, quemadmodum & Omentum (adipis ſcaturigo ex *Mapighij* ſuſpicione) vt quod in Lue *Gallica* viſum effugit perinde quaſi fuerit eliquatum.

Dolores in Muſculis

46. Iàm verò quanto magis gracileſcit teges iſta oleoſiſque globulis fraudatur, tanto acerbius pungitur ex ſalini phlegmatis incurſu præſertim in lamella ſua interiore, quę carnea eſt & Muſculorum communis.

Nodi

47. Muſculi paritèr tali inluuie farti rigeſcunt. Quocircà ipſorum motu non tám lentè, quàm moleſtè ſuccedente Corpus aggrauatur. Lentor tamen iſte, vt & moleſtia creſcit eó magis, ſi Ligamenta ac Tendines ex eôdem ſero ſimilitèr fuerint imbuta. Quippè ſic Neruis preſſiùs irritatis Animus accuratiorem Corporis ſe præſtat OEconomum.

Gangria

48. Et, quod rurſúm Tendines ac Ligamenta

ta: patet his expletis ac ſero veluti maceratis aliquot ipſorum fibras alicubi proculdubiò relaxandas eſſe. Vndè fit, vt excitato intér eas quodam quaſi Folliculo Ganglion ibidèm poſtea innaſcatur, cumprimùm ſcilicét incluſa humiditas foràs euaporauerit.

Therio-mata

49. Hac etiàm ratione proueniunt Nodi, ſeù protuberantię *Gallicæ*, Perioſtij fibris nimirùm elongatis, & concluſo ſucco poſteà exſiccato. Qui, ſi denuó alterius ſeri occaſione liquefactum eat, & ſalia in ipſo anteà fixata denique in motum agantur, protinùs in pus conuerſus abſceſſum molietur, in Therioma tranſibit, nempé in vlcus teterrimum, ferinum, & ſummè malignum, colore fœdum, nigrum, liuidum, muccoſo humore repletum &c. cuius cauſam in ſanguinis ichoreſcentia cauſticâ & putrefactione conſiſtere prodiderũt *Hippocrates*, *Celſus* & alij Morbi *Gallici*, vt & Luis *Venereæ* nominum àdhùc ignari.

Dolores nocturni

50. Qualis interim futurus ſit dolor ex eiuſmodi Stygio tanquàm vdore in tám delicata Organa ſęuiente deprehendet is profectò, qui Mentem nouit paſſionibus ſui Corporis eſſe pręſentiſſimam, imò & huius cruciatus ab Aliquibus pro Mentalibus omninò reputari, ſolâ nimirùm Mente de ipſorum intenſione,

 aut

aut extensione iudicante. Cùr autèm noctù vtplurimùm exacerbari ij soleant indé est, quià tali tẽpore nitri aerei glebę fixiores sunt quám interdiù; ac propterea cúm tùnc sanguinis coagulationi auxilientur, & per consequens vberiorem serosi laticis promoueant expressionem, sequitur quòd auctâ penu, istius actio pariter augenda sit, & cùm præterea, ex eiusmodi fixatione sales maiorem acquirant molem, quâ ad feriendum magis idonei euadunt.

Caries Ossium

51. Sed iterùm quod Theriomata præfata, qui nesciat ab his Ossa quandòque cariari? seorsùm hæc, id-ipsum nihilominùs serum vltrò talem cariem audet. Cum enim se se vel in penitissimos Ossium poros intrudat, eòdemque vnà phagedenicam suam muriam conuehat, nonnè liquet istius vi erosionem quamlibet, ab eo patrandam esse?

Præcipuè Cranij

52. Vt verò intèr Ossa Cranium poris hiscit grandioribus, atque ex alia parte cœteris exilius perhibetur, ità citiùs teritur atque absumitur aliquandò, nullo etiàm prægresso vlcere, aut aliquali inflammatione. Sic Mirandus *Senex* vidit Capitis futuram excauatam; vidit insupèr ossium cariem seú teredinem, quę est pertusio ossis ex corruptione iuxtà *Galenum*

lenum. Cœterò post Cranium, veniunt Sternum & Clauiculæ, quę præ reliquis tentari carie animaduerti.

53 Locus hic iàm profectò esset de Verrucis aliquid libandi, ceù quæ *Siphyllidis* non tàm parentes, quàm & Filiæ nuncupandę. Uerùm quoniàm de ijs alibi vel ex professò actum est, plura dicere non vacat. Confirmaberis nihilominùs adhùc magis in veritate Systematis ibidèm à nobis positi quoàd earundem caussam, si hìc aduertas, quòd huiusmodi excrescentiæ nonnisi ex sero fibras cutaneas alluente obtineri queunt, vt est manifestum.

Verrucæ

54. More Verrucarum educatę fibræ, quæ inferiorem *Ani* partem constitvunt (eoque adhùc maiori iure productæ, quòd in tali loco multo adipe obduci solent) in extuberantias facessunt, quæ duplices, interdùm triplices numerantur; *nec sunt Hemorroides* (inquit *Celsus*) *sed eminentes tumores nunc molles nùnc duri, figura rotunda & nihil liuescentes*. Ex quibus verbis liquet quì differant Condylomata à Mariscis, ijs nempè productionibus, quas eidem *Sedi* euenire diximus ex attritu, quem Cinędi patiuntur. Hæ quippè multę sunt liuidæ, concisæ, oblongę cespitantes &c. vt diximus suo loco. Fiunt similitèr, ac penè ad

Condylomata

eundem modũ Condylomata in *Vagina* muliebre proptèr parem istius partis atque *Ani* in adiposo contextu situationem facilemque fibrarum elongationem, vt patet.

Bubones, Strumæ, Parotides

55. Ordo nùnc nos ad cognata deuoluit. Nouimus in superioribus [*Artic.* de Pano *Inguinis*] quemadmodùm Bubones *Venerei* fiunt ex viru acido lymphã vsque in Uessiculosis Glandulis condensante. Remanet hìc insinuandum, quód cùm in Lue *Gallica* loco lymphæ sanguineæ puræ ac oleaginosæ nil, nisi quidam hydor fixis, cathereticis, siuè corrosiuis salibus turgidus transeat ad tales glandulas, hinc est quòd obstructis eiusmodi Uessicularum poris, atque impedita cribratione, eædem glandulę posteà turgere debent, nihil adeó excernentes, sed tantùm totiès decantatam serositatem admittentes. Quæ cùm itá sint, prætér Bubones in *Inguinibus*, fiunt alij sub Alis; Strumæ itèm ad Iugulum, Parotides ad Aures &c: et, si porrò superiacentibus Musculis pressuram fecerint, disruptis vasculis sanguiferis inflammantur, exulcerantur, imò, vel si humor in Glandulis coaceruatus prę lõgiore morâ tandém in fermentationem erupegerit. Denique vlcus hoc cancrosam naturam plerùmque induit. Hinc Bubones obseruaui

Obseruat.

in

in Lue *Venerea* imprudentèr apertos curâ quàlibet non obſtante impediri nunquàm potuiſſe, quin malignauerint; adminimúm verò eorundem aperturã in fiſtulas degenerauiſſe.

56. Quod ſupereſt de alys in alys partibus Veſſiculoſis glandulis è genere Conglomeratarum: imminvuntur iſtæ feré vniuerſim, abliguritâ lymphaticâ pinguedine, quâ naturalitèr ſcatere ſolent; liueſcunt inſupèr ac dureſcunt adeò, vt ſchirroſum habitum aſſumpſiſſe videantur ob defectũ videlicét olei, quod eaſdem in debitâ mollitie continebat.

Extenuatio Glandularum

57. Cerebri autém Cortex (qui itidém Conglomerata glãdula audit Anatomicis) abs me in Lue denatorum Cadaueribus inuentus ſempèr eſt flaccidus, laxus, humidus, quaſi putreſcens: Obſeruaui paritèr in eiuſdem Cerebri Ventriculis fluctuaſſe ſubflauam quandã ſeroſitatem illius æmulam, quæ mòx dicetur in externis partibus reperta; Aderant quòque in illius Sinubus excreſcentiæ ſanguineæ poliposæ plurimæ, nigræ, ſero innatantes: Denique pia præſertim Menynx penè tabida videbatur, lurida, ſquallida, vaſculis nigricantibus exarata, ſed tàm exiguis, vt oculorum aciem penè diffugerent. Ex quibus propterea animaduerſionibus apertè deduxerám,

Morbi Capitis

Obſeruat.

cùr tali morbo ſubiecti Strabi, Balbi, Obſtipi; Tetanici, Conuulſi reddãtur, alijſque Neruinis ac Cephalicis affectionibus dediti, vt Epilepſiæ, Apoplexiæ, Comati &c.: Nec ſubijt mirari *Paracelſum* eiuſdemque Aſſeclas hanc Luem, Lepræ titulo, totam ſoli Cerebro adiudicaſſe; quandoquidèm noueram à ſeroſitate illà quamlibet in Cerebro tàm Spaſmodicam, quàm Animalem ægritudinem ludi poſſe.

Bilis copia

58. Sola adeſt Hepatica, ſiuè Hepar & ipſe à *Modernis* Conglomeratarum Glandularum cathalogo adſcriptus, quę porrò in Morbo *Gallico* neque obſtructionem patitur, neque aliam infectionem: cuius rei cauſam arbitror, quòd non lympha, non vaſa minùs teretia, ſed ipſe numero ſanguis largo flumine influit in illius ſubſtantiam; vndè eſt planè, quòd ſolis Iecurinis Veſſiculis ſegregandi munere ritè fungentibus Bilis poſteà ſic exundet in felleum folliculum, vt ponderi iàm alibi indicato potuerit æquipollere. Sed hęc in gratiam eorum, qui huiuſce Uiſceris intemperiem arguunt in cauſâ Luis *Venereæ*. *Montani* videlicét, *Maſſæ* atque omnium penitùs *Antiquorum*.

Undé Cutis flauor

59. Iámque ex eà Bilis affluentiâ quâ tot incommoda Ægrotis afferri ſuprà demonſtrauimus, dicendum nùnc eſt prouenire & ipſam

flaue-

flauedinem, quæ tales Infirmos tingere consueuit maximè defficiente adipe, seú sulphure sanguineo, quod eandem bilem viscare atque abscondere, potuisset.

60. De Conglobatis autèm Glandulis, quod in totum dixerim, hæc est regula: scilicèt vt vbique & sempèr tamdiù decantatam serositatem eructent: Hinc, in Pericardio, Vessica Vrinaria, Sphinctere *Podicis*, in Vtero, *Vagina* muliebri, Tunica vaginali *Testium* &c. acri colluuie illa destillãnte vbìque phlogoses, vbìque Vulnera, Excoriationes, Vlcuscula, Corruptiones panguntur; in Corde insupèr ex humoris Pericardij irritatione fiunt Palpitationes, in Vessica Stranguriẹ, Dissuriæ, & similia plura.

Palpitationes, Vlcera Uessicæ vrinariæ, &c.

61. Peculiaritèr nihilominùs *Pudenda* impetit præfatum serum, proptèr nimirúm iàm alibi allegatam analogiam, quam nouimus intercedere intèr dictum virus & poros eius loci, vndè sua traxit Jncunabula; & proptereà Gonorrhœas, Vlcera, Excoriationes &c. in præfatis Sedibus excitare sempèr gestit.

Pudendagra

A *Legitima* ad *Spurtam*: hæc ijsdem Accidentibus stipata in publicum prodire solet, quibus & prior; verúm non adeò crebris, neque, vt

IIJ. Accidentia *Spurij*

vt alibi iàm dictum est, ità violentis. Comitantur nimirùm hanc Pustulę in Labis, Ore, *Pudendo* &c, Duritates in Mammis, Juncturarum dolores, Tumores in Artubus, Depilationes ac similia leuiora, dirioribus Symptomatis raro, ac ferè nunquàm apparentibus, qualia nempè sunt Nodi, siuè Exossoses, ipsorum Ossium Caries, Vlcera phagedenica, Nasi consumptio &c. Dabo propterea aliqualem *Spurię* huiusce Luis descriptionem. Româ redux anno 1702. secesseram in Oppidum *Burgi Alarum*, Incolis *Borgo d'Ales*, vbi non ità pridèm bini Jnfantes ad valuas cuiusdam Ecclesiæ expositi, vulgo *Proietti*, ab illius Loci Scabinatu suscepti, ac totidem Nutricibus alendi consignati fuerant. Euenerat proindé, vt pauco temporis interuallo Mulieres istæ schirrosa tubercula in Mammis, vlcuscula in Ore ac *Pudendo* pati cæperint, neutrâ tamen nihil minùs, quàm de Lue *Venerea* suspicante. Nihilòseciùs vtraque in dies magis tabescebat, Strumæ ad Jugulum, Sugillationes ac Maculæ in vniuerso Corpore, Iuniori etiàm fæminæ œdema prægrande in Genu dextro adiungebantur. Misericordia ergò motæ aliæ Conterraneę, quibus vel lac abundabat, vel vices officij rependendi in votis erat,

Obseruat.

at, illùc turmatim conuolantes breuì etiàm parem ſortem obierunt, donèc tandém vel domeſticarum occupationum causâ, vel laborum, quos in agris perdurare debebant, aliæ apud alias puſiones ſuos [vt eiuſmodi fœminarum ferebat conſuetudo] nutricatum deponendo, hæ ab Alumnis, hi à Nutricibus ſic in fecti ſunt, vt nec Lactantium, nec Lactentium quiſpiam ſupererit talis peſtis expers. Sed miſellum illud male-natorum par iám fatis ceſſerat, ſexto videlicèt ab ortu menſe: Iuuencula paritèr illa Nutrix pręfata poſt Maciem Hecticâ febre correpta deceſſerat, ſuperſtite adhùc alterâ ſeniori, ſed magis viroſâ, & quæ nihilominùs eundem curſum percurrebat. Cœteró tàm liberi, quám Parentes, quo tempore eò me contuleram, ſe habebant hoc pacto. Vlcera imprimis mali moris in nonnullis, in alijs Aphtæ plurimæ Puellorum oſcula deuaſtabant, Excoriationes *Inguina* populabantur, Scabies demúm ac Puſtulę Corpuſcula vniuerſim aliquandò continebant: in Matribus Ora erant fœtida, cutis color cretaceus, Mammæ ſugillatæ ac vlceroſæ, Capillitia glabra, Vires proſtratæ, Menſtrua irregularia, *Sinus pudoris* exulcerati. Euenerat periformitèr, vt quot quot ſiuè

has, siuè illos fuissent exosculati Coniuges; Filij, Fraterculi, Consanguinei &c. eandem sortem subijssent. Sed Genitores eiusmodi Alumnorum ijdemque talium Mulierum viri è maribus suprà cœteros affligebantur. Nihilo tamèn ampliùs laborabant, quàm Oris vlceribus, Scabie, Maculis Pustulisque cutaneis, Articulorum doloribus, Hemicraniâ, similibusque symptomatis benignioribus, in reliquum vegeti ac firmi. Dubitatum quippè fuisset eorundem *Pudenda* plagis aliquibus esse vexanda stante vlcerosâ diathesi *Vluam* Vxorum affligente. Verùm plures ego noueram & antè hos, & dúm hæc scribo, qui á *Spurio* contagio *Pudendagram* nunquàm tulerant. *Dùm*, inquam, *hæc scribo*. Idem quippè nupèr (hoc anno 1715.) contigit in Vico hàud procul ab Vrbe ASTA, cui nomen vulgo *Castagnito*: vndè vxorati homines pro se, Coniugibus, Filijs, Affinibus, Amicisque pluribus consultationis ergo ad me profecti, postquàm auditâ causâ (eâdem nimirùm, quæ in Oppido præallegato] quicquid sibi, Suis, alijsque in eo affectu accideret recitassem [neque enim ipsi quid enarrarent satis sciebant] adeòque applaudissēt tanquàm diuinanti; quùm tandèm eò deueni, vt dixerim, putare me

pro-

probabiliter ipsorum neminē in *Obscanis* partibus aliquam læsionem pati, maiori cum admiratione id verum esse fassi sunt, idemque de reliquis in Pago relictis asseuerarunt. Ratio huiusce incolumitatis si quæratur, præsto est. Ettenim Virus *Venereum* quó longiùs ab ipso fonte [*Pudendo* scilicèt Meretricio] discessit, eò minori pollet energiâ. Hinc noui mulieres ex Maritali copula, dúm Viri *Pudendagra* tenerentur, in Gonorrhœam lapsas sanatos posteá ampliùs non infecisse, ipsis interim difficilé (vt suo loco ostensum est] ab eo morbo rescipiscentibus. Uerúm quicquid de his sit ; satis ex historia ista patere arbitror qualis & quanta existat *Spuria Venereis* seges ac messis.

IV. & Hæreditarij.

Hæreditariam propptereà quod concernit: hęc tripliciter considerari debet; prout videlicèt vel à Matre prouenit, vel á Patre, vel à Nutrice: & si à Matre, rursùm dupliciter. Nàm hæc aut per se, ex causis nimirùm in Theoriâ allatis, vel ab alio infici potuit, vt á Marito vlcere *Præputij* laborante &c Iàm igitúr pueri sati matribus parùm honestis, & quæ adeò *Pudendagram* libidine sibi compararint, præmaturé in lucem exeunt, quarto, quinto, adsummùm sexto gestationis mense: ipsi etiàm

abortus, si talem parentem habeant macilenti sunt, emuncti, tenues, depiles, excoriati, semicocti, rubri [*Fallopiana* comparatione] velut gambari elixi, nec diù denique lucis vsura fruvntur: Qui veró à matre sunt per Coniugem fœdatâ, hi vsque ad legitimum quidèm tempus Vtero gestantur, sed nati graciles, teretes, languidi, quæruli cernuntur, prætereá depilati, rhagadibus pleni ac fissuris, quamvis ad extremum nec tàm repentino fato subijciuntur, atque aly mòx indicati. Si verò à Patre *Hæreditas* illa sit; licét hic minorem in Generatione partem habet, non desinit tamen, quin vel teterrima Luis vestigia imprimat in filijs, præcipuè si *Legitimo* laboret morbo, & semine scateat salillis celticis referto. Quippè aliás, in Lue *Spuria*, vti, eiusmodi corpusculorum agmen rarum est, quòd nempè in transfusione sua defecerit, ità ex longiori circulatione, diutinâque humorum maceratione disperit aliquandò atque obliteratur. Sin hoc, sulphureis fortasse, ceù compedibus implexum toto vitæ tempore in filiorum corpore cubatur, nec demùm nisi vi fermentationis alicuius, vel dissolutionis se asseret in libertatem decimo, vigesimo, aut trigesimo ætatis anno Luem tunc *Venereã*

exe-

exerens si angulis integrum fuerit; mutata verò configuratione pro Lue Cachexias, Tabes, Atrophias, Rachitides, Arthritides, Scabies dabit, vt & alia huiusmodi. Euenit pariformitèr ex Patre, qui semen vel radicalitèr, vel per viam *Spuriam* habuerit inquinatum, vt in prima, vel paulo post primam conformationem in fœtu fiant noduli ex salibus & sulphure, idest lympha, prædictis; qui laxis eiusdem membris intimè penetratis, secus ossa [veriùs ossium rudimenta] ad Articulos tandèm deuoluuntur: vbi porrò, quoniàm indè ampliùs ab humoribus elocari nequeunt proptèr eorũdem capita, seù Condylos, sistunt iccircò se se, atque in Periostio tàm hos condylos, quàm istorum Acetabula inuestiente stationem ponunt, vsquequòd ineunte ætate enodentur, dissoluantur, atque inclusis demùm salibus *venereis* faciant exeundi potestatem. Tùnc igitùr emancipata hęc, tametsi in figuratione detrimentum passa fuerint, idonea nihilominùs adhùc sunt ad fermentandum. Quamobrèm cum etherogeneis sibi, inque Sanguine innatantibus particulis rudiusculis partâ turbâ, vicinæ fibræ diuelli, sanguifera vascula disrumpi incipiunt sic quòd ad extremũ articulationis actio impeditur, Inflammatio

 gigni

gignitur, & Tumor adeò ibidèm excitatur nõ-nihil liuescens ob veneni naturam Vitriolicæ proximam, vti nouimus. Iàm veró ex tumore Abscessus fit; vndé infernè à pure corrupto osse, Musculi supernè ceù terebrà perforantur: atque ità demùm proptèr arctam partis structurã ichorisque stipticitatem fistulosum vlcus gignitur Spinę ventositas dicta, *Seuerino* Pedartrhocaces, quòd nimirúm Metatarso fiat vtplurimùm proptèr Articulationum in eo loco latitudinem ac pluralitatem: quicquid ex aliâ parte contingit etiàm Spina ventositatis, nec minus raró, in Metacarpo, itèmque in alijs Ossium iuncturis, vt in connexione Cubiti cum Osse humeri &c. sed hoc non ità crebrò. Vbicùnque veró situm fuerit tale vlcus, in moribus habere solet, vt quó plus tumet iunctura, Artus vtrinque decrescant. Sugitur enim iugitér per dictam fistulam nutritius succus, hoceſt, ruit quá data porta in malam frugem: corroditur etiàm à Veneno ibidèm latitante, quicquid vltrà membri certam dimensionem extendi nequeat & totum corpus inuadere proptèr acquisitam possessionem, quę cum membris cœteris non communicat. Nihilosecius nutrimento Corporis exindè quotidié effutito Contabescentia, Dolor,

Mors

Mors superueniunt miseris filijs nedúm viuere assuetis, atque infimæ Pubertatis. Quodsì porró venenatorum salium inuolucra præallegata ad tàm ima, nempè ossa, non descenderint; verùm sub cōmunibus Integumentis condita ac substrata fuerint, profectò eadem, vti ad communia lymphę excernicula, glandulas scilicèt Conglomeratas ac Vessiculosas cum tempore deferrenda erunt, sic Tonsillas denique, ceù in edito sitas glandulas, ac præ cæteris Cuti viciniores adepta ibidèm obstructiones facient, quæ Tumores Schirrophlegmonosos secum trahent, idest Strumas. Ac postremò in ipsa Dermide castrametata, obstructis pedetentim glandulis eiusdem miliaribus paruisque phymatibus excitatis Herpetes generabunt pro causæ facultate etiàm Estiomenos. Superest Nutrix; hæc etiàm pro ueneni robore Lactentem magis, minúsue inquinare solet, & citiùs tamen, quàm si à Patre *Spuria* Lue contaminato malum effluxisset. Breui nempè in Ore fiunt aphtæ in peius quotidiè degenerantes: Infans etiàm languet, pallet, non vigescit, ægrè ad incessum se disponit, si parum veneni suxerit &c. nàmque ex maiori istius copia morbi contingunt, qui intrá pauca eundem vel ipsà vitá

de-

destituunt, vt est manifestum. Atque hæc de Lue *Hæreditaria*: quæ licèt quod Nutricem posset aliquandò vocari *Spuria*, tamen, quia mater est, quæ nutrit; à Nutrice iccircò affectus intèr maternos adeòque *hæreditarios* duximus computandos.

§ 3

J. Natura Morbi

TOt in vnum conspirantibus plagis, tot laruis totque eiusdem propaginibus moniti quidni repetamus heic, quod initio eramus augurati, esse videlicèt *Veneream* Luem *Complurium malorum à sanguine per acido-fixa Venerei alicuius Vlceris spicula dyscrasiato, siuè grumefacto, & corrupto, cumulum & Prouentum?* Annuunt certè omnes, & sic *Mercatus* præ cæteris, & *Vigonius* autumare iamdudùm non dubitarunt, quòd *omne morborum tàm acutorum, quàm chronicorum genus cum Gallico potest complicari*. Hinc alij *Compendium illam Ægritudinum omnium; Iliadem omniuariam, inenarrabilem; Miserabile Scortatorum flagellum; Morbum plusquam Herculeum, Leoninum occultum, dolosum, pertinacem, insuperabilem* appellitarunt, verbo, Mare malorum. Ast non omnes tamen, neque vnà, vbique & sempèr coeunt istius procellæ: verùm pro temporum, ac subiectorum varietate nùnc plures,

res, nùnc pauciores, molestæ, tolerabiles, intensę, remissæue spectantur; vt si vetus, aut noua sit ea Lues, *Legitima*, aut *Spuria*, Hyeme, vel Æstate: & quod subiecta, difficile inuentu est, quod virus ità alicuius cruorì accōmodatum sit, vt ipsius particulæ hunc amussatim penetrare, scrutari, transfodere, valeant; nullæ pereant, liquescant, figuræ ac molis tetrimentum faciant; vt itèm omnes vires suas exerant, incœptumque alacritèr vrgeant; vt denique sanguis ad eum modum alteratus sit, qui requiritur ad plus centum ægritudinibus inducendum. Nimirùm inest cuilibet peculiaris quædam in Humoribus, aut in Organis structura, cuius ratione naturalitèr *Venereo* seminio resistitur: non naturalitèr autèm Cibi, exercitationes, Aer calidus &c. multum possunt; Vltimò, prætér naturam, ipsi morbi, vt febres superuenientes Luem quantumuis *Legitimam* supprimere, interdùm etiàm extinguere consueuerunt, viru scilicét uolatilizato, atque in aliam substant iam conuerso. Verùm de his fusiùs in Prognosticis.

IJ. Differentiæ

Quod impręsentiarum; vtvt Lues illa rara, vtut mitis adsit, magni nihilosecius interest eiusdem processum metiri. Nos propterea tri-

pli-

plicem, aut quadruplicem ad immitationem *Fernelij* ſtabilimus eiuſdem differentiam. Prima eſt, quùm Os (ab hoc enim ſempèr incipiendum ob totiès vulgatum illum conſenſum *Arui genitalis* cum eodem Ore: de quo conſenſu ſatis plura alij, nominatim *Septalius*, *Spigelius*, *Sachsius*; cuiuſque rationem, miſſis armonijs omnibus & proportionibus, nos ad ſabacearum glandularum vtriuſque partis vniformitatem deffinitiuè ablegauimus) quúm, inquam, Os excoriari incipit; Gurgulio producitur, vnàque extenuatur; creſcit Sputatio; Mariſcæ in *Podice*, Exanthemata quædam & maculæ, aut paruæ Puſtulæ in aliqua corporis regione conſurgunt. Tùnc enim primitùs coaleſcente Lympha Serum in remotiores prouincias decedere incipit. Alter gradus eſt, in quo prætèr *Vterum* (qui in Fœminis, vt & Os, antè alia vexari ſolet) Mammæ dureſcunt; Scapulæ & brachia quaſi torpeſcere videntur; Dorſum Rhumatiſmus occupat; Scabies & granula pruriginoſa multiplicantur coeuntque Herpetis in modum; Dolores in Artubus perſentiuntur, Pili decidunt; Emicrania Synciput infeſtat; Vox rauceſcit; Spiritus fœtet; Naſus decurtatur, atque intrinſecùs cariatur. Siquidém in hoc virulen-

rulenta salia, quæ in sanguine percrebuerunt (ex adiunctione aliorum in sibi similia conversorum) à præfato sero iàm vniuersim circumducuntur. Tertiùs est, quandò Musculi oppidò rigescunt, ijdemque dirè torquentur Nodis percelluntur: quùm, inquam, Ganglia in iuncturis, Tophi in Fronte apparent; Strumæ, Parotides, Bubones erumpunt: Vlcera dolosa in Gulâ, Palato, *Pudendo* & vniuersa Corporis mole propullulant, siuè, Verrucę in eadem parte & schirrosa tubercula iuxtà Ossa exoriuntur; quùm denique omnia redundant sanie, præsertim *Ceruix* Vteri ac Mammę, quibus etiàm cancer accedit. Quippè in hoc statu lympha sanguinis proximè coagulata, balsamicum sulphur exæsum, reliqua eiusdem massæ elementa diuisa. Quartus demùm est, in quo dicta omnia ad acmin peruenere, Tussi, Anhelitu, Macie, Febre hecticâ in superpondium irrepentibus, vt & Vlceribus cachœticis & vix ad cicatricem peruenientibus, Uigilijs, Conuulsionibus, diarrhœis, ac tandèm Morte. Et plané, eâdem lymphâ omninò condensatâ quid, nisi virulenta amurca nutrimenti loco sit? Interim verò congestis circà Cor polypis duriusculis ex illâ; circà reliqua autèm nigerrimis fœcibus ex sanguine sphacelato Corpus alimonia priuatum

vitâ etiàm destituatur opportet. Iàmque hi sunt per quos gradus in Lue *Venerea* ad mortem accessus est, nec tàm in *Legitima*, quàm & in *Spuria*, & in *Hæreditaria*, saluis duntaxàt differentijs, quas intèr ambas istas Luis species & *Legitimam* illam intercedere iàm suprà denotavimus.

IIJ. Diagnosis;

Ex talibus itèm differentijs discernuntur facilè eędem luis species intèr se. Nàm si lenta, si blanda sit Lues, & vel lenissimis *Antiuenereis* obsequatur, *Spuria* censenda venit: *Hæreditaria* verò quotiescùnque citrà apparentem causam Infans in morbos incidit, qui lymphæ argvunt condensationem; videlicèt rursùs triplicem nos statuimus *Hæreditariam* Luē Prima est, quùm Puer pręmaturè nascitur, videturque ruber, veluti excoriatus, decoctus, & citó demùm vergit ad interitum. Hanc enim nouimus á Matre deriuari, quę plusquam Foetum in Vtero, Morbum *Gallicum* in vasis incubauerit Altera est, quæ mitrior ab eadem genitrice infecta quidèm prouenit, sed non eà infectione, quæ obseruatur in Lue *Legitima* detentis, idest non ità fixâ: laborauerit nimirúm Mater gonorrhœa sed quam á Coniuge, non verò cum pluribus libidinando contraxerit. Quamobrèm Infans in

eo

eo casu ſtato quidèm tempore oritur; aſt intrà pauca nihilominùs Rhagadibus deprehenditur, & Fiſſuris, & Aphtis, & Tabe; quibus ni tempeſtiuè ſuccurras, biennium, triennium, aut quadriennium vix attingit, pro maiori videlicèt aut minori virus energia. Vltima eſt, quæ á Nutrice & Patre dimanat: ſed ex priori repentini atque euidentes fiunt morbi, cauſam facilé indicantes; ex poſteriori verò occulti, & qui nonniſi tractu temporis, cum aliarum affectionum larua ſe manifeſtant. Trium interim eiuſmòdi Specierum, *Legitimæ*, *Spuriȩ*, ac *Hȩreditariæ* Luis incommoda verè prò talibus haberi poſſunt, quotieſcunque non diuiſim, eſt vnà fartim, ammuſſatim ſuperueniunt. Cæterò quippè plura ex ijſdem cum Hypocondriacis, aut Scorbuticis confundi ſolent: imò in regionibus ſeptentrionalibus oriſque maritimis [vbi Endemius, familiaris ac veluti vernaculus eſt] Scorbutus inueteratus & grauior luem *Veneream* ità aliquandò mentitur, vt ægerrimè Medicus & ſibi & quærentibus fidere poſſit. Nam Bubones & furunculi ſæpè *genitalia* aut eorum viciniam infeſtant; haud raró quòque infert exulcerationes linguæ, gingiuarum, palati, cariem maxillarum & complura alia,

quę Symptomata 49. numero ſupputauit *Eugalenus*. Quanquàm quod Bubones; differunt *Gallici* á Scorbuticis, quòd in illis apertis materia pinguis reperitur, quale nihil in iſtis Scorbuticis apparet. Præterea tumores ſcorbutici ſequuntur vitam calamitoſam, *Gallici* luxurioſam. Uideatur hac de re idem *Eugalenus*. Quod autèm reliqua, *incipientem ſcorbutum* (loquar cum *Sennerto*) *eiuſque prima quaſi rudimenta produnt laſsitudo ſpontanea, in abdomine & cruribus grauitatis ſenſus, Crurum debilitas & dolor obtuſus, Pectoris anguſtia ac reſpiratio difficilis, quę ſenſim percrebreſcit*. Lues autèm *Venerea* in Ore, Cute, Articulis breuì ſe manifeſtat: ægroti conſtant viribus, benè reſpirant &c. Præterea in Scorbuto accidunt Ventris, Hypocondriorum, Lumborum, Dentium dolores, Vomitus & ructus, lypothimiæ, Febres erraticæ, omniuarię hæmorragię, horror, tremor, ſtupor, triſtitia, memoriæ defectus, paralyſis &c: quæ in Lue *Venerea* rarò contingunt. Denique, poſt anteactæ vitæ ſcientiam, tutior Luem à Scorbuto cognoſcendi modus erit mente recolere proceſſum eiuſdem Luis, quem tradidimus. De malo Hypocondriaco res eſt clara: tantùm innuam reſpectu vtriuſque huius morbi, Hy-

po-

pocondriæ ſcilicét, ac Scorbuti, aſſimilari hos valdoperè Lui *Venereæ*, quòd ab eâdem cauſa pendeant, ideſt à lymphæ in ſanguine condenſatione, quę minor eſt in affectu Hypocondriaco, maior in Scorbuto, & maxima in morbo *Gallico*, pro ratione nimirúm virus, à quo producitur. Supereſt ergò Lepra, quæ niſi Lues *Venerea* eſt, certè nihil aliud eſt, lepra, inquam Arabum nuncupata (quandoquidèm altera Græcorum nihil diſſidet à Scabie fera) Fauent opinioni meæ hodierni Luis *Venereæ* de ſcriptores: & ipſe idem, dúm Veterum monumenta reuoluo ac de Lepra Tractatus lego, vel ab ipſis titulis Luem *Veneream* videor perluſtrare. Sic ex *Montagnana* hęc tranſcribi poterunt. *De Lepra propriè Elephantiaca, cuius accidentia ſunt Caſus pilorũ barbæ & Superciliorum, Puſtulæ per vniuerſum corpus apparentes, Aſperitas & raucudo vocis Difficultas anhelitus, Sitis immoderata, Tenſio ſplenis, Multitudo ventoſitatis in omnibus Inteſtinis* [& hoc ipſum eſt, quòd oblitus ſum indicare *paragraph. ſuper.* vidiſſe nimirùm, me Lue *Venerea* extinctos habuiſſe Inteſtina turgida, vehementèr inflata; quod ego in Bilis exuberantiam pròptereá refundebam) *Fœtor horribilis totius corporis, deſædatio cutis*

capi-

capitis, *Corruptio coloris naturalis*, *Multitudo pustularum in facie*, *Alco osa dispositio in ore*, *Pruritus in vniuerso fere corpore*, *Angustia partium nasi*, *Impotentia motus membrorum*, *Stupor eorumdem*, *Dispositio maculata seminis genitiui &c.* Nàm quorsum hæc, nisi vt ostendatur, morbum *Gallicum* obsidione Neapolitana antiquiorem fuisse? & tamen neutrum creditum fuit hactenùs, habeturque sempèr tale malum à *Carolo* Rege inchoasse. Quicquid de his sit; protestati fuimus ab initio, nolle nos in has quęstiones descendere, apparetque satis ex Theoriâ Nostrâ quamobrém Lues *Venerea* vel à *Nannaco*, vt aiunt, existere debuerit. Hinc Antiquissimus ille Polysthor *Herodotus* refert ob depeculatũ in Palestina *Veneris* Vraniæ Fanum Spoliatoribus prolibusque à Deâ morbum fuisse immissum Theliam, idest *Pudendi* defluxionem; quam veriús ex consuetudine cum scortis illic sacra facientibus contractam arbitror, planè vt in castris ad Neapolim. Narrat deindé *Iustinus* de Agatocle Siciliæ Tyranno, quòd formà, & corporis pulchritudine egregius, cùm diù vitam stupri patientia tolerasset, annos posteà pubertatis egressus libidinem à maribus ad fœminas transtulisset, tandém morbo

bo correptus fuit, *quo toto corpore comprehenſus* [ſunt illius verba] *per omnes neruos articuloſque peſtifero humore graſſante, velut inteſtino ſingulorum membrorum bello impugnabatur.* Et de facto *Pudendorum* morbos nullo non tempore extitiſſe docent ipſæ-met *Sacræ Paginæ*: docent & paſſim *Hiſtoricorum* monumenta. De Appione Alexandrino, V. g. narrat *Ioſeph Flauius*, *quòd neceſſariò circumciſo circá genitalia, vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus exſpirauit*, quaſi nimirum Phymoſe, aut Paraphymoſe laboraſſet in pœnam odij & calumniarum, quibus idem Appion (præfati *Hiſtorici* dicto) in Circunciſos ſuos ferri pro more habuerat. Jtèm de Galerio Maximiano refert *Euſebius*, *peremptum illum ab vlcere in quadam parte* (reticenda nempè quià *pudenda*) *ſordido, maligno, depaſcente, quod vſque ad Inteſtina penetrauerit, ac rursùm ità fœtido, vt plures Medici edicto occiſi ſint, quód nequiuerint tolerare* (fœtorem audi Bubonis *Venerei* exulcerati) Sed miſſis *Hiſtoriographis* adducendi hìc potiùs eſſent *Medici*, qui verbo tenùs *Pudendagram* cõnotarunt: intér quos *Salicetus* [Author fere 500. annorum] titulum hunc apposuit Cap. 18. ſuæ Chirurgiæ: *De puſtulis albis & ſciſſuris & corruptionibus quæ*

 fiunt

fiunt in Virga & circà Præputium propter coitum cum Meretrice vel fœda, vel alia causa. *Gordonius* paritér Cap. 5. Libelli sui inscripserat, de *Passionibus Virgæ*: adducendi, inquam, etiàm alij adhùc vetustiores, nempè *Hippocrates, Celsus, Galenus, Plinius, Auicenna*, è quorum diuersis scriptis *Pudendorum* morbi colligi affatim possent; verùm quoniàm id ab alijs iàm præstitum est, præcipuè ab Authoribus *Gallis* [fortassè vt odiosum ipsis *Gallici* morbi nomen auerterent ac confutarent] manum contraham, & *Chirurgos* duntaxàt antiquissimos inducam saltim eum in finem, ne Theoreticæ nostrę theses ab aliquo in dubium reuocentur. *Rogerius* igitùr, qui, post interdictam ab *Auicenna* Principe Medicis manualitèr operandi Artem, primus *Chirurgorũ* fuit *Guidone* teste, medicamentum adhibuit ad Verrucas, Pustulas, Cancrum & Fistulas Virilis *membri*; ad Inflammationem itèm & excoriationem *Testiculorum*: vbi subijt risisse, vt legi commendare ipsum in curatione Lepræ indè natæ post vsum Stuphæ Testium abscissionem, fortè nempe sic morbi originem ostendens. *Rulandus* deindè in omnibus *Rogerium* secutus adiecit Tractatum de Cancro in naso & Reliquis partibus Oris, de corrosione

Gingi-

Gingiuarum earumque ſeparatione á dentibus; ſcripſit inſupèr Tractatum de Bubone *Inguinis*, quem qui legerit non poterit non dicere, quòd Bubo illius ſæculi nihil à noſtro, poſt obſidionem ſcilicét Neapolitanam animaduerſo, diſſentit: *Rulando* ſucceſſit *Brunus Longobrugenſis*, qui egit de Clauo, Formica, Porris & Verrucis, quæ tùm *Preputio*, túm alys *Virgæ* partibus contingunt. Emicuit poſteá *Theodoricus*, à quo *Ani* Mariſcas, Nodos Capitis, & Gummata prætereà inuenimus adnotata. Nec pergam voluere Textus inſequentium *Chirurgorum* præſertim ac *Medicorum*: *Valeſci de Taranta*, *Lanfranci*, *Bertapagliæ*, & *Guidonis de Cauliaco* Authoris nouiſſimi, & qui tamen plus vno ſæculo vixit ante *Carolum* Regem; qui ſinguli de *Pudendorum* morbis ex profeſſo egerunt: vltrò, meo videri, ſufficientibus illis vetuſtioribus vt oſtendatur ſiué hos morbos, ſiuè Luem *Veneream* longè antè annum 1494. incæpiſſe. Et profectò *fuerunt* (inquit *Sinapius*) *à primis vſque ſæculis Meretrices*, *Proſtribula*, *Lupanaria Fœminæ menſtruatæ*, *impuri concubitus*, *luxuria ſeú immoderatus Veneris vſus*: *fuit item id*, *quod inculpatum temperamentum malencholicum*, *Saturninum dicunt*, *humores ſalſi*, *acidi*, *fæculen-*

ti, tartarei &c., quorum effectus non adeo recentes esse debuerunt. Sed occasionem (addit) *falsę huius denominationis* [Morbi nimirùm Gallici, aliàs Neapolitani, Hispanici, Indici, miror cur Italis non etiam Bauarici aut Suedici; à fluxu nempè Oris & sudore, quibus curari solet] *& opinionis de Pudendorum affectibus ortam esse iudico ex defectu typi & librorum Authorumque vetustiorum. Cum enim parùm aut nihil nobis cōstet quales morbi, quales curę sæculis ante nos tribus, quatuor, quinque, sex &c fuerint, hinc poterat idem morbus qui in castra Gallorum tunc temporis ad Neapolim est propagatus longo tempore semper fuisse & extitisse.* Sed satis extra oleas Quod igitúr propositum, an videlicét Lues *Venerea* idem sit cum Lepra Antiquorum, legatur duntaxàt examen Leprosorum à *Guidone* pręfato descriptum; *Medicus* [inquit] *debet imprimis interrogare de his, quæ disponunt ad Leprā; Si ipse habet aliquid, vt si ipse est de genere Leprosorum, aut si est conuersatus cum eis, & quales ægritudines consueuerunt pati. Deindè inquirat cum notis ipsorum & cum ipsis de astretia & moribus ipsorum, & somnijs, desiderijs ipsorum, & si sentiunt acuitatem, ardorem & puncturas in carne: deindè tangat pulsum* [quem vel anteà dixerát esse debilem] *& consideret aspectum; secundùm*

cundũ, Supercilia, si sint depilata, si sunt inflata Tuberosa: de naso, si est tortus, vlceratus intus; de Auribus, si rotundantur & curtantur: de Voce, si loquitur rauce & cum Naribus; de Labys & Lingua, si sanguinantur & vlcerantur, & si habeant grana: si anhelitus sit difficilis & fœtidus, & si eius Forma sit diuersa & horribilis. Deindè faciat ipsũ expoliare & consideret imprimis Colorem totius Corporis, si est tenebrosus & morpheus; posteà substantiam carnis, si est dura, aspera, tuberosa presertim circà Iuncturas & Extremitates, & si est Scabiosus, serpiginosus & Vlcerosus: si corium eius crispatur, vt Anseris; si musculi sunt consumpti: si patitur dormitationem in membris &c. Hæc ex *Guidone* citato: quæ si cum Accidentibus Luem *Veneream* concomitantibus conferas non magis aquam aquæ similem dices, aut ouum ouo [iuxtà prouerbium] quàm Morbum *Gallicum* huic Lepræ. Enim verò, dum Prisci hanc in Alopeciam, Elephantiasim, Leontiasim, Theriasim diuidere voluerunt; & rursús istarum Symptomata in Serpiginem, Impetiginem, Vitiliginem, Saphat, Baaras Albaras, Scabiem, Morphæam, Lichenen [quod malum *Simphorianus Champerius* contendit acritèr fuisse ipsum purũ putum *Gallicũ* morbum, quidquid ex alia parte negent id

Leonicenus, *Fuchsius* & alij] dùmque istarum singulas adhùc in plures alias ægritudines subdiuiserunt, distraxerunt, siuè confuderunt, adextremùm nil, nisi nudo nomine Lepræ relicto, Neoterici porrò collectionem eiusmodi morborum in castris ad Neapolim demirati non ampliùs veterem, verùm potiùs infirmitatem arbitrati nouam, novum proptereà morbum novo nomine dignari voluerunt; sicque pro Lepra Lues *Venerea* nata est.

IV. Prognosis:

Quod prognosin: sperauerat *Fracastorius* Luem hanc, vt supradicta (neque enim post inuentum Luis *Venereæ* nomen, alia porrò Lepræ, Serpiginis, Elephanthiasis &c. ad aures crebrò peruenerunt) suum finem denique habituram; cecinitque iamdiù nęniam hoc carmine.

Nāque iterùm, cùm fata dabunt, labentibus (annis
Tempus erit, dùm nocte atra sopita iacebit
Interitu. ——

Verùm *Sennerto* dolente, spes illa ipsum plurimùm fefellit: cùm iàm vltra 300. annos sub tali titulo durauerit, nihilque etiàm de atrocia sua remiserit. Aliundè potiùs spes eiusmodi aucupanda venit, ex Pharmaceuticis & Diæteticis. Hinc cœli clementia V. g. idest

aer

aer calidus & humidus (antiquo verbo) vt Marinus, multum iuuat. Sic nempè *Fallopius: crebra est mercatura Gallici Venetijs; sed aer saluberrimus est, secùs opporteret relinquere locum inhabitatum, aliundè nouos colonos expiscari.* Pater proindè morbum hunc in calidis regionibus minùs sæuire, quàm in frigidis; atque Indos iccircó, quibus idem Endemius & vernaculus est, cum ipso ad extremum vsque senium perdurare. Insupèr; febris Lui *Venereæ* superueniens morbum soluit. Testatur hoc continua experientia; atque ipse imprimis raró febrem *Pudendagricis* contigisse aduerti [vt & eosdem Pesti ferè nunquàm subiacere autumant *Paræus*, *Diamerbræckius* alijque passim: imó, vel si Bubone *Inguinis* duntaxàt, alioue morbo in *Pudendis* anteà correpti fuerint) quibuscunquè veró ipsam accidisse noui salutarem sempèr comperi, & ni ad summum virus alicubi fixum hæsisset, vt in Ossibus, quæ carie afficerentur &c. Prostat huius rei exemplum apud *Nicolaum Massam*: *Audiui* [rescribit ità ad Appollonium suum) *Historiam Iuuenis laborantis Morbo gallico: qui haud dudum infectus fuit ità quod novus morbus proculdubio erat: quanquam dolores vehementissimi eum per vniuersum molestabant corpus, qui*

Obseruat.

artus

artus omnes & caput etiam comprehendebant vt minime nocte dormiret, aderatque faucium & Vlulæ exulceratio non parua: cui iuueni superueniente tertiana febre ex pharmaco leui, quod illi exibuisti: quarto die non tantum ab ipsa febre, sed à doloribus omnibus gutturisque exulceratione liberatus fuit, ac ita incolumis factus est, ac si nũquám aliquid mali passus esset &c. Et ego equidém sanatæ Luis nullum certius habeo indicium ipsa febre, quę vsum pharmacorum exceperit, itá nimirúm, vt quùm ægrum Ephemerâ aliquâ laborantem inuenio statim denunciem ipsum á Lue integrè coualuisse. Quód verò *Syphili* raró febricitent, nec pestem contrahant, hęc ratio est; quià acidum *Venereum* est ità fixum, vt alius cuiusuis inspirati miasmatis impressioni resistat. Atque hinc profectò oritur difficultas ab eodem perfectè eluctandi. Vtut enim affabrè curati, ęgri nihilominùs sæpè in pristinum malum relabuntur. Difficilè paritèr inflicta in eos vulnera consolidantur: quin imó exasperantur & cancrosa fiunt vtplurimùm, *Venereo* nempè acidò Balsamicum quodlibet deuorante, & sic ceù sannâ posticâ Chirurgi operam eludente. Cœterò, quod Luis Species; planum est intér ipsas pessimam esse *Legitimam*, hoc

Obseruat.

est

est primam: intèr verò istius gradus, truculentissimum esse vltimum. Notaui tamen, cùm in his gradibus, tùm speciebus, quotquot Scabie, pustulis, siuè crustis scatuissent, quę siuè arentes facilè decidebant squammarum instár, siuè humidæ Cuti adhærescebant, omnes nec tophos, neque aliam huiusmodi excrescentiam pertulisse: et vicissim, qui his subijciebantur raró scabie fuisse tentatos. Sed isti doloribus capitis & Luncturarum insupèr erant afflicti; illi, non ità molestè; foràs videlicèt versâ materiâ. Et iuxtà memoratos gradus; tene Supremum illum nullam admittere curationem, benè autèm tertium, & facillimè omnium alterum, imò primum; adeò quòd in hoc morbo, vt & plerisque, salus in celeritate consistat, periculum in morâ. *Spuriam* quod attinet: Mulieribus hęc sempèr infesta, nisi fortasè gonorrhœa teneãtur. Quippè sic, imminuto per eiusmodi quasi Saliuationem viru *Venereo*, non itá periclitantur, ac si tali diuerticulo, siué colliquiario carerent. Obseruaui iccircò complures á Maritis infectas, & quæ tamen fluxum illum non patiebantur, conuocatis posteà attrocissimis febribus, Tumoribus, Cephalagijs diem clausisse & cum Intestinorum, aliorumque

Obseruat.

Obseruat.

Viſcerum doloribus immaniſſimis, ex fermentatione videlicèt, quam virus in ſanguine accenderat. Nonnullæ inſupér Mammarum Schirro, Vlcere Vteri cancroſo, Ouariorum Tumore laborabant adiectâ Femorum & Crurum gracileſcentia nimiâ, & quarũ præſertim Genua OEdematoſus tumor occupauerat. Aliæ tandèm morbum *Gallicum* nactę ſunt *Legitimo* parem: quanquàm Puſtulis non ità crebris Fœminæ ſtipari ſolent, ac Viri, at vlceribus tamèn copioſioribus veniam iſtam *Veneri*, veluti cum fænore perſoluunt. Uæ prę cœteris nihilominùs prægnãtibus & nutrientibus [vt *Sacrę* ferunt *Literæ*] illæ ſiquidèm indubitatè abortiunt plerùmque, inque aborſu de vita periclitantur; hæ iuſto citiùs in Tabem incidunt. Cœteró, quod Gonrrhœam muliebrem: hanc iamdudùm immedicabilem ſtatuimus; addendum núnc, non referre vtrũ Vetulam deprehenderit, an Juuenculam. Nupér ettenim talem Gonorrhœam aduerti in puella 6. annorum, quam Conductor quidam inire fruſtrà tentauerat, remedijs quibuſuis non obſtantibus adhùc perſeuerare. Sed hoc in eum finem duntaxát, vt colligas etiàm hinc fundamenta Theoriæ noſtræ, vbi nempé oſtendimus non Vterum, ſed eiuſdem *Ceruicem*
pri-

primariò infici in Gonorrhϕâ muliebre: ac præterea, Virile ſperma analogum eſſe humori *glandularum Vaginalium*. Etenim, ſi nec introducto *Pene* [vt conſtitit ex Iudiciali Viſitatione] à corrupto ſemine, quod *exterius* Vteri *Orificium* tantúm irrumauerat, Gonorrhœa illa vera & verè virulenta (vti ex colore & conſiſtentiâ dignoſcebatur) haberi potuit, quidni dicemus è tali homogeneitate id prouenire debuiſſe; & cùm in eiuſmodi puella partes tàm organicę quã inorganicę admodúm tenellę eſſent, adeóque cuiuſuis alterationis ſuſceptibiles? Nàmque hoc rurſús in aduerſarijs habeo, mulieres, quò iuniores, eò faciliús infici, vel alterari. Poſtremò quòd *Hæreditariam* attinet Luem: magis inſidioſa eſt, quæ à Patre, quàm, quæ à Matre influxit, vel à Nutrice. Quandoquidẽ vtraque hęc celeritèr ſe manifeſtat, illa verò non ità. Vt uerò (loquar cum *Terentio*) *quod audio vulgo dici*, *Dies adimit ægritudinem hominibus*, ſic dirior cenſenda Lues, quæ velociùs accurrit. Hinc nati quilibet macri, graciles, excoriati, rubentes &c. ortum occaſu ipſo funeſtant: non ità citò, quorum Lues minùs manifeſta eſt; ac tardiſſimé omnium, qui non ſincero ſemine fuerint procreati. Seró quippè hi, imò aliquan-

dò nunquàm originem *Veneream* ollent, conuerso viru in aliorum morborum seminaria, & quæ tandèm nonnisi per *Antiuenerea* euacuari postulant; in quorum censu sunt Arthritides, Epilepsiæ, Affectus Scorbutici, Hypocondriaci, Herpetes, & si quę sunt alia. Jnterim, quandocunque eò ventum fuerit (audi in qualibet Luis specie) vt Esuries propè canina, Languor, Febricula, maximè verò Diarrhœa & partium quędam alsiositas, quæ identidèm recurrat, & remissio denique partium membranosarum obseruentur, tenendum, instare Lethum, & quòd

Obseruat.

Nec vis Herculea fatum euitabit acerbum, cum *Homero*.

§ 4

J. Cura Luis Veneræ Legitima

CArdo rerum itàque in hoc vertitur, ne rubelli sanguinis globuli ab acido *Venereo* perstringantur; in quo casu actum de Vitâ. Dùm verò eiusdem vis adhúc hæret in Lymphâ (quam nempè veluti vinculum esse adspeximus reliquorum principiorum massę sanguineæ] considerandum, tenellum-ne sit, an firmum ipsius coagulum, habito nimirùm respectu ad signa, ideft ad morbos ab eiusmodi coagulatione resultantes iuxtà quadrupli-

plicem illum Luis *Venereæ* gradum, quem desſignauimus. Et ſi adeò eiuſdem lymphæ filamenta in tenuem quendam cremorem ſolummodò abierint, ſufficiunt, quęcunque iſtum excutere, raras veneni copias diſſipare apta ſunt, imprimis ſalſo acria cúm fixa, tùm volatilia, quorum, efficaciam in eiuſmodi ſtatu nemo non eſt expertus: ſuntque è prioribus omnia ex Eſulâ, vt Scammoniata; deindè Colocynthis, Jalappa, Helleborum, atque ex his parata Electuaria, Confectio hamech. trociſch. alkandal. &c. In formâ liquida ſi expoſcas

℞. *fol. ſen.* ℥ j; *rhabarb. elect.* ʒ j ß. *Jnfund. per noct. in vin. alb.* ℔ j. *Colat. diſſolu. ſyrup. roſat.* ℥ ß., *confect. hamech.* ʒ v. *f. p. pro* 3. *dos quarum p. cap. hor.* 1. *matut*, *Alteram hor.* 2. *deindè interiecto iuſculo ſumat vltimam hor.* 5.

Cœterà tàm hæc potio, quàm boli, aut pilulæ purgantes (quas vnuſquiſque ſibi pro temporum ac temperamentorum diuerſâ ratione fingere, ac variare poterit) alternis diebus repetendæ ſunt, ter, aut quater, aut, vſque quód uiſum fuerit ſanguinem conuenientér ſatis fuiſſe agitatum. In quo caſu locum habent alkalico-volatilia, ſeù. *Diaphoretica.*

℞. *mithridat.* ʒj. *laudan opiat* ℈j ß. *M., uel solut. in aq. scabios. & pauca cinamom. f. p. C. h. s.* (*vti hoc antidotis illis narcoticis*, inquit hac occasione *Platerus præsertim si admistione narcotica ipsorum vis augeatur, exhibitis euenire solere, theriacamque & mithridatium opio dempto sudores minimè mouere alibi docuimus*).

Tale *Diaphoreticum* vsurpare ego soleo tùm alias ad compescendos dolores maximè nocturnos, tùm imprimis post copiosas deiectiones ad humorum præcipitationem, maioremque fixationem (quæ contingit sero sanguinis liberaliús euacuato] suspendendam. Seorsùm purgationem, quoniàm *Diaphoreticorum* diuturnus vsus esse debet, elligenda iccircò magis balsamica, vt ligna quatuor exotica, idest radix chinæ, lignum guaiacinum, Sassafras & sarsaparilla quæ porrò sulphur sanguini conciliare solent; & preterea, quià mediante hoc sulphure (illi scilicèt, vndè lympha est, homogeneo) se se facilé in istud sanguinis elementum insinuant, maiorem iccircò agitationem cient in hoc succo, adeòque & *Diaphoresin*, aut *diuresim* vberiorem. Qnippè, quand la sueur ne seroit pas bien copieuse (subintrat hic *de S. Romain*) „

que

que cela ne vos inquiete point: le succes ne „
laissera pas d'etre heureux par le moyen des „
eiections & des vrines abondantes & epa- „
isses, ainsi qu on pourà voir dans le pot de „
chambre, lesquelles supleront au defaut des „
sueurs. Jàm verò qualis esse debeat admini-
stratio eiusmodi lignorum tàm clarè ab alijs
videtur indicatum, vt in hoc longiùs lecto-
rem distinere ducam in anathema. Moneo
solummodò, quòd in tali administratione hę-
rendum nequaquàm est in solâ sudorum ex-
spectatione; verùm in lymphæ penetratione
potiùs, atque in virulentorum salium lique-
factione, quę proptèr analogiam supradictam
contingere consueuerunt ex apozematũ vsu,
quæ ex lignis memoratis constiterint; ac pro-
ptereà in tali casu respiciendum potiùs ad
vrinas atque ad excrementa aluina, quam
ad *Diaphoresin* pręfatam. Quamobrem inter-
miscenda sempér *Purgantia Diaphoreticis*, vt
& quod ab his pręstitum fuerit, ab illis ex-
pediatur, hoc est eliquatio, inuersio & vene-
nati miasmatis eliminatio. Rapimur deindè
ad alterum Luis *Venereæ* gradum. Hic eadem
quæ suprà conueniunt, sed fortiùs, atque
importuniùs exhibita (intelligo *Purgantia*,
nám *Diaphoretica* non sunt *Antiuenerea*; nec
nisi

nisi viam etherogeneis salibus in *cathartico* latentibus sternere solent, vt ex dictis colligi potest]. Urgenda proindè illa, vtque ad vsum decoctorum *sudorificorum* deueniendum fuerit, præscribentur hoc pacto.

℞. *lign. sanct. rasp. & cortic. eiusdem* ℥ ij. *salsæparil.* ℥ß. *fol. sen. oriental.* ℥ iij. *hermodactyl.* ʒ j; *C. C. limat. sem. anis. cinamom. elect.* a ʒ ij. *inf. in* ℔ *vj. vin. alb. per triduum in vas. vitreat. bene lutat. sup. cin. calid. Coq. deinde ad* 3. *part. consumpt. Colat. add. sal. guaiac.* ℥ j. *f. apozem., de quo cap. æger M. & vesp.* ℥. v. *hor.* 3. *ant. past.*

Hoc remedio [verba sunt *Foresti* de apozemate purgante] *consumuntur dolores, vlcera persanantur, resoluuntur citrà inunctionem pustulæ, gummositates, nodi sic, vt neque topicis medicamentis, neque Chirurgiæ locus vllus relinquatur.* Refert quòque idem Author circà hanc rem obseruationes *Augerij*; quem vsque ad citata verba elogio prosecutus fuerat, inducitque hæc: *Noui ego (inquit idem Augerius) qui idem effecerunt decocto buglossi triginta diebus vtentes, & septimo quoque die superfluitates expurgantes cum cassia nunc sola, nunc adiecta confectione hamech: Alij absynthij & mercurialis decocto vsi sunt; Alij bis, aut ter in hebdomada purga-*

tioni-

tionibus utentes tricesimo die sanitati restituti sũt: alÿbis, aut ter idem facientes &c. Vndè liquet, facultatem eludendi virus *Venereum* non *Sudorificis*, ast *Purgantibus* concessam esse. Quodsi nihilominús tàm frequentér purgare non libet, iungendum erit *Diaphoreticis* Antimonium crudum; quod ratione salium alcalico-fixorum rectiús obsistere videtur veneno prædicto, & cùm *Mercurium* eminentér contineat. Modus adhibendi in decoctis tàm notus est, quám, quod notiss.: dabo nihilominùs exempl.

℞. *radic. Chin. & sals. parill. minut. incis. á* ℥. *ij, lign. guaiac. & sassafras contus à* ℥. *j. ß., antimon. crud. crassiusculè triti & in nodul. suspens.* ℥ *j, Inf. sup. ciner. calid. per 24. hor. in vin. alb.* ℔. *vj. Coq. deind. ad. 3. part. consumpt. Colat. cap. ter in diem, mane. scilicèt, á prandio, & ant. decub. continuand. donec. &c.*

℞. *lign. sanct. contus. & sals. parill. minut. incis. à* ℥. *j., antim. crud. in nod. suspens.* ℥ *j Inf. sup. cin. calid. per. 24. hor. in aq. font.* ℔. *vj. Coq. deind., ut supra. Colat. utatur pro pot. ord.*

Cœteró vinũ nos adhibemus in decoctis partim ratione tincturæ, quæ cum eodem meliùs extrahitur; partim ratione stomachi, qui

 à *pur-*

à *purgantibus* eneruatus metũ incutit, ne accedentibus posteà cruditatibus ex aquâ, dispepsis fiat, aut alius morbus hanc sequi solitus; partim denique ratione sanguinis, qui vino fortiús exagitatur. Iàmque hisce remedijs curari posse Luem *Veneream* in primo, aut secundo gradu constitutam à nemine in dubium reuocari debet; apparetque hoc satis tàm ex Scriptis eorum, qui antè *Carpium* saliuationis Inuentorem de Lue *Venerea* meminerunt, quám ex Obseruationibus insequentium Authorum, in specie *Zacuti*, *Plateri*, *Borelli*, *Riuerij*, *Timæi*, prætèr *Forestum* & *Augerium* prę fatos. Vndè qui hodié libros inscribunt, *Methodus curandi Luem Veneream absque saliuatione, & Mercurio*, nihil noui afferunt; cùm talis morbus, si recens sit, non egeat isto: Si àutèm vetus, siuè ad tertium gradum per uenerit, vti mediantibus *Catharticis* & *sudorificis* sanari respuit, ità *Mercurio* tantùm palmam cedit. Permagni ergò refert stationes hasce *morbi* percunctari, & ne in curatione saltim, *Entia* (quod aiunt Scholastici) *absque necessitate reduplicentur*. Interim, si tertium gradum prædictum iàm conscenderit ista Lues, longè fortiore cuneo opus est, vt enodetur. Consueuere propterea Practici

post

post vsum decoctorum ad Sudatoria deuenire, intèrque concremandum eadem apozemata propinare. *Concremandum*, inquam: neque enim heic me continere possum, quin repetam quod de talibus fornacibus aut Stuphis iamdiú scripseram ad Amicum, scilicét: Uideres homines ex fide potiùs Nebuloni cuidam pręstitâ, quám impudicitiæ aliquandò reos ibidèm exitia sua cubare, gehennam maturare: videres, inquam, miseros incendio flagrantes, assos ac ferè tostos clamores edere ingentes, eiulare, suspirare, gemere velut ex Barathro; & nihilominùs tamen non audiuntur, satellibusque, seù lictoribus ac tortoribus laus summa est non esse clementem: Nec preces nimirùm, nec vota ivuant; longùm vstulari facinus, diù torqueri, victoria. Heù pietas! ast istud adhùc iucundi est: quòd, postquã te triduò torserint, si perseuerandum est, impetrari supplicia debent, ne dicam magno pretio emi: secùs aduenturo Ministro aulico, Magnati cuipiam, aut, quęcumque demúm comminiscatur auarus Iatralipta, locus cedendus est; ac tu interim tantumnon coctus abibis. profundendum iccircò, & quemadmodùm corpus sudore, sic loculi pecuniâ emungendi. Macte tamen prodigalitate ista! hoc enim

 tan-

dèm euicisti vt qui anteà pedester indè recessisses, expleto mense iàm efferri debes tabidus, exsuctus, languidus, semianimis, tanquám cadauer, neque alia demùm mercimonia onustus, nisi, quam antè in corpore gestabas. Profectò vidi hos è stuphà ad xenodochium continuò remeasse,& quibus nihil iàm reliqui erat pretèr Animam: nec numerare possum singulos,quos vel insanabiles redditos noui, vel extinctos. Generalitér de omnibus; aduentabant squallidi, aridi, languidi, imbecilles, siticulosi, famelici, queruli, sempèr alsiosi: nonnulli, qui quadratæ staturæ extitissent, faciei flatulentiam, membrorum cachexiam, pectoris anxietatem, hypocondriorum distensionem, musculorum denique inferioris ventris ligneam quasi indurationē pręseferebant, & præsertim qui longiori tempore talia hypocausta introijssent. Alij, quibus vlcus *Præputium*, aut *Glandem* occuparat, non obstantibus etiám peculiaribus subsidijs Jatraliptæ diobolaris, gangrænâ insupèr in eadem parte affligebantur: Plerisque tandèm Pulsus tenuissimus palpabatur, Mictiones erant exiguæ, Diarrhoea, Algor ac Mors denique ingruebant. Iàmque exsectis funeribus conspiciebam insignem Pulmonum extenua-

Obseruat.

tenua-

tenuationem, ſchirroſas cum Hepatis, tùm Lienis obſtructiones, Bilis præternaturalem [potiſſimùm in hoc morbo) parſimoniam, nigredinem atque aduſtionem, lympham liquatã, atque ad inteſtina in lenticularem formam deuolutam; poſtremò ſanguinis vel duabus abindè horis explorati ſpiſſitudinem, feculentiam & limoſitatem. Quibus ſpectatis non potui non abhorrere ab eiuſmodi remedio, melioremque Medicis in ſtuphâ determinandâ mentem precari. Et ſanè, quæ compendia ex ſudore? Expreſſa hæc mera eſt ſeroſitas, ros ſanguinis extrorſùm pulſus. Quæ igitùr emolumenta ab eiuſmodi expulſione, niſi ad ſummúm quòque contingeret ex eâ, vt virus paritèr per cutis poros exprimeretur, vtque adeò lympha ſe ſe in priſtinã aſſereret libertatem? Cùm verò contrarium potiùs accidat in *Diaphoreſi*; & venenum illud in ſicco relictum mole creſcat, proindèque aptius euadat, vt quùm iterúm dilutum atque in actum fuerit exertum, peiora prioribus moliatur: lympha itidèm glutinis formam nacta minùs penetrabilis poſteà reddatur, reſtat vt in forti iſtius craſſamento (cuiuſmodi nempè eſt in tertio Luis ſtatu) ex ſudoribus, nedùm vt benè vertant, omnia veriùs peſſimè cedant;

Ettenim Sanguis sero depauperatus spissam ac fusæ pici consimillimam consistentiam inducit. quocircá non tàm impar euadit secernendis recrementis, quàm membris etiàm, præ balsamicarum partium colliquatione & exhalatione, nutriendis. Hinc itàque fiunt Tabes;hinc Pulmonum extenuationes,tubercula, excrescentiæ &c. hinc demúm Hepatis aliorumque viscerum tenacissimæ obstructiones.Mitto præparationes in Stuphis,quę dúm diutiùs luduntur, ansam morbo dant, vt Tragædiam claudant irreparabilem.Quod mea: dicam, eorum,quotquot Hypocausta curationis ergo frequentasse noui, neminem comperisse, qui exindè non totale exitium, vel nullum subsidium,vel si quid vtilitatis denique sibi compararit, id neque statim, ob virium deiectionem, nec subindè, ob morbi regressum degustare valuerit; si qui verò sub morbi initio benè se habuit, remi hoc aliud (vt adagio fertur)genus erat,& quod iuuamen ego non igni; verúm propinatis in Stupha, vt moris est, *Antiuenereis* pharmacis acceptum potiús referendum duxi. Siué igitùr ab actuali flammâ pendeant sudationes, siuè á potentiali, vt in vaporarijs, quorum alia Artificialia, vt ex spiritu vini: alia naturalia sunt

Obseruat.

puta

puta Puteolana, Luem *Veneream* illa radicalitèr nunquàm extirpant; benè autèm incubant, atque interim ægritudines post se trahunt, quibus interdùm mederi non possumus: quemadmodùm videlicèt factum nupèr est in Iuuene pristinario; qui cúm diú & benè sudasset, oculorum humores etiàm sudauit, & sic breui cæcitatem induxit. Extirpaturo itàque Luem, quæ tertium attigerit gradum [ità nempè, vt lymphâ sanguinis à virù affabrè fixata sit] inuestigandum quod remedium ex vna parte analogum sit illi lymphę, seù, quod in ipsius filamenta gliscere ac se vbique in eâdem insinuare valeat: ex aliâ, alchalico-volatilibus suis particulis venenū pręfatum subuertat, mutet, eliminet. Vix áutèm dari posse censeo, quod vtramque hanc paginam impleturum sit, vno excepto *Mercurio*; qui vti in Macrocosmo sulphuratis omnibus se coniungit, auro nimirùm, argento ac cœteris metallis, sic in microcosmo sulphuri sanguinario. Veruntamén vt analogia hæc intèr lympham & *Mercurium* magis elucescat, præstat de istius origine pauca præfari. *Mercurius*, qui & argentum viuum & hydrargyrum, Liquor est metallicus, albicans, homogeneus, omnium metallorum materia, ob

Obseruat.

idque

idque panſpermia metallica appellata. Vndè licét arguere, quòd elementa hydrargyrum componentia ſunt ſimpliciſſima: ipſum nempè ſulphur metallare primum; cuius ſtamina per diutinas in terrę mœandris filtrationes cùm elongari, tùm complicari, ideſt elaſtica fieri didicerunt: Quamobrèm congregata, atque à minerali aliquo corpore excepta in cincinnos denique tranſierint, ſiuè in mercuriales glomos figurâ fluxiles, nec tamen vdos. Porrò è tali homogeneitate partiũ pendet imprimis læuor, qui vbique in ſuperficie globulorum mercurialium externâ ſpectatur. Nam ſi nullum metallicum Ramentum ſecum abrepſerint hamata illa, ideſt ſulphurea filamenta, tales globuli omninò perpoliti ſint opportet; ac tametſi aliquandò emeticus, aut corroſiuus perhibetur *Mercurius* [id quod indicat aliarum partium in hoc ipſo cõmixtionem] emeſis tamen illa & corroſio non ab eſſentia hydrargyri ſulphureâ verùm é minerâ, cui hęc inſederit, repetenda venit, à matrice nimirùm minij, cinabaris, ſtibij, immó nonnunquám etiàm arſenici, vtpotè quod, iuxtà *Kircherum*, ad alia metallica gradus eſt: et de facto tales *Mercurij* affectus non-

nonnisi a prauâ eiusdem *mercurij* purgatione procedere testantur ferè omnes Chymici. E læuore ad pondus. Vt enim læuigata omnia & complanata corpora aeri ingressum inhibent, ità maximè ponderare solent: conferatur *Boyleus*. Et prætereà, cùm hydrargyrus staminibus politissimis conflatus, atque insupèr aporodion, sine poris, sit, patet ratio, cúr de suo is nihil vnquàm amittat, ægré paritèr fixetur &c. Postremò, est etiàm indiuisibilis *Mercurius*, hoc est, ipsius partes, quamuis in diuersa abstractæ, se se nihilominùs recolligunt sempèr, atque in vnum confluunt. Hanc indiuisibilitatem aliqui Sympathiæ cuidam attribuunt, ego defectui porositatum nupèr allegato. Ettenim, cùm aerem non admittant mercuriales globuli, atque ex aliâ parte interiacentes eiusdem columnas ponderositate sua superare valeant, sequitur, vt eò impulsi, vbi minùs aeris interfluit, cõgregẽtur posteà ac simùl vniantur. Quodsi regeris cum *Rhoaultio* & alijs, argentum vivum ideò perpetuò mobile spectari, quòd poros habet hinc indè permeabiles; resp. hoc falsum esse, mobilitatemque illã nonnisi ab elasticitate staminum sulphureorum [è quibus nempè *mercurium* constare deprehendimus] esse repeten-

dam. Et de facto talem elaterem *Mercurio* inesse apud omnes receptum est, maximè Machinarios & Philosophos Experimentales Iuniores. Uerúm ad dictam indiuisibilitatem reuertendo: mercurialium staminum impenetrabilitas est, quæ ipsum *Mercurium* determinat ad aurum, ad argentum & reliqua metalla, non verò tendentia ad Perfectionem, vti opinatur *Kircherus* præcitatus, aut electrica quædam facultas & elementaris, iuxtá alios. Quippè vicina entia quo minùs porosa sunt, ipse, qui sine poris est *Mercurius*, inquirat decet, eòque citiùs, quò minùs aeris intér illa & *Mercurium* interponetur. Jàmque adeò, vti aurum solidissimum est ac minimé permeabile, & *Mercurius* omninò imperuius, itá hic ad illud cogitur à contrenitente cælesti materiâ, eòque effertur. Iungitur his insupèr homogeneitas principij: cùm vtrumque eiusmodi metallorum ab eodem sulphure sit, imò, & ipsum aurum ab eodem *Mercurio* &c. Quibus sic explicatis, aio cum *Gaspare Scotto*, quòd si aurum absit, adsintque tamen alia corpora, cum quibus, aut cum quorũ effluuijs agnationem aliquam habeat, *Mercurius* vtique ad illa confluat; vt ad argentum respectu auri &c. vt quorum idem principium est.

Cùm

Cùm autèm in humano corpore ſulphur adſit Macrocoſmico illi affine, ſcilicèt lympha ſanguinis, vt ſuprà innuimus, quidni dicamus propterea, nihil exiſtere in naturâ quod eidem lymphæ magis hærere eandemque magis penetrare valeat, prætér *Mercurium*. Colligitur affinitas iſta ex multis hiſtorijs, quarum nonnullas recitat *Aldrouandus* his verbis. *Relatum eſt in hiſtorijs quondàm in caluaria mulieris, quæ iám biennio ingenti dolore capitis perierat, argentum viuum pondere duarum vnciarum inuentum fuiſse. nàmque id ſenſim in cerebro colligebatur dum quotidie mulier in fucis eodem vtebatur.* Ettenim ea eſt vis argenti viui, vt in tenuiſſimum halitum facilè tranſeat. Hac de re non eſt mirandum, ſi referente *Leuino Lemnio*, quandoque ex inciſa eorum vena, qui ſemel atque iterúm proptèr luem *Gallicam* hoc inuncti fuerant, aliquot drachmas hydrargri emanaſſe conſpectum. Sic nota eſt etiã hiſtoria cuiuſdam Antonij Galli, qui pluries hydrargyro inunctus, neque copioſo ſputo, neque fluore alui correptus eſt, ſed tantúm per vrinam hydrargyrum minxit. Tradunt etiàm hiſtoriæ quædam, nonnullas mulieres vt maritorum vitę lethaliter officerent, argentum vivum eis deglutiendum dediſſe; ſed

cum ſit ponderoſum & mucco inteſtinorum analogum , illicò per alvum abſque vllo incommodo fluxiſſe. Teſtatur etiàm *Kircherus* ſua ętate Romæ in cuiuſdam aurificis poſt heteroclitos capitis dolores multo tempore perpeſſos tandèm Defuncti cerebro plus quàm libram argenti viui repertam. Ex his conſtat confluere intér ſe argenti viui particulas, & ſpiritus, & adhęrere certis humani corporis partibus potiùs quám alijs. Hucuſque *Schottus* prælaudatus: ex quibus etiàm colligitur, tales partes, in ſpecie organicas, eſſe glandulas lymphae ſecretioni dicatas, imprimis verò Cerebrũ [quod neque adeò immerentèr à Priſcis *pituitæ Emporium* vocatum eſt] intèr inorganicas autèm eſſe ipſam lympham totiés decantatã. Iam veró, quemadmodùm hæc lympha materia eſt recrementorum é glandulis omnibus Ueſſiculoſis deſtillantium, in Ore, Ventriculo, Inteſtinis, Cutè, Renibus &c.; et *mercurius* própterea tàm vni, quám alteri parti indifferentèr adhæret, vti nouimus, quærendum hìc à nobis quid meliùs in Ægrorum ſalutem ceſſurum ſit, ſi nempè *Mercurius* per *Ptyaliſmum*, *Emeſin*, *Catharſin*, *Diaphoreſin*, aut per *Diureſin* demúm operetur? Reſpondent hodierni Practici, intér has actiones *Ptyaliſmum* proculdu-

culdubiò optimum, esse inque Lue *Venerea* coeteris palmam præripere. Verùm etiamsi communissima opinio fidem maiorē promereatur, non libet tamen ità eidem inhęrescere, quin ad vlteriores inuestigationes animus induci queat. Esto igitùr *Ptyalismum* siuè externâ, siuè interna *Mercurij* administratione procuratū à morbo tàm truci liberare; quid nihilominùs, si hoc ipsum per aliam viam obtineatur? Quippè imprimis cura per *Saliuationem* satis lenta est; 2. parum tuta; ac 3. denique minimè iucunda. Est laboriosa ac tarda ea Cura, quoniám eligenda primò anni tempora, tùm Chirurgi expertissimi salutandi, prece & pretio rogandi &c. insupèr domicilia mutanda, Euacuationes præmittendę, Balnea, decocta & id genus alia sustinenda. Qui igitùr celer esse possit talis cura? Est prætereà parùm tuta. Nám quot inuenias vel tèrue quatèrue à Tonsore inunctos, & quos tamen *Saliuatio* à Lue nunquám liberauit? Ratio autèm istius phoenomeni est, quià per Illinitionem ità lymphę commisceri nequit hydrargyrus, quin aliquos sempèr angulos in eâdem linquat imperscrutatos. Videatur *Vcay*. Et rursùm, quià siuè vnctionibus, siuè Suffumigijs instituatur *Saliuatio*, ea nunquàm *Mercurij* dosis exigi ad

 libel-

libellam poteſt, quam aliàs Medicus requiri nouit in hoc, vel illo Luis gradu ad virus magis minuſue fixum edomandum. Quocircà is tùm vel in paucâ quantitate rapitur in corpus, & ſic inutilis euadit Operatio; vel è contrà, in magnâ ſcilicét menſurâ. In quo planè caſu tumultibus enormiſſimis excitatis tàm ſubiti fiunt morbi, Suffocationes puta, Lypothimię, Conuulſiones &c. vt penès Medicum non ſit eoſdem reparare. Denique nec eſt iucunda eiuſmodi Curatio, cum ſit longa; cúm æger eundem decubitum perpetuò ſeruare, nec libera frui aura, nec maſticare debeat; cùm, inquam, idem fætorem ſvum cadaueraceum tolerare, mortem continuò meditari, timere, ingentiſſimos denique cùm Palati, tùm Capitis dolores perferre cogatur. Inſurgis illum hiſce obuiam iturum ſatis, qui *Saliuationem* non Jnunctionibus, ſuffumigijs Cingulis, Emplaſtris &c. verùm *Mercurio* internè adhibito prouocet. Ad quod reſp., quòd vtcũque licèt hoc pacto res tutiús proceſsura eſset, quis nihilòminus ſpondeat, illum *Saliuationem* inducturum potiùs, quàm Emeſin, Catharſin, aut Mortem? Et certé, notum eſt, quòd ad *Ptyaliſmum* excitandum *Mercurius* imprimis crudus minimè confert.

Quem

Quem verò latent ſtrages ab eiuſdem præparationibus inuectæ? de Mercurio vitæ, quo ad illum ſinem vtuntur nonnulli, narrat *Lotichius* vidiſse ſe puellam nobilem, ex eius aſsũptione peremptam. Quamobrèm hiſce hiſtoriam claudit. *Ab eo caſu, (quem hiſce oculis meis mihi notaui) iſtoque tempore* Mercurius vitæ *prout falſò vocant iſti, rectius* Mortis pararius *appellandus, temetſi quidem à præſtantiſſimo Chymico foret ſubactus præparatuſque, horribilis mihi ſacerque extitit: adeòque opinor, non, niſi cum religione & conſcientia tractandus, aut(quod prꝫſtaret facile) vnanimi Medicorum noſtrorum conſenſu omninò damnandus.* Et quod ipſum *Mercurium* dulcem: eius præparatio ſimpliciſſima, omniumque innocentiſſima perhibetur; caſum nihilominùs Medici ab eo occiſi habet *Heluuigius*: nec diù elaborabo in perquirendis alys Practicorum Obſeruationibus; quà de præcipitato albo, panacea, bezoardico minerali puluere Valgaroti quà denique de ſexcentis alijs *Mercurij* prꝫparationibus, quæ iam iàm quilibet *Pudendographus* comminiſci conſueuit; & quæ quidem Obſeruationes ſatis indicant noxas eiuſmodi compoſitiones ſequi ſolitas; adeò, quòd plures receptas demúm tradere conati ſint, quibus perſuaderent Luem

Ve-

Veneream citrá omnem *Mercurium* curari posſe: ſuntque ij *L' Abbè Rouſſeau*, *Boirel*, *de S. Romain*, & *alij Galli*. In id enim animum nunc induximus, vt oſtendamus *Saliuationem* ab eiuſmodi *mercurijs* quandoque irritò exſpectari. Sed demus inſupèr rem ità contingere; Saliua nihilominùs exindé nũquàm in eâ tùm conſiſtentia, tum quantitate fluet, quæ expoſcitur ad perfectam ſanationem. Quæ ergò vtilitas eiuſmodi *Ptyaliſmi*? Et denique, annè ſuis caret incommodis iſta *Saliuatio*, vtcunque licet per interiora obtinueris? Nonnè, inquam, ex eâ ſaltim Oris exulceratio, Dentium vacillatio ſequentur? His ſic conſideratis neruos omnes intendendos duxi & ne, adminimúm mala hæc ex *Mercurio* contingerent, & vt prætereá Magiſtri eſsemus tàm indomiti [vt Chymici aiunt] Lupi. Pro mea virili, non alitèr meliùs frænatum iri didici Argentum viuum; quàm ipſum ad Inteſtina determinando. Sic enim iſtud veneni ſalia per naturalem viam educere, ſic in ſanguinem penetrare, lympham triturare, quoquouerſúm influere: ſic inſupèr ab Ore Neruis Capite arceri; ſic denique eiuſdem vis incitari, cicurarj, iterùm ſtimulari, contineri, aut omninó cohiberi poteſt. Sciſcitaberis, quo

pacto

pacto *Mercurij* virtus ad intestinales glandulas determinari queat? Resp. *purgantia* sæpius exibendo. Vt enim istorum actione lympha sanguinis auocatur ad tales glandulas; ità *Mercurius*, qui lymphæ motum sequitur, *purgantium* ope trahitur ad eandem partem. Et de facto à *purgatione Saliuationem* coerceri omnibus in comperto est: quod me docuit Jntestinales glandulas auidiùs appeti à *Mercurio*, quàm Palatinas; nec deest ratio. Siquidèm maiorem lymphæ copiam excernunt ac præthereà crassiores sunt, seù diametri maioris: Palatinę verò minusculæ minùs lymphę, quàm serositatis eructant. Obijcies nihilominùs, patere ex inunctione Mercuriali, quòd *Mercurius* saliuæ libentiùs nubit, quàm mucco Intestinali. Ad quod Resp. contingere hoc vtplurimùm præmissis balneationibus, per quas introducto in corpus liberalitèr sero hydrargyrum, quod deindè superuenit, illius undam sequendo ad serositatis potiùs, quàm ad lymphæ filtrum defertur, scilicét ad Palatum. Cœteró, missis Balneis, Inunctione illa Intestina potiùs vruntur, excruciantur, Diarrhœam, vel Dissenteriam minantur &c. Junge quòd Exteriora Corporis cùm Palato citiùs communicant, quàm cum

 In-

Inteſtinis, quorum vaſa lymphatica à Meſeraicis Vaſculo-veſſiculoſis glandulis pendēt. Ergó [inquiet aliquis) *Mercurium Purgantibus* maritabis! Reſp. nequaquàm: fore nempè ſic, vt *Mercurio* Inteſtinorum motibus obſequente minima ipſius pars intruderetur in venas; præſcribere me idcircò, & quidèm in principio, *Cathartica* etiàm validiſſima, qualia ſcilicèt in ſuperioribus adnotauimus: ſubindé autèm, quùm lympha ſanguinis Inteſtina verſùs iàm inclinata eſt, ijſdem rariùs opus eſſe, quolibet nimirùm triduo, aut quatriduo, ne fortè eadem lympha aberret á tali motu, vtque virus identidèm euacuetur, & ſi præſertim *Mercurius* non fuerit hydragogus. Cœterùm, alio tempore, huic tantummodò lito. ab eo namque cùm prædicti veneni ſubactio, tứm grumorum ſanguinis diſgregatio exſpectanda. Quodſi nihilominùs mali quidquam ex *Mercurio*, ſignumue aliquod *Saliuationis* immineat, quoniàm in eo caſu appropriatis *purgantibus* vis illius ſufficientér illuditur, in hjs adeò totus ſum, eundem ſic ab Ore, Capite, Neruis, Pectore, aut ab Inteſtinis arceſſens: verùm metu ſolutus *Mercurij* vſum pedetentim reſumo; nec deſiſto, quoàd aliud emergens alia ſuadeat. Hinc igitùr

tùr alternando, & nùnc *Purgantium*, nùnc *Mercurij* doses augendo, minuendo, instando, suspendendo &c. eoúsque procedo, vsquequòd visum est venenum omne etiàm medullitús, vt aiunt, scrutatum fuisse. Fine enim túnc curationi imposito, veriùs pausâ factâ, ad reliqua procedo, quæ venenum abluendo, triturando, volatilizando disperdere, ac sanguineam massam ad debitam consistentiam, crasimue reuocare idonea sunt, velut ad balnea, serum lactis, iuscula viperina &c. de quibus alij multa satis disseruerunt. Iam verò notandum, quòd hoc modo instituta Luis cura intermitti, resumi, distribui, diuidi, aut continuari potest, pro Medici nimirùm prudentiâ, vigilantiâ & doctrinâ. Itèm, quòd si *Catharsi* longiús adhibita *Saliuationem* posteà tentare libet, hoc continuó liberum est, imò proficuum aliquandò, in morbo scilicèt contumaci; & si prætereà é tàm diutinâ *Catharsi* Intestinorum læsio metuatur. Jn hjs quippè casubus sufficit *Purgantia* suspendas: quibus amotis, continuatoque *Mercurio*, Saliuatio contingit, vt patet. Nota 3. quòd nec prægnantibus noxia esse potest cura prefata, modò *Mercurium* non nisi raò & granulatim exhibeas: fore námque hinc, ne fœtus de Lue

de Lue periclitetur, vtque hac mulier vlte-
riùs non infestetur &c.; quod tamen sperari
à *Saliuaione* non debet, vt quæ Grauidis om-
ninò contraria quemadmodùm & Menstrua-
tis, imò omnium maximè ijs, quibus men-
strua defecerunt: non sic methodus nostra.
Nàm *Mercurij* dulcis successum in obstructio-
nibus quibuscunque nemo non nouit. 4. No-
ta iucundam esse talem curam. Siquidèm
præterquàmquòd remedijs expeditur mini-
mé nauseosis ac parui sumptus, incommoda
quoque non est. Uideres scilicèt Ægrotos vel
innumeris plagis saucios in dies singulos velu-
ti reiuuenescere, quotidié minús de morbo
conqueri, magis mundificari: videres, inquam,
omnes munia sua alacritèr prosequi, po-
cillari, in liberâ aurâ versari, nec de vlla cu-
ra suspicionem vel minimam alicui incutere.
Adde 5. quod securitatem: non tàm quo-
libet anni tempore tutam esse illam, sci-
licèt methodum; Verùm ipsâ, qualemcumque
etiàm desperatam Luem caueri posse, *Mer-
curium* videlicèt ità subministrando, ne ui-
res defficiant, interim expulso pedetentim
morbo opus vigorosè perficiendo: cùm è con-
trà methodus *Saliuatoria* vti domina esse ne-
quit *Serui* illius *fugitiui* nuncupati, ità Me-
dici

dici indicationibus in tali casu inseruire non valeat. Vlteriùs per *Saliuationem* non curantur Syphili, quibus insint ossium caries, vlcera, tophi, ac similia plura: nostra verò curãdi norma siuè hęc, siuè illa ęquè delentur, & tametsi nullũ emplastrum admoueas. Norunt nostrates imprimis Virum Illustrissimum (quem, vt & alios, quamuis minoris notæ, hìc nominare nefas est) habentem Laryngem prioresque Asperæ Arteriæ carthilagines ità exulceratas, vt nec respirare, neque ampliùs loqui posset; rursùs ità excarnem, vt viuum sceleton repræsentaret ex Lue, quam iàm à quinquennio perferebat [& tametsi omnẽ penè supellectilem & pecuniam in Barbitonsorum manus effudisset] nostrâ nihilominùs (absit iactantia verbo] industria tàm bellé ac benè conualuisse, vt nullum ne raucedinis quidèm incitamentum ìn eo relictum sit. Denique ipsum-met cancrum exulceratum cum vel minimâ Luis Venereæ suspicione [ettenim de Marito duntaxàt dubitatum erat) in Naso & superiore Labio in Muliere quâdam non ità pridèm à nobis curatum vidit *D. Io. Dominicus Caualla* Chirurgus *Astensis* præstantissimus (& quem vtpotè mei obseruantissimum redhostimenti ergò hic nominare libuit] concepitque

Obseruat.

 spem

ſpem exindè vlcus quodlibet vel maligniſſimum, noſtro, vt putat, Secreto ſanatum iri poſſe. *Secretum*, inquam, Nám poſtquàm caſu factum eſt, vt in ampliſſima dignitate conſtitutus Vir, cui ad medendam grauem Cephalagiam nodis eiuſdem Capitis aliarumque partium &c. ſtipatam ex *Pudendagra* ab ineunte ætate contractâ accitus fueram, me enixé rogaſſet, vt quandoquidèm in longinquo degebat, tertio ſcilicét ab vrbe milliario, nec famulitio vti poterat ſtantibus anni tempeſtate, reique domeſticæ neceſſitatibus, mitterem ſibi hebdomadatim quicquid tali tempore inſumendum foret: factâ iccircò recepta, in qua ſingula ordine deſcribebantur iuxtà numerum dierum, quibus ijs vti opportebat, ipſe è contra inuerſo, ordine quæ vltimò deuoranda erant primò loco aſſumpſiſſet, & ſic *Mercurij* dulcis doſes aliquot non præmiſſis præmittendis deglutiuiſſet ex deſperatione (vt poſteà faſſus eſt. Sperauerat nempè doſes, quas fortiores crediderat malum ſvum citiús alleuiaturas eſſe] tandèm attrociſſimis Inteſtinorum doloribus correptus & Diarhœa & Gulę aliarumque primarum viarum excoriationibus ex *mercurio* perperàm ſublimato [ipſum namque im-

imperitus ac tùm mihi in Vrbe nouo nondùm ſatis perſpectus Pharmacopæus emerat ex alijs]è viuis ereptus fuiſſet duobus ab indè menſibus Medicorum, in eo certè caſu minùs verſatorum diligentia quàcumque adhibitâ non obſtante[me ſcilicèt prò ſuſpecto immerentèr habito & minús auſcultato] poſtquàm, inquam, hoc mihi euenit, propoſitum renouaueram (id enim ſacrum æternumque eòuſque mihi fuerat, ex *Syluij* omniumque *Obſeruatorum* monitu : nec tùm etiám reſcidiſſem, niſi aut auaritiæ fortaſſis, aut liuoris in dictumPharmacopolam notam vtpotè nouus Medicus incurrere timuiſſem)nolle ſcilicét alicui *Mercurium* adminiſtrare, niſi quẽ & meis ipſius manibus paraſſem, & ponderaſſem, & exhibuiſſem. Quocircà ſolliciti Chirurgi, præſertim *Aſtenſes*, ſubodoratis per artem noſtram factis curationibus, vbique apud Pharmaceuticos Camomelanos meum, Panaceã meam, Secretum meum auidè perquęſierũt ignari, quòd, iuxtà *Gerbezium Secreta Medicorum ſunt artificioſa curandi methodus*. Quam ideò methodum quoniàm ipſos edocere nequeo ſtantibus tot diuerſitatibus ſexvum, ętatũ, temperamentorũ, anni temporum, morborum coniunctorum, ſymptomatũ &c. quæ cognitu neceſſaria ſunt,

neque

neque explicatu facilia, parcāt curiosi Viri, ni hic inueniant: Cum verò ista non calleant, miror Luem *Veneream* omnium ægritudinum compendium, malum omniuarium, Protheiforme, curatu difficilimum Chirurgiæ concreditum; miror, inquam, non tám Chirurgos, quàm vel Barbitonsores, vel circumforaneos, vel Obstetrices ipsas hanc Prouinciam sibi adrogasse; et sic minorem stuporem esse ipsos quę non inrelligunt, Secreta vocare! Meum quod attinet *Mercurium*; purissimus hic est, purgatissimus, cúm lymphæ sanguineæ spiritu, tanquàm menstruo appropriato, sublimatus, & ritè essentificatus. Vbi licet aduertere, *Mercurium* quó simpliciorem eó meliorem existere: cùmque Argentum viuvm apud nos vsuenire non debeat, quód pondere suo aluum semper petit, non verò quòd noxium sit [contrarium nempè ostendentibus *Æginceta*, *Auicenna*, *Mathiolo*, atqne è recentioribus *Moinichen*, *Lanzono &c.*] propior proindè cruditati quęrenda præparatio, adhoc vt ex hac *Mercurius* minus amittat illius analogiæ, quàm habet cum lymphâ sanguinis præfata. Etsì itáque sublimatio, simplicissima sit eiusdem alteratio, studendum nihilominùs, vt quæ ex eâ deperditur sulphuris

ris mercurialis portio, eidem per aliud menstruum restituatur V. g. per spiritum vrinæ post dissolutionem &c. Vndè colliges scopum non attingere, qui Luem *Veneream* curare posse autumant vel panaceis suis, vel bezoardico minerali, puluere Valgaroti, vel *Mercurio* dulci &c. Leuia quippè sunt hæc, & minùs fixa, quám vt fixissimum virus pessundare valeant, vt consideranti patescit. Vnum displicet in hoc opere, nempè quià, cùm eiusmodi remedium ipse suis manibus distribuere [vt iàm nouimus] Medicus teneatur, contingit sepenumerò, quòd non præcedente pretio oleum is & operam perdere, vt aiunt, debeat; insupèr, & si quidpiam erogetur, pro Medico sordidus, auarus audiat. Videbis nimirùm Sycophantas, Pseudo-chirurgos, Apotecharios quosdam clàm, noctu, coniunctim, diuisim, amussatim sussurantes Medicum illum criminari, quòd remedij sui æstimationem iniustam indixerit; interim neque ad labores attendere, quos in præparatione tolerarit; neque ad incommoda in administrationibus: neque demùm ad id, quòd, si obolum fortuitò ab aliquo retulerit in principio (ad spem eius acuendam) subindè nihil ampliùs reportare, à pauperibus præ-

ſertim ſoleat; & ab ijs qui ſanitati reſtituti Medicum poſteà nec ſalutare vtplurimùm dignantur; non attendant, inquam, Pſeudo-Chirurgi, quòd alia ipſos, alia Medicum decent; & ij quidèm plebeculam in ius vocare, ad forum trahere vel pro ſudatiuncula, aut decocto illi exhibito pro more habent; à quibus tamen Medicus abſtinere debet. Quocircá fateor nihil iàm mihi magis infeſtum eſſe, quàm vt ad Luem *Veneream* curandam accerſor, hoc eſt, quià Medici induſtria in hac cura non ſpectatur: nec eiuſdem medicamentum compenſatur; neque demùm, pro mercede aliud, quám probrum illi porrò rependitur. Verùm de his ſatis. Quod remanet curę: ſignum mutati, liquati, euacuati veneni *Venerei* vtplurimùm eſt Febris aliqua Ephemera, prout locuti fuimus in Prognoſticis: nec reticebo heic propptereà, quatinùs intèr curandum aliquos extrema macie perditos, cùm ſuperueniente ea febre alij Medici ad Conſultationem conuocati Ægrotos pro deploratis renunciaſſent, verſo tandèm in melius omine dicti pœnituerit, vtque anteá me contrà reclamantem certamque ex Febri illa valetudinem pollicentem effuſe deriſerant, iamiàm expulſa Lue riſum in

ad-

admirationem commutarint. Cœterò ad ossium cariem, nodos, aliasque huiusmodi reliquias quanquàm nil externè requiritur in hac, cura; si tamen quidpiam adhibere licet, *Vigonis* emplastrum é ranis duplicato, aut triplicato *Mercurio*; itèm alia, quæ in libris suis passim docent Practici vsurpanda veniunt. Quamobrèm restat concludam cum *Le Monier* his verbis. Ie grossirois auec plaisir ce,, chapitre d'vn bon nombre d'autres reme-,, des excellens pour la guerison parfaite des,, maladies, dont il est question. Mais com-,, me la plûpart de ceux qui souffrent ces maux,, au lieu de recourir a l'experience & a la pro-,, bitè d'vn Medecin, ou d'un habile Chirur-,, gien,confient legerement leur vie & leur san-,, tè à des femmes,ou a d'autres personnes, qui,, sont sans prudence, sans iugement, sans con-,, duite & sans sçauoir,dont le nombre est mal-,, heureusement grand;ie craindrois qu'en des,, pareilles mains ils ne fussēt plus dangereux,,, que salutaires: c'est ce, qui m'oblige a les,, passer sous silence,aussi bien n'est il pas neces-,, saire, diton, de tout communiquer, a la fois,,, etant bien iuste & raisonable de partager ce,, qu'on sçait, & d'en reseruer au moins la par-,, tie, qu'on croit etre la meilleure & la plus,,

 vtile

vtile pour se faire & se conseruer des amis.,,

II. Curatio *Spuriæ*,

Spuriam quod concernit Luem: notum fecimus, vel leuissimis *Antiuenereis* hanc expelli; addo nunc, vel solis *Purgantibus*. Tu nihilominùs *Mercurium*, si opus fuerit, his adiunges istud in mente habens, videri bolos, pilulas, opiatas & reliqua mercurialia non alterius Luis gratiâ inuēta: in formâ, inquam, solida, ne *Mercurius* Gingiuas attingendo Dentibus obesse queat. Formulas de ijs Nos nonnullas dedimus in superioribus suplementi causa potiùs, quàm vt existimaremus eas tradere neccessum esse; et cùm quiuis Tonsor & Agyrta suas habeat sibi peculiares, còmmunes verò in Libris vulgo prostent innumeræ. Mulieribus nihilominùs, & quibuscunque assiduus *Mercurij* vsus non cōpetit, quiue nonnisi masticando solida deglutire solent, hæc insupèr concedenda.

℞. *lign. Gayac. & cortic. eiusdem a* ℥. ß. *sals. parill.* ʒiij; *ialap.* ʒij; *sem. fenicul. & anis. a* ʒ. ß. *f. omnium puluis subtiliss. in* 8. *dos diuidend. & sumend. M. in liquore appropriato.*

Hinc etenim licèt vnus vel alter bolus, aut pilula *Mercurialis* identidèm masticetur, operante nihilominùs sequentibus diebus hoc pul-

puluere noxa ex *mercurio* quęlibet dissipari potest, interim & curationis opus vrgeri &c. Cœterò, substituitur in Tabidis & Macilentis loco Gayaci & sarsæparillæ lignum sassafras, aut radix chinę, aut vtrumque, imò & aliud quicquid hactenùs à *Pudendagrologicis* magni fieri consueuit, vt Iuniperus, radix Angelicæ, lignum aloeticum, aristolochia, folia centaureæ minoris &c. Quod Topica; siquidèm nil æquè ferum comperi in hac Lue, atque in Mulieribus Mammarum tubercula exulcerata, vacandum protinùs horum expugnationi. Ego ad hunc finem vel maximè conduxisse noui linimentum suprà, *pag.* 91. ad *Penis* vlcera commendatum, non neglectis tamen sempèr medicaminibus internis, iuxtà modò indicata. Quotiescunque verò rebelles tumores accidunt in hac Lue, præsertim exoletâ (prout fœminis continuò fit) prudentis est ad ea confugere, quę paria morbo censentur, curamque instituere qualem in Lue *Legitima* proposuimus.

III. *& Hereditaria.*

Denique in *Hereditaria* me gerere soleo hoc pacto. Infantem excoriatum, aut rimosum aquâ alibi etiám descriptâ (*cap.* 2 *pag.* 58.) abluendum præcipio; mòx, quià Nutrices sępenumeró pocillari nolunt, puluerem con-

ficio ex lignis præcitatis, ialappæ tantillo, corall. rubris, C.C. & ocul. cancr. præpar., cuius quantum summis primis digitis præhē-di potest semel, bis, terue in diem osculo imponi iubeo quùm lactandus est pusio; interim pro certiori istius curatione & pro Nutricis pręseruatione huic *Mercuriale* aliquid, vel *purgans*, aut *diaphoreticum* &c. cum aliquo prætextu [nam summà opus arte) identidem ingerens, aut propinans: nec recensebo profectò pueros, de quorum vita quilibet ne hilū quidém[vt aiebant]persoluisset, tali nihilominus methodo ità curatos, vt pleni, pingues succulenti facti ipsis parentibus aliena specie imposuerint. Quanquàm aliàs Jnfantibus quòque vnius, alteriusue mensis, aut paucarum septimanarū securè omninò *Mercurius* dulcis propinari valet *a.gr. ij., vel iij.* per tres aut quatuor septimanas singulis, aut alternis diebus, *sicque malum* (inquit *Bohonius*) *ad miraculum sanet*, qualia experimenta mecum testantur alij, v. g. *Riuerius* & *Rhodius* ex relatione *Schlegelij*. Sed Lues hæc ex Matre: quæ á Nutrice sui interdùm malè conscia procedunt incommoda Febriculæ sunt, morbi chronici, contumaces, Vigilię, Marcescentiæ, Dolores vagi, Scabies & Pustulæ *Inguen* præ-
sertim

ſertim adorientes & ſimilia, quorum diagnoſin ſuo loco tradidimus; neque alitèr curantur, quàm vt Lues *Spuria*, reſpectu tàmen, ſempèr habito ad Puelli vires, & morbi diritatem. Vltimò à Genitore oriundi Herpetes, Scabies, Scrophulæ, Arthiritis, Epilepſia alijque huiusmodi affectus quandoquidèm iamiam non alitèr, quàm per *Mercurium* curari ſolent, recepta iàm emiſſa eſt. Et quod Pedarthrocaces [ſpinas ventoſitatis) has non rarò internè decoctis ex lignis exoticis, potiſſimúm verò Saſſafras & radice chinæ [ob tabem, ad quam ſempèr procliues ſunt tali morbo detenti] externè verò oleo cariophylorum, alijſque oſſium cariem impedientibus amuletis, DEO auxiliante, ſuſtulimus.

IV. Cura Diætetica

Porrò autèm qualis eſſe debeat dieta Lue *Venerea* laborantium neminem latere opinor. Laudauimus iàm ſuprà aeris caliditatem, laudauimus & commeſſationes, laudamus nunc & potum vini imprimis meracioris. Narrat *Emanuel Aranda* vti miles ſibi perſpectus Algerij ex vſu egregij huiuſce medicamenti, & ex laboribus, quos in Triremibus perdurauerat, à tàm truculento morbo incolumis euaſerat. Exercitationes igitùr etiàm prę quiete conducunt, vt & vigiliæ prę ſomno. Et quod excernen-

cernenda è corpore: mirum alicui videbitur de *V. Sectione* à me nihil vnquâm enunciatum. Sed nihil de ea effatus sûm, quià non referebat. Nàm si omni iure in tali morbo damnanda est *Phlebotomia*, vt quæ sanguinem inspissat, Virus fixat, vires prosternit &c. quorsúm ego illam in campum veluti induxissem? Celebranda nihilominús, quotiescùnque ex *Mercurio* malum aliquod formidatur, vt inflammatio, Corrosio, Suffocatio; aliás, valeat [loquar cum Clarissimo *Wlpino Astense*] valeat cum suis Defensoribus. Ultimò, Animi pathemata, rectis Ægri moderentur habenis. Vitentur affectus, grauiores, Ira, Excandescentia, Tristitia, ac imprimis, quæ omnia mala grauiora efficit, Impatientia. Tùm etiàm metus Mortis ab adstantibus prudenti ratione & conuersatione auertendus, quo æger moderato gaudio tanto fælicius vigeat.

Jámque *his supremum Nos fabulę actum addidimus*, cum *Tullio*.

FINIS